Humilis Gedeon reſponſio efraydas mitigauit, autem vadens in effrem propriam regionem:occidit quoſq; madianitarum reges Tribus autem effrem ex qua erat gedeon cum grauiter ferret q eum minime dimicaſſet exercitum ſuper eum feſtinabat inducere:cur eis nõ indicaſſet quando hoſtes muaſerat.Gedeon vero cum eſſet humilis animo & omni virtute ſummus dicebat non ſe auctoritatis ſuę conſilio pręter eos contra hoſtes (ſed deo iubente) pugnaſſe:victoriam vero non minus eorum q̃ ſui laboris eſſe fatebatur. ¶ His ergo ſermonibus eorum mitigans iram.plus hebręis profuit q̃ hoſtiũ pręda: eoſq; a precipitio inteſtinę ſeditionis eripuit.iniurię tamen huius penam illa tribus excepit:quam ſcilicet oportuno tempore declarabimus.

¶ Gedeon poſtq̃ annis quadraginta coactus principatus tenuit mortuus eſt relictis ſeptuaginta liberis & naturali vno nomine Abimelech qui omnes fratres (dempto Ionata) occidit principatum tyrannice occupans ſed tandem turpi morte obiit. Capitulum quindecimum

¶ Gedeon coactus retinuit principatum annis quadraginta. Malitia Abimelech nothi qui omnes fratres liberos occidit dẽpto Ioathan In biblia vocat Ionatas.

GEdeon itaq; principatum ponere volens.coactus retinuit illu; annis iugiter quadraginta populi iura diſponẽs.& diuerſis ad eius iuditia concurrentibus quęcũq; dixiſſet firmiſſime omnia ſeruabantur. ¶ Qui cum ſenex defunctus fuiſſet i effrem regione ſepultus eſt.Habuitq; Iu .c. 8 C
filios quidẽ liberos ſeptuaginta.Plures eni habebat,vxores.Naturalẽ vero vnum qui ex concubina erat Droma nomine Abimelech. ¶ Qui poſt mortem patris pergẽs in ſichem ad cognatos ſuę matris vnde fuerat orta & ſumens ab eis pecunias quoniã iniquitatum magnitudinẽ videbat inſignis cũ eis ad paterna quoq; tecta regreſſus eſt.& omnes fratres occidit abſq; ſolo Ioatha;.Hic eni fugit bñficio liberatus Abimelech autẽ lumpta tyrannide dat animum ſe pro legittimis filijs i his quę vellet facere declarauit q̃ vehemẽter iuſtitię preſulibus erat acerbũ. ¶ Igitur dum quodam tempore publica in ſichẽ feſtiuitas eſſet cunctaq; illic multitudo conſiſteret frater eius Ioathan quẽ fugiſſe prędiximus aſcẽ Iu .c. 9
dens in montem garizim qui ſichimorũ ſuperemnet ciuitati clamauit Et multitudine prebente ſilentium.petiit vt quod diceret libenter audirẽt.Factoq; ſilentio:dixit q̃ arbores facto ſui conſilio hũana voce petiſſent ficũ vt ſuper eas regnaret.Qua denegãte ea q̃ honore functus ppio frueret.nec aliũ deberet quęrere extraneum,arbores rurſum cogitationẽ regni non reliquerunt Viſumq; eſt eis vt honorẽ viti prębęrent Sed & vitis relictis hiſdẽ verbis quibus ficus vſa.reſpuit regnum Hoc ipſum facientibus

& oliuis .rhamnus quem arbores petierant vt regnum ſumeret ſuper eas. Hoc enim genus inter ligna quod habet ignem proferendi naturam: promiſit regnum ſe ſuſcipere & inſigniter imperare: ita tamē
A vt ſub vmbra eius requieſcerent. Si vero ei contraria forent: eius igne concremarentur. Hec autem (in quit) non riſus cauſa dico: ſed multorum bonorum experti gedeon quos nunc gerunt videntes. Abimelech in principem hi qui cum eo fratres interemerunt: qui cum vtiq; nichil ab eis differret. ¶ Cumq; talia dixiſſet: abſceſſit: & habitauit latenter in montibus annis tribus timens Abimelech. ¶ Poſt non multum itaq; tempus ſichimite penitentes pro nece filiorum gedeon expulerunt abimelech ab vrbe pariter & a tribu. Ille vero cogitabat affligere ciuitatem. tempore autem ſuperueniente videmie: metue bant colligere fructum ne quid eis abimelech faceret mali veniēte vero ad eos quodā pricipe Gaal no mine cū armatis cognatis ſuis: ſichimite opus querūt ſibi ab eo p̄beri munitionē donec videmias con gregarēt. Quo eorū faciēte petitionē ꝓcedebāt ad opus ſuū: & cū eis gaal ſuos ducēs armatos. Cūq; fru ctus fuiſſet cū ſecuritate collectus & p ſingulos choros abimelech apte iam p̄ſumerēt blaſphemare: ſe i & principes inſidijs loca circa ciuitatem ap̄phendentes. multos abimelech latenter interfeciſſet: zebul quidā princeps ſichimi tarū cum eſſet extraneus abimelech eis quibus populū gaal exacuebat: abime lech miſſis nunciſs indicauit: & monuit vt inſidias poneret ante vrbem ſeq; ſuaſurum gaal vt egrede retur de ciuitate quo facto ruere ſuper eum deberet abimelech & agere vt ſe in eos defenderet: & dei ceps populi ſibimet amicitias colligeret. Cumq; abimelech inſidijs recediſſet: & gaal incaute commo raretur in ſuburbano: & cum eo zebul: videns paulatim ordinatos accedere: gaal ad zebul ait inſectari
B ſibimet viros armatos. Quo reſpondente vmbraculum eſſe petrarum: cum magis appropinquarent: verius hoc aſpectu conſiderans: non vmbrarum ſed virorum dixit eſſe inſidias: dixitq; ad eum zebul. Nonne tu maliciam abimelech accuſabas. Cur itaq; tue virtutis magnitudinem non oſtendis & cum eo pugnare congrederis. Gaal vero turbatus congreſſus eſt cum abimelech: & ceciderunt quidem ali qui de eius armatis. Ipſe vero fugit in ciuitatem vt alios euocaret. Et denuo zebul egit vt gaal expelle retur ex vrbe accuſans eum quaſi contra milites: abimelech melior extitiſſet. Abimelech vero cogno ſcens egreſſuros ad vindemiā denuo ſichimitas: loca circa vrbē inſidijs occupauit. Quibus procedenti bus iam quidem pars exercitus apprehēdit portas vt ciuibus auferret ingreſſum. Alij vero diſperſos in
Iu.c.9. teremerūt: & vbiq; cedes effecta eſt: & ciuitatem ad fundamentum vſq; ſubuertens ſalq; ſuper eius rui nas ſeminans victor abſceſſit. ¶ Omnes itaq; ſichimite hoc modo perempti ſunt. Quicumq; vero per prouinciam diſperſi pericula fugerunt ſuper quandam petram munitiſſimam congregati morabant. Cumq; eam mutare niterentur: voluntatem eorum prenoſcens abimelech ſuper eos cum exercitu ve nit collectuſq; de ſilua lignis: iuſſit vt hęc etiam exercitus faceret vniuerſus. Velociter autem ſaxo circun
C dato lignis ſubiectus eſt ignis pro flamma ſurgente nullus ex eo ſaxo diffugit: ſed vna cum vxoribus & filijs ſunt extincti viri quidem circa mille & quingenti: reliqua vero omnis multitudo. Et ſichimitas quidē huiuſmodi calamitas interemit. Quibus hęc afflictio nata eſt eo q̄ ſperauerūt ſibimet vtilem eū cuius malicia talia pertuliſſent. Abimelech autem iſrahelitas malis ſicheim quorum profectus preſu mebat etiam majora terre nequaq̄ violentie ſue modum imponere donec perderet vniuerſos. Venie bat ergo ad turris & ciuitatem quidem facto diſcurſu cepit. Cum eſſet in ea maxima turris in quam vni uerſi confugerant obſidere hanc volens dum ꝓxime veniſſet a murum ſumens mulier quedam frag mentum molę caput eius repente percuſſit Qui dum ceciditſet ſaucius armigerum rogauit vt eum oc cideret ne mors eius opus mulieris eſſe videretur. Et ille quidē preceptum fecit. Abimelech autem hu iuſmodi penam pro fraterna morte & his quę in ſichimitas preſumpſiſſe putabatur exoluit. Hęc ergo calamitas ſecundum diuinationem ionathan videtur impleta. Exercitus vero qui cum abimelech fuit eo cadente diſperſus: diceſſit ad propria.

¶ Iair iudex hebreorū principatū viginti & duobus annis tenuit quos ab Ammonitis Iepte dux pre miſſo voto ꝓ futura victoria liberauit. Quo mortuo anno principatus ſexto iudicauit Abſanis annis ſe ptem poſt quē Chilon & poſt Abdon iudicarunt.

¶ Capitulum. xvi

Iu.c.10 ISrahelitarum vero principatum poſt eum Iayr galadinus ex tribu manaſſe percepit vir in a liis felix & filios bonos habens triginta numero: & in equitate p̄claros & principatū ciuitatū galaditarū hñtes. Hic duobus & vigiti annis obtinēs principatū: ſenex defūctus eſt & ſepultu rā i gamō galadion ciuitate ꝓmeruit. ¶ Res equidē hebreorū ad inhoneſtā vitā & iniuriā dei legūq; fe rebatur. Quos āmonite deſpiciētes & paleſtini magno exercitu ꝓuinciam deuaſtabant. omnemq; re gionē tranſiordanē detinētes reliqua cōprimere p̄ſumebāt. Hebrei vero mal' afflicti ad ſupplicationes dei cōuerſi ſūt & ſacrificia celebrabāt: rogātes eū vt placatus eos ꝑcibus ab ira q̄eſceret. Deus vero pla catus eis ſuū cōceſſit auxiliū. In terrā āmonitis caſtrametātibus ſ terrā galadiorū: ꝓuinciales occurrerūt

Rhanni natura

Ionathas tribus annis in monti bus latenter ha bitauit timens. Abimelech Sichimite, con tra Abimelech.

Abimelech Si chimitas ſupe rat eorum vrbē deſtruens & ſal ibi ſeminat.

Occiſio Abime lech turpis per mulierem. Poſt abimelech in biblia ponī tur Thola poſt quē Iair.

Iairiudex vigin ti et duobus an nis principatū tenuit in pace. Filij iſrahel in manus. Am monitaruꝫ (qui in biblia phi liſtim dicuntur) exigentibns de meritis incide runt.

Iepte dux eligit p liberando populo q vix ducatū acceptauit

admontē egētes duce. ¶ Erat autē quidā nomine Iepte: vir nomine paterno potens ad dispensandū exercitum quē sub mercede poscebāt. Ad hunc ergo mittētes rogabant vt cū eis pugnaret, pmittentes vt ei cūcto tempore principatum exercitus sui concederent. Ille vero nequaq̄ precibus obediuit culpās eos q̄ ei non prębuissent auxilium dum iniusticiam fuisset aperte perpessus a fratribus. Non enim cōsanguineus eis erat: sed peregrinus cuius vtiq; matrem propter amoris ardorem filijs superinduxerat pater. Ergo fratres expulerunt eum despicientes eius infirmitatem & ob hoc in prouincia galaditina morabatur, & omnes de longe ad se venientes sub mercede propria retinebat. ¶ Illis vero supplicantibus atq; iurantibus omnē se principatum eidem fore prębituros: tandem aliqnando consensit: & velociter diligentia rerum habita in vrbe maspha exercitu constituto: legationem misit ad regem ammonitarum causam eius inuasionis accusans. Ille remittens Israhelitarum potius accusabat egressum ex egypto: petebatq; vt ab amorrea recederent quasi patrum eius a tempore antiquo fuisset. Cui Iepte respondens, ait q̄ irrationabiliter priores progenitores israhelitarum de amorrea culparet: sed potius eis gratias agere deberet pro amonitide terra sibi concessa: quod dum possibile fuisset secundum moyseos iussionē vt eam tollerent isti eos illic degere pmisissent: quā post ānos trecentos dei auxilio reparauerāt ob quā rē pugnaturum se fore dixit. Et hęc quidem affatus, legatos abire dimisit. Ipse vero dum pro victoria deprecatus & sacrificium promittens vt si viuus reuerteretur quicquid ei prius occurreret: immolaret congressus copiose vicit. Et occidens hostes persecutus est vsq; ad ămanitam ciuitatem: & in de digressus in amanitem: multas vastabat vrbes: prędamq; collegit: & a seruitute domesticos liberauit quam decem & octo sustinuerant annis. ¶ Reuersus autem calamitatē incurrit: nullomō prisce felicitati equalem. Nam ei filia vnigenita tunc ei primitus cum venerat occurrit. Qui grauiter ingemiscens magnitudine tanti doloris afflictus filiam sibi obuiam venisse culpabat quā sacrificandā deo deuouerat. Quę tamen in illo casu non doluit pro patris victoria & ciuium libertate moritura. Petijt autem duos menses sibi concedi: vt iuuentutem suam cum ciuibus lamentaret: & tunc vota, perferret. Quo tempore transeunte filiam pater immolauit, nec legitimum faciens hoc holocaustum nec deo carum: non vtiq; deliberans apud animum suum qualis apud ceteros huius facti causa videretur. ¶ Igitur cū tribus effrem super eum exercitum niteretur inducere eo q̄ bellum ammonitarum eis non indicasset: sed absq; ipsis voluisset & predam habere & gloriam hocmodo satisfaciebat: dicens eo q̄ primo quidē non eos latuisset cognatorum oppressio: sed etiam vocati ad auxilium non venissent: cū oportuisset eos ante preces occurrere. Dicebat deinde q̄ hostibus quidem iniuste pugnantibus non p̄sumerēt resistere postea vero cognatis inferre bella tētassent. Et interminatus est vt si non temperarent a talibus: deo auxiliāte penas ab eis exigeret. Quibus dū satisfieri non potuisset sed cōtra eū cū exercitu a galaditide alias galadina terra venientes pugnarent ăplius eorū dilatauit interitū. Et psequēs fugientes p̄occupans exercitu p̄misso vada iordanis: pene quadraginta duo milia virorū occidit. ¶ Ipse vero dū principatū tenuisset sex annis defunctus est & sepultus in sebechi alias Sebasti patria sua quę est in terra galadina. ¶ Moriēte vero Iepte tenuit principatū absonys alias Absanis de tribu iuda ciuitatis bethleem. Hic filios habuit sexaginta, triginta masculos: & reliquos virgines quos oēs dimisit viuos filias viris tradēs & filijs dās vxores. Qui dū nihil gessisset in septē annis sermone & memoria dignum in senectute defunctus est & sepulturam in patria sua, promeruit. ¶ Igitur Absani morientem: neq; is qui post eum decem annis habuit principatum nomine chulon de tribu zabulon aliquid egit virtute pręcipuum. ¶ Post hunc ait Abdon hyllonis filius de tribu effraim ciuitate phartinorū alias pharathenitorū existens principatū hūit qui pro sola eruditione potuit habere memoriam nullumq; opus propter pacem rerūq; licentiam nec ipse clarū exercuit. Hic autem filios hūit quadraginta: & alios ex eorū semine descendentes triginta erantq; simul omnes septuaginta equis exerciti. Quos omnes superstites derelinquens: in senectute defunctus est: & inopinabilem in pharatym promeruit sepulturam.

Victoria Iepte cōtra effraim. Mors Iepte anno principatus sexto. Absanis Iudex (qui dicit i biblia Abessā) sexaginta filios hūit & iudicauit. vij. annis.

Abdon Iudex.

Tribulatio Israhelitarum a palestinis. Parentes Sanonis.

¶ Palestinis hebrei tribulātur quos Sāson (cuius natiuitas & cōditio ab angelo nūciat matri) liberauit. Qui vxore ex philisteis accepta propositoq; problemate & illius dolose a muliere cognita expositione palestinorum vulpibus agros vastat milleq; philisteos maxilla asini occidit vrbisq; gaze portas humeris in montem portat (fonte prius circa petrā diuinitus pducto) Tandē tū per dalidā meretricē infatuatus viros admisit abrasis crinibus Cuiq; philistei illudentes oculos eruerunt. Sed crescente coma cum ad fani columnas reclinasset edificium omne destruxit multis secū exinctis hominibus.

¶ Capitulum. xvij.

Hac autem mortuo: israhelitis palesti pualuerūt: ita vt abhis p quadragīta ānos tributa perciperet. A qua seruitute hoc mō litterati sūt. Quidā Mānē de tribu dā iter paucos egregi' & patrię sine dubio primus: habuit vxorē pulcherrimā & que iter cētū cōprouiciales feminas eminebat. Et cum filios noq̄ haberet grauiter ferens deum p̄ cura successionis rogare cepit in suburbano suo

D. Iu. c. ii.

E. Iu. c. 12

F. Iu. c. 13

A in campo maximo frequenter aduenies cum vxore. Erat autem & nimius in vxoris amore: & ob hoc sine temperatione zelus ipsius. Et dum quodam die mulier esset sola: apparuit ei angelus dei pulchro iuueni similis & procero eiq; masculum filium futurum dei prouidentia nunciauit. qui foret optimus & fortitudine precipua clarus & quo crescente palestinos comprimendos asseruit monuitq; vt eius come minime tonderentur: nullumq; potum nisi aquę deo precipiente bibiturum. Et cum hęc dixisset: abscessit. ¶ Illa vero marito venienti indicauit angeli visionem ammirando iuuenis pulchritudinem atq; proceritatem: ita vt ille zelatus in eius laudibus obstupesceret: & suspitionem quasi de extranei eius amore conciperet. At illa volens irrationabilem eius tristiciam mitigare: rogauit deum vt angelum denuo destinaret: quatenus maritus inspiceret. ¶ Et iterum per gratiam dei angelus venit in suburbanum illorum: & apparuit mulieri viro remoto. Quę rogabat vt sustinetet donec maritum adduceret. Permittente angelo: Manne vocatus venit. Qui cum vidisset nec tunc a suspitione cessauit: rogauit vt quecunq; vxori eius dixerat: illi pariter declararet. Cumq; dixisset angelus sufficere vt riosset illa que dixerat: rogabat eum vt ei manifestaret quis esset: quatenus filio nato gratias ei & munus offerret. Illo autem dicente q̄ nihil horum egeret nec ob hanc causam futurum eis filium nunciaret dum primitus non annuisset postea eo precibus insistente concessit vt aliquid ei dono daret. Tunc Manne occidens hedum eumq; coquendum vxori prębens: dum gestum hoc fuisset: precepit vt poneret supra saxum & panes & carnes absq; vasis. Quo facto virga quam tenebat angelus tetigit carnes igne proti nus emicāte carnes cū panibus sunt absūpte. Tunc ągelus super fumū quasi in curru eis celū ascendere videbatur. cūq; Manne metueret ne quid ei propter visionē dei proueniret aduersum eum vxor vt cō sideret confortabat: & pro sua vtilitate deum se vidisse fatebatur. ¶ Cum ergo concepisset custodiam habuit mandatorum natumq; puerum appellauerunt sanson: quod nomē significat robustum. Crescebatq; ve lociter: & tam pro continentia ciborum q̄ cappillorum remissione propheta iam futurus agnoscebatur. ¶ Hic itaq; veniens cum parentibus thanina palestinorum ciuitatem dum celebraretur ibi festiuitas: virginem prouincialium concupiuit rogauitq; parentes vt ei puellam peterent in vxorem. Quibus negantibus eo q̄ esset de alienigena gente progenita. Deumq; dicentibus ei nuptias ei hebreis congruas prębiturum vicit eius petitio: vt ei virgo desponsaretur. ¶ Dumq; frequenter ad eius parentes iret: occurrit leoni. Et cum esset inermis tenens eum manibus suffocauit: & in silua interiore extra viam proiecit. ¶ Rursumq; dum iret ad puellam: inuenit agmen apum fauum mellis in leonis illius ore fecisse. Et tollens exinde tres fauos mellis cum donis reliquis quę portabat: puellę contradidit. ¶ Cumq; thamnitę omnes essent in epulis nuptiarum: metuentes fortitudinem iuuenis triginta circa eum pubertate prędotos constituerunt: sermone quidem velut socios futuros opere vero custodes: ne quod vellet forte committere conuiuiorum satietate crescente. Cumq; in lusu alias ludo consisteret: quales solent tali tempore prouenire: sanson ait. Proponam vobis parabolam & si solueritis septem diebus propositam questionem: lineas singulas & totidem stolas propter honorem sapientię vestrę me dante percipietis: & cum hac largitate gloriam quoq; & lucrum sapientię possidebitis. Illisq; petentibus vt diceret: ait. Qui cuncta vorat cibum genuit ex semetipso suauē licet ipse nimis fit insuauis. Illis autem per tres dies questionem non valentibus inuenire & dicentibus puellę vt a viro cognoscens eis annunciaret: cui etiam minati sunt incendium nisi hoc studeret implere: sanson rogante puella vt diceret primum quidem restitit. Cumq; illa nimis insisteret & ad lachrimas peruenisset & indiciū hoc esse quereretur q̄ eam sanson minus amaret: indicauit ei quemadmodum leonem interemisset & quomō apes in ore eius inueniens tres fauos mellis portasset ei. Et ille quidem nichil dolosum metuēs omnia declarauit. Illa vero sermonem hunc petentibus rursus exposuit. Septima vero die post cum tēpus esset vt propositam exsoluerent questionem: anteq̄ sol occumberet: conuenientes dixerunt neq; a leone comprehensis quicq̄ insuauius esse neq; dulcius vtentibus melle. Quibus sanson respondit. Nec C quicq̄ aliud muliere dolosius quę vobis id exposuit verbum. Et illis quidem dedit quęcunq; promiserat facta prędа aschalonitarum qui ei pariter occurrerunt. Nam & isti palestini sunt. Ille vero nuptias refutauit. Et puella quidem quę eum prouocauit ad tracūdiam: duxit eius amicum. ¶ Pro qua iniuria exasperatus sāson deliberauit vt omnes cū ea palestinos affligeret. Cumq; tēpus estatis & fructus messium p̄paratus appropinquaret & comprehendens trecentas vulpes: & caudis earum ligans ardentes lampades dimisit in messes palestinorum & hoc modo depopulatus est fructus eorum. Palestini vero scientes opus esse sanson & causam p̄ qua talia perpetrasset: miserūt principes in thamnam vxoremq; eius cum parentibus suis interemerunt: tanq̄ qui mali huius auctores extitissent. ¶ Sanson autem cum multos in palestinoru; campestribus occidisset: habitabat in etham. est enim saxum valde munitum in tribu Iuda. Palestini siquidem contra tribum Iuda castrametati sunt. Illis vero dicentibus iniuste eis inferri supplicū propter delicta sanson dū vtiq; tributa persoluerent: dixerunt vt si nolent hęc pati: sāson

Predicitur matri ab angelo sā sōis natiuitatis & p eu; populi liberatio futura

Mulier ągeli visionē marito nū ciatq extranei a moris suspitionē concepit

Secundo angelus appuit mulieri.

Sacrificiū Mānе datū angelo

Iu.c.4 B. Natiuitas Sāsonis q̄ futurus cognoscebat̄ propheta ex vite modo. Samson

Sāsō ex philiste is vxorē duxit.

Sanson iermis leonem occidit

Fauus melis in ore suffocati leonis.

Problema Sansonis ꝓponitur in conuiuio.

Exponit Sāson problema puelle quę postea a lijs exposuit.

Iu.c.15 Sāson agros palestinorū vulpibus vastat qui eius vxorem & parētes occiderunt.

contraderent. alligatum. Qui volentes euadere: venerunt ad fecessum alias saxum vbi sanson habitabat cum tribus milibus armatorum. Et culpātes eum pro his quę contra palestinos ageret viros qui pos- Iu.c 11
sent omni generi hebreorum calamitates inferre: rogabant vt descenderet: quatenus eum ditioni eorum contraderent: poscebantq; vt hoc sponte perferret. Qui cum iusiurandum accepisset eo q̄ nihil ei plus fieret q̄ q̄ hostibus traderetur: descendens de secessu alias de saxo semetipsum contribulorum suorum potestati contradidit: ibiq; eum duobus funibus alligantes ducebant vt traderent palestinis. Et cum in quendam locum venissent qui nunc maxilla nuncupatur: pro fortitudine quę in sanson fuerat effecta cum nomen primitus non haberet: non procul a palestinis castrametati sunt: & occurrētibus cum gaudio & clamore tanq̄ ea quę cupiebant desiderabiliter adimplessent: dirumpens vincula sanson & arripiens maxillam asini quę in presenti iacebat: in hostes inuectus est. Et prosternens eos cum maxilla quasi mille quidem peremit alios vero turbatos in fugam vertit. ¶ Sanson igitur plus quam oportebat exultans non dei cooperatione credebat hoc factum: sed suis virtutibus ascribebat eo q̄ per maxillam alij quidem hostium ceciderunt: alij vero in fugam sunt versi. Quem dum sitis fortissima tenuisset: considerans q̄ nihil est virtus humana dei esse cuncta testatur. Rogabat ergo ne propter hęc iratscens eum traderet inimicis: sed vt potius illi auxilium in necessitate conferret. & a malis eriperet. Cuius precibus misertus deus fontem circa quandam petram de asini maxilla suauem copiosumq; produxit. Inde sanson ipsum locum vocauit maxillam: & hactenus hoc nomine nuncupatur. ¶ Post hanc pugnam sanson despiciens palestinos venit in gazam: & in quodam diuersorio morabatur. Agnoscen- Iu.c 16
tes vero gaze principes eius presentiam: fecerunt: insidias ante portas: vt egrediens non lateret. Sanson vero dum hoc cognouisset circa mediam noctem surgens eripiut portas: ipsasq; simul clauiuras & E.
vectes & alia earum ligna super humerum tollens: eas super montem hebron deferens collocauit.
¶ His ita gestis: trāscendebat iam leges patrias: & vindicta; propriam requirebat: mores imitando peregrinorum. concupiscens enim mulierem meretricem nomine dalidam apud palestinos habitātem: cum ea degebat. Vnde tunc iudices palestinorum ad eam venientes: promissionibus astrinxerunt vt a sanson disceret: quę causa fortitudinis eius esset per quam vinci non posset. Illa vero cum circa potum & huiusmodi consuetudinem esset constituta: dum miraretur actus eius: artius agebat vt agnosceret quemadmodum tanta virtute precelleret. Sanson autem dum adhuc sapientia fortis esset: fallebat eaq; dicēs. Si septem vinearum palmitibus qui adhuc flecti possunt vinctus fuero cunctis infirmior ero. Illa vero tunc quidem tacuit. Postea vero indicans principibus palestinoruq; celabat aliquos militum intra i.R.c.
domum: & dormientem hebreum artissime palmitibus alligauit. Deinde excitans eum dixit insistere +
aliquos super eum. Ille corruptis palmitibus tanq̄ contra inimicos nitebatur surgere. ¶ Tunc mulier eo sibi loquente grauiter se ferre dicebat: si propter incredulitatem fauoris sui & tanq̄ non celature q̄ ei p
deret: nollet edicere veritatem. Cumq; rogantem rursus fallaret. septem sese funibus alligatum perdere fortitudinem: dum & hoc quoq; faciens nihil gessisset tertio alligari comas suas dixit. Cūq; neq; hoc facto verax inueniretur nimium supplicanti ad vltimum cum iam ei calamitas immineret: volens placere dalide ait. Mei curam habet deus & eius prouidentia natus hanc nutrio comam iubente deo. ne tondeatur. Mea siquidem fortitudo: huius; augmentum est. Hoc ita cognoscens: abrasis eius crinibus eum tradidit palestinis: cum iam non valeret ab eorum se inuasione defendere. Qui auferentes eius oculos ligatum circunduci vbiq; fecerunt. ¶ Procedente vero tempore: coma sanson creuit vt dum esset festiuitas publica & palestini principes atq; nobiles epularētur simul in phano cuius edificium duo columnę portabant adductus est ibi sanson ad conuiuium vt omnes illuderent. Ille autem crudelius esse arbitrabatur alias arbitratus hoc eo q̄ ab iniurijs defendere se nequiuerit: puero ducenti se persuasit
vt duceret eum quo post laborem requiesceret: & post abiret. Cum ad columnas reclinasset. Vbi dum F.
aduenisset commouit eas simulq; cuncta destruxit. Subuersisq; cum phano columnis: tria milia hominum sunt extincti. Inter quos & sanson vna defunctus est: cum tenuisset principatum israhelitarum annis viginti. ¶ Dignum est igitur laudare virtutem & fortitudinem & magnanimitatem huius viri etiā
circa mortem: & iram quam vsq; ad sui finem cōtra hostes exercuit. Nam q̄'a muliere captus est huma i.Ru.c
ne nature oportet ascribere: quę est ad vitia facilis. Virtutis vero eius coronam memorabilia necesse est +
habere prēconia. Cuius cognati sumentes corpus: sepelierunt in sarasa regione cum cognatis eius.

¶ Heli post Sāsonem iudicante fames Israhelitarum prouintiā inuasit quam Elimelech ferre non valens vna cum Noemy vxore in terram moabitarum migrauit vbi pro filijs acceptis vxoribus mortu-

Locus qui nūc maxilla appellatur. Ligatus sanson vincula rūpit & maxilla asini mille philisteos occidit alis fugiētibus turbatis.

Exultatio sansonis nimia.

Sitienti Sansoni deus dedit fontem de asini maxilla.

Sāson gaze, citatis portas hūeris portauit. i mōtem. Sansonis peruertūtur mores q̄ meretricē dalidā adamauit a qua deceptus ē

Interrogat dalida Sāsonē quę causa sit tāte fortitudinis.

In bibliā si septē neruiceis funib⁹ Fallatia mulieris. Sāson meretrici secretū manifestat Abrasis crinibus Sāson tradit philisteis qui eius oculos eruerunt illudētes.

Sāsō seipsū occidit & secuq; tria milia hominū; āno principatus sui vigesimo.

Laudat Ioseph⁹ Sāsone; eiusq; defectus nature imponit.

A us est filij q; mortui sunt. Sed Noemy ad patriam redeuntem sequuta est Ruth Moabitidis nurus que ipsius Noemi consilio nupta est boos qui ex ea genuit obeth patrē iesse patris dauid.

¶ Capitulum.xviij.

¶ Hystoria libri Ruth incipit.

Ru.c.1 POst mortem vero sanson p̄fuit israhelitis sacerdos Hely. Sub hoc prouintiā eorum apprehendente fame. Elimelech quidam de bethleem ciuitate tribus iuda famem ferre non valens: vxorē suam Noemy & filios ex ea natos Celion & Maaloni sumens migrauit in terrā moabitarum. Dumq; ei cuncta bene procederent: filijs suis moabitidas duxit vxores. Celyon quidem orphon: alias Orphan. Maaloni autem Ruth. ¶ Transactis annis decem & octo. Helyme lech & eius filij in breui sunt: Noemy autem amare ferens quod ei prouenerat & desolationem carorum non sustinens filiorum propter quos & de patria sua videbatur egressa. rursus veniebat ad eam. Audierat enim q; iam prospera de ipsa regione nunciarentur. Cuius nurus diuidi alias deseri ab ea non tolerabat: sed nec ipsa refutanda eas secum proficisci poterat euitare. Et cum insisterent exopēs feliciores eis nuptias q̄ quibus fuerant iam priuate & filios aliaq; bona conferri eas illuc remanere poscebat nec cum ea debere proficisci in rebus incertis: & terram propriam deserentes. Et orpha quidem mansit Ruth autem (cum ei a se recedere persuadere non potuisset) sociam sibi duxit in omRu.c 2 ne quicquid emergeret. ¶ Veniente siquidem ruth cum socru in bethleem boos Elimelech cognatus suscepit eas. Et cum noemy nomine suo vocarent: ait illa. Iustius maram me vocate. Significat autem lingua hebraica Noemy quidem felicitatem. Mara vero dolorem. ¶ Ruth itaq; tempore messis egressa est. Noemy permittente post metentes spicas colligere vt alimentum haberent: venitq; in agrum

B. boos. Veniens autem post paululum boos. Videq; puellam: agri prepositum de ea requirebat. Ille vero dux iam ab ea primitus agnouisset: domino declarauit. Qui de fauore socrus atq; memoria mariti sibimet copulati gratias agens & ei experimenta rerum bonarum exoptans: spicas quidem eā colligere noluit: sed metere quicquid posset & sibi portare permisit precipiens villico vt nihil eam tollere prohiberet. Prandiūq; ei & potū p̄buit dum messores horā cōpetente comederēt. Ruth aūt tollens ab eo alpheta socrui cōseruauit & vespere cū spicis ad eā venit. Seruauerat autē & ei noemy partes ciborū quos ei vicini eius prebuerant. Narrauitq; ei ruth ea quę illi dixerat boos. Cumq; illa indicasset q̄ cognatus esset: & propter pietatē ei suā prouidētiā exhiberet: rursus sequētibus d iebus egressa est ad colligēdas

Ru.c.3 spicas cum ancillis boos. ¶ Veniens autē nō post multos dies boos: cū iam esset messis ordeacea matura ad aream ppriā dormiebat. Hoccū audisset Noemy cogitabat quemadmodum cum eo ruth collocare posset. Iudicabat autē vtile sit boos ruth haberet vxorē. Aitq; puelle: vt circa pedes eius dormiret Illa vero dum nephas esse iudicaret vt socrus sue iussioni resisteret festinans ad aream tum quidem latuit boos profundissime dormientem. Excitatus autem circa mediam noctem: requirebat qnę esset. Illa vero suum nomen dicente: & petente vt tanq̄ dominus copulare permitteret: tunc equidem quieuit diluculo vero anteq̄ ad opus famuli mouerentur excitās eā iussit vt tollēs ordei quātū posset ꝓperaret ad socrum anteq̄ ibi dormisse videretur ab aliquibus: dicens castitatē talibus derogationibus esse seruā dam: & maxime quando nichil perpetraretur aduersum. De reliquis vero sic ait. Est michi proximior genere qui te ducere possit vxorem: & si voluerit te necessario sequeris illum. Quo te repudiante: confugem te ego secundū leges habeo. Hęc illa socrui referente securitas tenuit eas: spem habentes quod pro eis boos de cetero cogitaret. ¶ Ille vero iam media die veniens in ciuitatem & seniores colligens

R.c.4 mittens etiam vocauit ruth atq; cognatum. Quo veniente. Elimelech inquit & filiorum eius hereditatem tenes. Illo vero confitente hanc sibi proximitatis lege competere boos ait. Ergo non ex media parte oportet legum habere memoriam sed vt secundum eas vniuersa faciatis. Maalon enim vxor hic venit: & sui partem agri obtinere oportet: & vxorem eius secundum leges accipere. At ille boos & heredi

C tatem & vxorem cessit: cum cognatus esset & ipse defuncti: qui & vxorem habere dixisset & filios boos testificans seniores iussit mulieri vt eius calciamentum solueret secundum legem: & in faciem expueret. ¶ Quo facto boos duxit ruth vxorem: eisq; post annum masculus filius est procreatus. Quem noemy sumens consilio mulierum vocauit obeth eo q; in eius senectute nutriretur. Obeth enim hebrea lingua significat seruiens. Porro obeth habuit filium esse: ex quo dauid: qui regnauit & principatum suis filijs per viginti & vnam generationes virorum lōgo tempore dereliquit. ¶ Hęc quidem necessaria que de ruth gesta sunt explanaui ostendere volens potentiam dei: q lei possibile est ad dignitatis maximū culmen euehere quoscumq; voluerit: & ad quale perduxerit etiam dauid: huiusmodi ortum inimicis. ¶ Hebrei siquidem rebus eorum afflictione pregrauatis bellum rursum ab huiusmodi causa habuerūt cum palestinis.

Heli iudex post Sāsonē sub quo fames. Elimelech cum vxore & filijs p egrinat in terrā Moab q̄ filijs suis vxores dedit Moabitidas. Noemy mariti & filiorum mortem deflens patriam petit. Noemy vocat se Maram. Ruth i agro boos spicas colligit grāmq; coram eo inuenit.

Cōsilium Noemy ruth vt ad pedes boos dormiat.

Boos ruth vxorē duxit ex qua obeth genuit patrem iesse patris dauid. Nota diuinā pollestatem.

Domina dei

¶ Enarrata filiorum heli malitia Samuelis perentes nominantur eiusq; ponitur nativitas Cui deus futuram Israhelitarum cladem indicauit sacerdotiumq; a domo heli predixit auferendum. bellumq; fit a palestinis contra israhelitas: vbi archa capta heli filij occiduntur cum hebreorum maxima multitudine Quod cognoscens heli de sede ruens mortuus est. ¶ Capitulum. xix. D.

Malitia ophni & phinees filiorū heli sacerdotis.

¶ Historia librorum regum incipit & i. Historia primi libri.

h Ely sacerdoti erant filij duo ophny & phinees circa homines iniurioſi & circa diuinitatem impij nulliq; parcebant iniquitati. Et alia quidem munera ab oblaturis propter honorem sibimet sequestrabant: alia vero rapine modo tollebant & mulieribus religionis causa venientibus contumelias inferebant: aliis quidem violentiam facientes: aliis vero persuadentes donis nihilq; eorum vita a tyranide pessima differebat. Quorum pater grauiter hęc ferebat. Populus autem quando non sperabat venturum dei super eos fore supplicium. tanto vehementius gemiscebat. Cumq; futuram cladem filiorum eius deus exposuisset hely & samuel qui illo tpe puer erat tūc palam super filijs habuit luctum. ¶ Volo siquidem primitus de propheta loqui & postea de hely enarrare: necnon & infelicitatis casum quē habuit populus hebreorum. ¶ Helcana vir leuita inter medios ciues effrem fortis existens: & ramath inhabitans ciuitatem: duas duxit vxores. Annam & fenēnam ex qua etiam ei filij sunt progeniti. Qui tamen ānā cum esset sine filijs diligebat. Veniente vero cum suis coniugibus helchana in ciuitatę sylo vbi erat tabernaculum dei constitutum sicut prediximus: dum earum vir per epulas vxoribus & filijs distribueret partes ānā respiciens alterius mulieris filios circa matrem suam descendit ad lachrimas. & eo q; non haberet filios ea solitudine gemiscebat. Dumq; consolatione viri cōtristari phibet venit ad tabernaculum rogās deū vt ei sobolē cōcederet: filijq; faceret esse matrē: votū vouēs vt primogenitū suū ministraturū deo dicaret: nec eum similem cum priuatis hominibus victum habere permitteret. Et dū in orationibus multo tpe moraret hely sacerdos sedens añ tabernaculū velut ebriā abire precepit. At illa cum nusq; se bibisse fateretur nec ebriā esse: sed propter sterilitatem filiorū afflicta rogasset deū fidutiā eā exhortabatur habere deum filiū donaturū esse. pmittens Cū bona siquidē spe veniens ad mantum: cibū letata pcepit. ¶ Et reuertentibus eis in patriā: cōcepit & peperit filium quē appellauerunt oēs samuel quasi a deo postulatū. Quibus venientibus vt. p nativitate filij hostias immolarēt: & decimas offerrēt: recordata mulier oīonis sue & pmissionis quā de filio vouerat deo: tradidit eū hely dicatū deo prophetā. Crescebatq; eius coma & potus eius erat aqua & samuel quidē nutritus in tēplo commorabatur. ¶ Helchana autem ex anna alij filij: tresq; filie progenite sunt. ¶ Porro samuel pleno iā anno duodecimo prophetauit. Quem quodam tēpore dormientem vocauit deus nominatim. Ille vero putās se a sacerdote vocatum venit ad eum. Sacerdote vero dicente eum se non vocasse: tertio deus hoc fecit. Quod dum hely cognouisset dixit ad eum. Primo quidem iamuel sili: nunc autē dico tibi deū esse q vocat & nota quę dicat. Cūq; deus iterū locutus fuisset audiens petijt vt quę vellet preciperet: in nullo eius ministerium dilaturus. Cui deus Quando inquit ades cognosce cladem futuram israhelitis omni narratione & credulitate maiorem & hely filios vna die morituros & sacerdotium a domo hely esse migrandum. Hely namq; plus suos filios etiam contra eorum vtilitatē elegit diligere q̄ michi placere. ¶ Cumq; iureiurando cogeret hely pphetā samuelem vt hoc ei indicaret: nolebat ei eū cōtristare samuel tali sermone: tñ eo dicēte certiorē magis habuit expectationē de eorū pditione. Samuel aūt gloria magis ac magis augebat: dū vtiq; quecūq; pphetabat pbarent eē vera cia. ¶ Eo siquidē tpe palestini castra mouerunt sup israhelitas circa ciuitatē āpheolentium. hoc israhelitis ferētibus ad potiora venerunt vicerunt palestini: & occiderūt hebreorū vsq; ad tria milia: reliquā vero multitudinem vsq; ad castra ppria psecuti sunt. ¶ De sūma vero pditione formidantes hebrei: miserunt ad seniores pōtifices vt archā dei deferrent: qua pñte congressi hostibus pualerent: ignorātes q̄to eēt maior ab archa q eis calamitatem inferre decreuerat. Aderat itaq; archa circa partes & pōtificis filij Quibus pceperat pr vt si capta archa viuere voluissēt ad eius faciē nō venirēt: phinees enim sacerdotij fūgebat officio: pre hoc ppter senectutē sibi pmittente. Quo facto securitas data ē multa nimis hebreis tāq; p aduentū arce posset hostibus pualere. Inimici vero stupebant israhelitas: metuētes arche pñtiā si vtriq; pti nō sicut putabant accessit. Facta nāq; cōgressione victoria quā hebrei sperabant palestinis alla ta est: & pditionē quam illi metuebant suscipientes hebrei cognouerunt frustra se habuisse in arca fiduciam. ¶ Repente nāq; in manibus hostium deuenerūt: & a miserūt vsq; ad triginta milia virorum. Inter quos ceciderūt quoq; filij sacerdotis & arca ab hoste est ablata. Nūciata vero pditione in sylo & arche captiuitate per quendam iuuenculum beniamitē qui interfuerat bello: cuncta ciuitas luctu repleta est Porro hely sacerdos sedebat ad portā in altiori sede. Et audiens ciuitatis plāctū: atq; putās aliquid nouū circa suos effectum: euocato nuuene dū cognouisset ea quę in bello fuerant gesta de filijs & alijs quę de exercitu pariter dicebantur: leuiter habuit tanq; per deum prescius futurorum: quoniam valde eum

Parētes Samuel

Votū anne matris Samuelis. Cōceptio & nativitas Samuel Nazareus Samuel Ca. ij. p pte omittitur scz pria pars i qua cōtinetur canti cū Anne: secunda pars in principio huius capituli.

Prophetia samuelis anno. xij.

Bellū palestinorū cōtra israheli tas vbi hebreorū tria milia ceciderūt i biblia vocatur ciuitas Asech.

Adducit archa in bello.

Ablata archa ab hostibus & occisio filiorum hely cū maxia hebreorum multitudine.

Nunciata arce captiuitate hely de sede ruens mortuus est.

E.

F.

i. Reg. c. 2

i. Reg. c. 3

i. Ru. c. 4

i. Re. c. 4

A mala confundunt que preter ſpem repente proueniunt. Cum vero etiam archan audiſſet ab hoſtibus captam dolore turbatus:eo q; ei preter ſpem tantum ōnus acceſſerat:ruens de ſede defunctus eſt dum octo & nonaginta vixiſſe annos:quorum quadraginta tenuerat principatum. ¶Ea ſiquidem die defuncta eſt coniunx phinees eius filij:dum poſt occaſum mariti nequaq̄ viuere toleraſſet.Cui pregnanti quidem nunciatus eſt luctus viri.Peperit aūt filiū ſeptem menſiū: quē Icabot appellauerunt. Quod nomen ſignificat inglorium:eo q; illo tēpore exercitui huiuſmodi deformitas acceſſiſſet.¶Habuit autem principatum primus hely ex domo Ithamar:qui fuit vnus filiorum aaron. Nam primus de domo eleazari ſacerdotes erāt:ex quo honorē filio a patre pcipiebat:& hely phinees filio ſuo tradidit.Poſt quē abiezet eius filius hunc honorē accepit:quē birri alſ bozi filio ſuo derelinquit.Cui rurſum ozi filius ſucceſſit ſuus.Et poſt hunc hely tenuit ſacerdotiū de quo nunc nobis ſermo eſt|hitus:cuius genus vſq; ad tp̄a iperij ſalomonis hoc hūit.Tūc enī ſacerdotiū ex domo eleazari denuo receperunt.

Mors heli āno etatis nonageſimo octauo quo rū quadragita iudicauit iſrael Icabot quid ſignificat.

Epilogatio cerdotum.

¶Explicit.li.v.

¶Incipit liber ſextus:q cōtinet tp̄s ānorū triginta duorū ſub ſamuel duodecī āni:ſub dauid viginti

¶Captiua archa deducit in Azotū, & iuxta dagō idolū collocat qđ ipſā archā adorans iacebat vbi peſte iualeſcēte aſchalonite illā receperunt ſed ipſis ſiſes paſſiones pcipientibus ad vicinas ciuitates miſerūt demū principes quinq; citatū paleſtinorū turbati concilio inito ad hebreos remittūt quā ptio beth ſamite indecenter recipientes a deo percuſſi ſunt. Quod cognoſcentes reportauerunt eam in Charia thiarim in domo Aminadab collocantes.

¶Capitulum primū

1.R.c.5 B. TEnentes igitur paleſtini captiuam ſuorum hoſtium archā ſicut dudum predixímus:in ciuitatem azotum portauerūt eā & apud deū ſuū qui vocatur dagon quaſi tropheum aliquid poſuerunt.Sequēti vero diluculo nēplū egreſſi vt eū ſolēniter adorarēt inuenerunt deum ſuum circa archā hoc facientem.Iacebat enī euulſus de baſe ſua in qua ſtatutus eſſe videbatur.Quā denuo eleuātes ſtatuerūt:grauiter de eius caſu dolētes.Cūq; frequenter venientes dagon inuenirent iacentē:& archam ſimiliter adorantē in angu ſtia & cōfuſione grauiſſima cōſtituti ſūt.¶Nouiſſime vero azotiorū ciuitatē atq; puinciaz diuinitus peſtis inuaſit.Moriebantur ei crudeli paſſione diſſenterie:& anteq̄ velox eis interſus ,pueniret anteq̄ aīa bona morte ſolueretur corpore inteſtina eorum corrupta corporis putredine ferebantur.Prouinciā vero conſurgens morborum multitudo deuaſtabat:ita vt neq; arboribus neq; fructibus abſtineret.Dūq; in his malis azoti tenerent & reſiſtere calamitati nō poſſent intellexerūt hanc ſibi cladē propter archā dei ,pueniſſe victoriāq; eius nō ſibi pro bono fuiſſe.Miſerunt ergo aſchalonitas:petentes vt archā ipſi ſuſciperēt. Quibus azotorum ſupplicatio erat tam grata & eis quodāmodo gras retulerūt. Archā vero pcipientes in malis ſimilibus cōſtituti ſunt.Secūdū nāq; paſſiones azotorū paſſiōes aſchalonitis archa deuexit.Quā denuo ad alios aſchalonite miſerūt:ſed neq; apud illos māſit.Nā & cū ipſi hiſdē paſſionibus turbarēt:eā vicinis ciuitatibus tradiderūt.¶Iſto mō archa ciuitates paleſtinorū quiq; trāſiuit quo

Captiua archa deducitur in Azotū& iuxta dagō paleſtinorū deuz collocatur qui ipſaz archā adorabat.

Peſtis in Azoto ,p ablatione arche à paleſtinis

Aſchalonite recipientes archā ſimiles morbo. Azotorum receperunt .&c.

1.R.c.6. ſi p̄dā quādā exigēs paſſionibus p ſingulas ciuitates.Deſpati vero mal'hu q iā videbant expti & dū audiētibus hec nota fieret nec archā aliq vlterius ſuſcipere vellēt,hmōi habētes mercēdē ad vltimū cogitabāt quēadmodū ea carere poſſent.¶Cōueniēteſq; q̄nq; vrbiū pricipes geth & accaon & aſchalō nec nō & gaze & azoni:tractabāt qd fieri cōueniret.Et primū quidē placuit vt archa remitteret ad ſuos cū deus eā ,ppitius vindicaret & ob hoc peſtes eis inferret vrbeſq; vaſtaret.Erāt aūt qui dicerent hoc qđē fieri non debere:nec falli vt arche paſſionum cauſas aſcriberent cum ei poteſtas huiuſmodi aut fortitudo non eſſet quando ſi habuiſſet deus curam eius nequaq̄ tradita fuiſſet hominibus:ſed quieſcendum & cauſam harum paſſionum dicebant leuiter tolerandam quod vtiq; non deberent niſi ſolummodo reputare nature quę corporibus & terre & arboribus & oībus quę ex ea conſiſtunt per temporū curſū huiuſmodi mutationes ingenerant:Predictas eōſiliū virorum qui priſcis temporibus intellectu precellebant atq; prudentia ſuperabāt:& maxime quando in rebus preſentibus ſuadere congrua videbantur & neq; remittendam archam neq; retinendā eſſe dicebant:ſed quādoq; ſimulacra aurea p vnāq̄q; ciuitate dedicāda deo ,p grārū actione qñ earum ſaluti ,puideret eoſq; viuere fecerit & paſſionibus quibus ,ualere nō poterāt liberari totidēq; anulos alias anos aureos & mures q eorū regionē ,paſti fuerāt atq; curuum:& hec in loca eorum eſſe mittenda & ſuper archam ponenda faciendumq; vehiculum nouum:& boues quę nuper genuerant eſſe iungendas:quarum partus claudendos ac retinendos eſſe ne ſequentes matres impedirent ſed eorum deſiderio celerrimum potius iter facerent tunc illas depulſas portanteſq; archā in triuio deſerēdas:eiſq; quodāmō cōmittēdū quā vellēt agere viam. Et ſi quidē ad hebreos irent & eorum regionem aſcenderent:archam arbitrandum cauſam fuiſſe paſſionum. Si vero alibi fortuito properarent reuocandam eſſe dicebant:cognoſcentes eo q; archa nullam videretur habere virtutem.Hęc itaq; recte ſe habere iudicantes:repente fieri decreuerunt.Agentes autem ea quę ſūt

Conſiliū pricipum.v.ciuitatū de reditione arche hebreis & eoz varia ſentētia.

Modus quo reducit archa que prio alpicuit in vico quidicitur Bethsamis vbi septuaginta viri propter indignitatē mortui sūt.

predicta vehiculum cum bobus deduxerunt in triuium: eamq; relinquentes ibi fecesserunt. Bobus aūt recta via velut quodam duce eas precedente pergentibus palestinorum principes sequebātur quo starent aut quo venirent volentes agnoscere. Est autem quidam vicus in tribu iuda nomine bethsamis: in quo venerunt boues. Cumq; in campo maximo deuenissent vlterius accedere cessauerunt. Et statuentes illic vehiculum gratum miraculum habitatoribus vici illius prebuerunt. Estatis namq; tpe dū oēs in agris ꝓ colligendis frugibus essent cū vidisset archā delectationis passi; al'as delectatione rapti & opus manuū relinquētes: repēte cucurrerunt ad eā: & deponētes archā & vas i quo erāt recōdita simulacra simul & mures: posuerunt sup quandā petram; que erat in cāpo. Et mox immolātes deo & vehiculum simul & boues: holocaustum offerentes pariter epulati sunt Hęc videntes palestinorum iudices ad propria sunt reuersi. Ira vero atq; indignatio dei septuaginta bethsamitas eo ꝙ non fuissent digni archam contingere: quia nec sacerdotes erant qui adeam accesserant: interemit. Quos talia patientes fleuerunt sui prouinciales: & luctum in eis eleuauerunt quales potuissent habere pro malo diuinitus missos: suumq; mortuum vnusquisq; lugebat. Et indignos se iudicantes vt apud eos archa consisteret mittentes ad omnes hebreos indicauerunt a palestinis archam fuisse reuocatam. ¶ Qui cognoscētes hoc reportauerunt eam in Chariathiarim proximam ciuitatem bethsamitarum. Vbi in domo cuiusdam leuite aminadab nomine qui videbatur esse iustus & vita religiosus: archam introduxerunt velut in locū deo dignum in quo habitaret vir iustus. Ministrabant enim arche eius filij & huic cure ānis viginti ꝑ fuerunt. Tantis enim temporibus fuit in chariathiarim dum apud palestinos mensibus quattuor habitasset. ¶ Cumq; omnis populus illo tempore quo ciuitas chariathiarim habuerat archam i orationibus & sacrificijs deditus esse videretur: & maximum circa eam religionis exhiberet officium: samuel ꝓphe ta videns fiduciam eorum quasi oportunum esset vt talibus loqueretur deliberate & bonis eius fecit al loquium secundum ꝙ credebat eorum mentibus esse gratum & ait. O viri quibus adhuc hostes sunt grauissimi palestini & deus iam incipiens esse propicius & amicus: non solum concupiscenda libertas ē sed etiam facienda per que nobis eius bona ꝓueniant. Nō enim optare debetis. ab homine liberari & agere pro quibus potius seruiatis: sed estote iusti & maliciā depellentes ab animabus vestris: easq; purgantes totis membris inuocate deū: eūq; bonis actibus honorate. Hoc eni vobis facientibus bona ꝓuenient seruitusq; fugabitur & de hostibus repēte triūphus auferet: quē ꝓmereri nō armis poterūt nō robore corporum: non multitudine populorum. Non enim malis deus ꝓmittit se talia ꝓbiturū: sed bonis existentibus atq; iustis. Ego aūt vobis. digna gerentibus huiusmodi ꝓmissum me adipulaturū affero. ¶ Cumq; hęc dixisset vniuersus populus ei fauit: & eius exhortatione gauisus est simul & annuerunt omnes obedire se deo. Quo facto congregauit omnes samuel i quadā ciuitate que vocatur masphat: qđ nomen deorsū inspicere hebraica lingua significat. Hic haurientes aquā immolauerunt deo & tota die ieiunantes in orationibus cōuersati. Qui tamen ibidē congregati palestinos minime latuerunt.

Archa i chariathiari in domo Aminadab ponitur & fuit ibi. xx. annis.

Iu biblia & scolastica historia habetur septem mensibus.

Oratio Samuelis ad populum & monitio eius valde notanda.

Cōsolatio diuina samuelis.

¶ Vincunt hebrei palestinos miracula samueleeis promittēte & signis pluribus probante qui senectute grauatus filijs principatum tradidit quibus male officium exercentibus conqueritur populus regē petens cui deus concedit regis iura prenuncians. ¶ Capitulum. iij.

Samuel diuinū auxiliū ꝓmittebat deo sacrificiū offerens.

DAm cognoscentes conuētum eorum magno exercitu atq; virtute vt non suspicantibus bellum & in preparatis inferrent agressi sunt. Illos autem hoc valdē terruit ad tumultum fortitudinem q; pduxit: & recurrētes ad samuelanimos suos corruisse: & morte proxima perditionē dicebāt & propterea quiescendum nec virtutem hostium commouendam: quando nobis te duce ad orationes & sacrificia & iuramenta venientibus super nudos & inermes castrametati sunt inimici. Spes ergo nulla nobis alia salutis est nisi per te exoratus deus euadere nobis cōcesserit palestinos. At ille & fiduciam habendam dixit & deum allaturum eis adiutorium promisit. Et sumens lactentem agnum sacrificauit pro populo rogauitq; deum vt eos contra palestinorum bellum sua dextera tueretur nec eos perituros despiceret: qui secundo iam videbantur afflicti. ¶ Exaudiuit itaq; deus orationes hostiamq; placitam & auxiliatrici mente, suscipiens annuit eis victoriam & potentiam conferendam. Dumq; adhuc esset super altare dei sacrificium positum: & nondum sacra fuisset flamma consumptum processit e castris hostium multitudo & aciem constituit ad pugnandum tanq̄ multa spe victorie: dum vtiq; iudei in angustia viderentur inclusi quando nec arma haberent nec ad puguandum ibidem concurrissent. Inciderant enim inopinate in rebus talibus: quę etiam si predicte fuissent: non facile crederentur. ¶ Palestinis igitur primitus deus terram mouit eamq; tremere fecit: & eis dubiam demonstrauit ita vt eis basis subtrahi videretur & scissa in diuersis apertionibus forberetur ¶ Deinde tonitruis concrepantibus & ignis choruscationibus longe micantibus velut incendens eorum vultus nimis eos affecit: & ex eorum manibus arma diripiens nudos in fugam conuertit. Quo facto samuel eos cum multitudine persecutus est & plurimos interfecit persecutusq; vsq; ad locumquendā qui vocatur

Victoria hebreorum contra palestinos miraculosa.

Terre motus ad palestinorū terrorem.

A correon.ibiq; lapidem fixit velut terminum victorię & hostium fugę.eumq; lapidem fortitudinem appellauit:quasi signum esset diuini solatij contra hostes adhibiti.¶Inimici vero post illam plagā nequaq̄ super israhelitas egressi sunt sed timore & memoria rerum quę super eos accesserant quiescebant. Fi-
i.re.c.8 dutia siquidem quę dudum fuerat palestinis aduersus hebrēos.post hanc victoriam facta est hebræorum.¶Porro samuel super eos castra ducens peremit multos.eorumq; superbiam ad nichilum dedu-
xit. Abstulit regionem illam quam primitus victis iudeis rapuerunt. Igitur illo tempore inter israheli-
tas & reliquos chananeos propheta verus Samuel dispositio populo eisq; reddita ciuitate:in eam eos
conuenire precepit.vt de diuersis actibus adinuicem disceptarent.Ipse vero semel in anno circuiens ci
uitates iudicabat.& multo tempore sub equitate omia expleuit.¶Deinde senectute grauatus.& age-
re solennia prepeditus filijs suis populi tribuit principatum. quorum senior quidem dicebatur Iohel iu
nior autem Abia.Prepositi autem alium quidem in bethleem ciuitate vt illic sederet & iudicaret.alium
in bersabee diuidens populum qui eorum iudicijs optime de parentibus suis existerent:sed & boni &
moderati quidem ex malis.& praui producerentur ex bonis.Nam et patris sui studium recordantes:&
viam contrariam ambulantes & muneribus turpibusq; lucris iustitiam comprimebant & iuditia non ve
ra sed secundum premia proferebant: & ad epulas preciosaq; conuiuia declinantes primum quidem
i.re.c.8 quę erant inimica deo gerebant:secundo etiam patri videbantur auersi. qui multo studio ac prouiden-
tia gesserat vt etiam plebs sciret seruare iusticiam.¶Populus itaq; dum contumeliam priori conuersa-
tioni prophetę filij facerent grauiter hoc ferens ad patrem denuo remeauit:qui in ramatha ciuitate cō
morabatur eiq; iniusticias filiorum omnes exposuit.Et quia cum senex esset & tempore iam defectus
rebus preesse non poterat:supplicabantq; ei atq; rogabant vt eis aliquem eorum regem eligeret qui &
principatum gentis haberet & palestinos affligeret qui eis erant prioris iniustitię debitores.¶Hæc er-
go verba grauiter concusserunt Samuel: propter insertam ei iustitiam: & odium circa reges.Optimam
enim illius tunc conuersationis electionem valde diligebat quę dū esset sancta:beatos etiam ciuesvten
tes se faciebat.Nimiaq; cogitatione his dictis afflictus:neq; cibi memoriam habuit:neq; somni. Sed fa-
B. cta nocte rerum cogitationes euoluens sine sopore permansit.¶Cumq; talia cogitaret apparuit ei di-
uinitas.eumq; consolata est dicēs:nō pro petitione populi debere affligi:quasi non in illum superbi fue
rint sed magis in se.ne solus super eos ipse regnaret.Et hęc opera ei ex quo egressi sunt ab egypto moli
tos:non tamen post multum tempus eos esse grauissimam penitentiam habituros per quam mihi equi
dem quod gestum fuerit in effectum erit.Arguentur autem vt contemptores: & consilia non pacifica
circa me & circa tuam prophetiam habuisse. Precipio autem tibi vt eis ordines quem-cumq; monstra
i.re.c.3 uero regem. Prædices tamen eis quales erunt:& quę sub rege passuri sunt: & protestans qualem mu-
nitionem habere festinant.¶Hæc samuel cum audisset mox die facta conuocatis iudeis ait daturum
se eis regem:sed primitus quidem narrare debere eis quę illis futura essent per reges . & quibus forent
afflictionibus atterendi.Scitote inquit q̄ primum quidem filios vestros auferent: & alios quidem cur-
ruum,agitatores esse iubebunt.alios vero equites & armigeros & precursores:alios millenarios & cente
narios facient. Alios armorum artifices & opifices curruum & instrumentorum fabros:& agrorum suo
rum cultores vinearumq; fossores: & nihil erit in quo non obediant his quę iubentur seruientes ad si-
militudinem eorum qui precio comparantur. Sed & filias vestras vnguentarias habebunt: & coquæ-
strias & molarias:efficientq; omne opus sub necessitate quod famulę plagas metuentes & verbera.sed
C & vestras possessiones auferent & eas eunuchis suis & armigeris condonabunt. & iumentorum grę-
ges eis distribuent. Et vt breuiter sit dicendum seruietis cum omnibus vestris regi: similes seruorum e-
ius effecti.Horumq; sermonum memoriam tunc habebitis quando hæc passi fueritis.& penitentia du-
cti rogaueritis deum vt vestri misereatur:& donet a regali honore velocissimaꝫ libertatem.Qui vestras
non suscipiet preces: sed eas respuens vosmet vt malorum consiliorum tormenta substineatis.¶Erat
autem populus in hac prouidentia futurarum rerum valde fatuus:& difficilis vt consilium quod semel
in mente collocarat expleret. Nam neq; audientes talia sunt conuersi.neq; eisdem sermonibus prophe
ta perterruit:sed magis vehementes instabant:& regem sibi ordinari postulabant:nec cogitandum esse
de venturo censebant: sed fore necessarium secum pro afflictione inimicorum habere pugnaturum re
gem.quando nulla prouinciarum in tali conuersatione & sine rege consisteret.¶Videns autem eos sa
muel nec in his quę fuerāt prędicta conuersos. sed potius immanentes:ait.Nunc equidem ad propria
singuli quiq; recedite.Oportune vero vos euocabo dum quē vobis daturus sum regē a deo cognouero.

¶Saul filius Cis patris asinas querens rex constituitur quem eas querēdo Samuel diuinitus cogno-
uit & inunxit sibi in conuiuio regali apposita portione& prędicto ei signo multiplici quod cognouit sed
& sorte electus abscondit se publicata tamen eius fuit electio licet eum multi contempserunt.

Samuel ad nichilum redegit palestinos.

Samuel senectute grauatis filijs principatū tradidit.

Malitia filiorum Samuelis principū super israelē Cōqueritur populus de filijs samuelis regez petēs sibi cōstitui.

Consolatio diuina Samuelis.

Iura regis prędixit Samuel.

Fatuitas populi pertinacisq; petitione regis audita tyrannide

Capitulum tertium.

Pater Saul Cis de tribu Beniamí. Saul querẽs asinas pris Rex constituitur.

ERat igitur quidam de tribu beniamin vir nobilis moribusq; laudabilis: nomine Cis huius erat filius iam iuuenculus formaq; pulcherrimus & corpore valde ꝓcerus quiq; multos mente ac prudentia precedebat: vocabaturq; saul. Is vero Cis duꝫ asinę precipue de grege eius erassent: in quibus nimis & sicut in nullo alio iumento delectabatur. filium suum ad requirendas eas cum vno famulo destinauit. Qui dum tribũ paternam requirendo asinas circuisset venit ad alias. Et dum neq; in eis inuenisset: discedere cogitabat ne pater de se molestiam cogitationis inferret. Dumq; Ramatha ciuitatem veniſſet & puer qui cum eo erat dixisset ei esse in ea prophetã verum. dedisset q; ei consiliũ vt ad eum irent & per eũ de asinis quas querebant agnoscerent respondit nihil habere pro muneribus quod euntes deberent offerre prophetę quoniam vię pecunia tam fuisset expensa. Tunc famulus dicit esse sibi quandam alias quartam partem sicli. & hoc ei datum posse sufficere. Errabant autem ignorantes eo ꝙ non acciperet propheta mercedem. Cumq; venissent ante portas virgines ad aquas euntes interrogauerunt eas de domo prophetę. Que cum indicassent: adistebant vt festinarent anteq̃ ad comedẽdum accederet. Multos enim eum illa die dicebant pascere: & cum his qui vocati fuerãt eum primum discumbere. Samuel autem propter rea multos tunc ad conuiuium vocauerat. Nam dum precedenti die deprecaretur deum vt ei predicere quem constituret regem indicauerat ea hora altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu beniamin. Porro samuel in domo sedens tempus quod ei promissum fuerat expectabat. Quo adimpleto descendens ibat ad mensas occurritq; saul ei. Cui deus protinus indicauit hunc esse regnaturũ hebreis. Saul autem accessit ad samuel eumq; salutans supplicauit vt ei domum prophetę mostraret: quam scilicet vt peregrinus se ignorare dicebat. Cumq; samuel se esse dixisset eumq; duceret ad conuiuium inco lumes esse pro quibus querendis missus fuerat asinas indicauit: & omnia ei bona regni esse conferẽda promisit. Cui saul. Minimus inquit sum domine mi hac spe & de vltima tribu quę regibus apta non est & ex inferiore patria vrbium ceterarum. Sed tu magis illudis & pro periculo me fatigare contendis: de tribu maiori q̃ vt mihi conuenit nunc loquendo. Quem propheta deducens ad conuiuium recumbere fecit simul & sequentem puerum super eos qui fuerant inuitati. Erant autem numero septuaginta. Prę cepitq; vt pars ei regalis apponeretur. Et dum hora dormiendi venisset aliorum quidem singuli ad pro pria discesserunt saul autem apud prophetam cum famulo suo soporatus est. Die vero facto samuel eum excitans duxit foras. Et cum extra ciuitatem venissent famulum quidem precedere iussit: illum vero remanere quasi aliquid ei nullo alio presente dicturus. ¶ Dumq; sa..! puerum premisisset sumens propheta vas olei super iuuenis caput effudit eumq; complexus ait. Esto rex a deo constitutus: & contra palestinos vindicaturus hebreos. ¶ Hoc autem erit tibi signum quod te volo prescire. Cum profectus fueris inuenies tres viros in via euntes in bethleem/alias bethel, adorare deum. Quorum primum qui dem tres panes offerre videbis secundum vero hedum. & tertium vtrem vini. Iuuenes isti te salutabunt: & libenter suscipient & dabunt tibi duos panes Tu autem accipiens exinde venies ad sepulchrum Rachel vbi cognosces eo ꝙ inuentę sunt asinę. Post hęc venies in gabatha & ecclesiam inuenies prophetarum & diuinitus inspiratus prophetabis cum eis ita vt omnes habentes sensum cum viderint obstupescant atq; mirentur dicentes vnde ad hanc felicitatem peruenit filius Cis vt possit etiam propheta re. Cumq; hęc omnia signa fuerint facta scito deum esse tecum. & salutabis patrem tuum atq; cognatos veniẽsq; post hęc vocatus a mein galgala. vt pro his deo pacificas hostias immolemus. Hęc autem prę dicens dimisit eum. ¶ Porro Sauli omnia secundum prophetiam Samuel euenerunt Cumq; venisset in domum cognati sui abner quem prę omnibus parentibus diligebat interroganti de profectu eius et quid accidisset aliarum quidem rerum nihil abscondit neq; ꝙ apud samuelem prophetam fuisset neq; ꝙ ei asinas inuentas esse dixisset. De regno autem & eius euentibus quę etiam si audirentur & inuidiam & incredulitatem parerent tacendum esse decreuit. Quod neq; amico & amplius sanguinis in ciuitate coniuncto cautum aut sapiens credidit indicare dubitãs vt reor de humana natura: quippe cũ verum sit ꝙ perfecte nemo deuotus est: neq; amicus: neq; cognatus: neq; vsq; in donis dei purum ali qui seruant affectum sublimius maliuoli & inuidiosi esse noscuntur. ¶ Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatem Maspha: & apud eum diuino mandato verba disposuit dicens. ¶ Quoniam cum eis deus præstiterit libertatem & subdiderit hostes beneficiorum eius sint immemores. Et deum quidem regno priuauerint nescientes quoniam nimis vtilissimum est ab omniũ regem excelso iuuaricum deus vtiq; omnium sit solus excelsus: elegerint autem habere se hominem regem qui eis velut iumentis subditi consilio & desiderio suo alijsq; voluntatibus sit vsurus & potestatem suam sine aliqua pari tate omnibus collaturus quiq; non ita sicut Deus proprium opus atq; facturam tueri genus hominum festinabit quod deum solum semper constat efficere. Sed quoniam vobis inquit placuit & hęc iniuria prænaluit contra deum, ordinamini omnes per tribus & sceptra: & mittite sortes vestras. ¶ Quod

Saul veniẽtẽ cognouit Samuel hebręis regnaturum.

Hũilis Saul responsio.

Sauli in conuiuio regalis pars apponitur.

Saul a Samuele rex secrete vngitur signum sibi prędicitur.

Ille qui hic dicitur cognatus i biblia vocatur patruus.

Regressus saul.

Samuel ad populum.

Sichus valet viginti obolos

I.r.c.9.

D

E

I.r.c.9.

E

I.r.c.10

A dum hebrei fecissent sors cecidit super tribum beniamin. Et dum fuisset demuo sors missa per gñs exist progenies matharis. Cumq; per viros ipsius generis sors missa fuisset: ad saul filium Cis sors regni perducta est. Quod dum iuuenis agnouisset semetipsum abscondit nolens videri vt arbitror sponte suscipere principatum sed tantam sui abstinentiam & temperantiam demonstrauit. vt dum multi nec in parua felicitate gaudium valeant retinere. sed omnino conspicui esse desiderent: ille non solum semetipsum pro tali regno & tantarum gentium futurus dominus non ostendit: sed etiam e conspectu eorum quibus erat regnaturus eripuit & querendum se non sine eorum fatigatione fecit. Quibus difficultatem patientibus & cogitantibus eo q̃ non adesset: rogauit propheta deum vt ei vbi esset ostenderet. & iuuenē manifestum efficeret. Dumq; cognouisset a deo locum in quo erat celatus saul iussit eum adducere. Et cum inuenisset eum in medio populi collocauit. Is enim omnibus eminebat & ipse proceritate regius erat. Dicitq; propheta. Hunc deus vobis dedit regem. videtis q̃ & melior cunctis est & imperio dignus. Cum optasset populus regi salutem ea quę illis erant futura propheta conscribens rege audiente legit: & librū in tabernaculo dei reuoluit ob testimoniū eorū quę prędixerat venturis generationibus afferēdum. ¶ Dum hęc itaq; samuel celebrasset dimisit populū propheta. Et ipsum quidē in amathim ciuitatem patrię suę secuti sunt honorē regi debitū exhibentes. Plurimi vero maligni & illum contemnebant & aliis irridebant & neq; munera offerebant. neq; studio aut sermone saul sibi placere monstrabant.

¶ Saul rex sorte electus abscōdit se.

Publicata saulis electio.

Aliqui contemserunt saulem

¶ Saul contra Naas Ammonitarum regem bellum incepit crudelem nimis Hebrę orum dextrum oculum euellentem & contra eum gloriosam victoriam obtinuit et Iudę manifeste rex iniungitur.

Capitulum quartum.

i.r.c.ii. POst modum vero honoris eius causa initium belli contigit contra Naas regem ammonitarum. Hic enim multa mala iudeis habitantibus transiordanem intulit. & cum multo & pugnaci exercitu eos affligit: vt besq; eorum seruituti subegit: quorum fortitudinem in propria ad presens suę subdidit ditioni. Sapientia vero atq; tractatu sic infirmos reddebat ne quo modo rursum iugum potuissent euadere seruitutis eorum. ¶ Nam etiam qui ad eum aut fide data venissent aut quos lege bellica cepisset: dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat vt sinistram partem vultus sui scutis celantes ad bellandum forent nimis inutiles. Et hęc quidem rex ammonitarum cum fecisset habitantibus transiordanem: super galadinos castra ponens circa ciuitatem Iabes. legatos ad eos misit precipiens vt se ei traderent quatenus eorum oculos dextros auferret. Quod si nollent per obsessionem eorum ciuitates se interminabatur euertere. Electionem vero in ipsis esse vtrū vellent partem corporis amittere: an certe vniuersi perire. ¶ Galadini vero merentes in talibus: neutrū eorum promittere presumpserunt neq; semetipsos tradere neq; pugnare. Septem vero dierum popos cerunt indutias vt ad contribulos legationem mittentes solatium ab eis poscerent. Et si quidem auxB. lium eis veniret pugnarent. Si vero huius rei foret inopia tradere se dixerunt passuri quodcunq; placeret hosti. ¶ Naas autem spernens multitudinem galadinorum eorumq; responsum. dedit eis indutias & solatia a quibuscumq; vellent postulare permisit. Illi vero repente per ciuitates israhelitarum miserunt indicantes quę eis faceret Naas & in qua tenerentur angustia. Qui vsq; ad lachrimas magnamq; tristitiam hoc audito venerunt. Timor autem eis aliud quicq̃ facere non permisit. ¶ Cumq; legati in regis Saul ciuitatem venissent: & in quibus essent iabite periculis nunciassent. populus quidem idem fecit quod illi priores. Flebant enim omnes calamitates. Saul ab opere agri reuersus in opidum venit inuenitq; flentes proprios ciues. Et dum causā tristitię & confusionis inquireret. agnouit quod contigeC rat a legatis. Et diuinitus inspiratus iabitas quidem remisit promittens se in auxilium eis venturum die tertia: & ante solis ascensum portis eius esse venturum: ita vt victores eos & timore liberos ortus solis inspiceret. Iussitq; eorum aliquos pro ducatu itineris substinere. ¶ Volens autem populum adammoi.r.c.ii. nitarum bellum damni timore conuertere & eis quantotius subuenire incidens boum suorum neruos. Hoc facere cunctis interminatus est si non armati die altera concurrerent ad Iordanem eumq; sequerentur et samuelem vbicumq; eos ducerent. Illis autem propter timorem imminentis damni definito tempore currentibus in ciuitatem Balam dinumerata multitudine inuenit eorum numerum preter tribum Iuda septingenta milia fuisse collectos. Illius autem tribus septuaginta milia fuerunt. ¶ Transiens igitur Iordanem & decem finium tota nocte faciens iter: oriente sole exercitu in tribus partibus constituto repente & inopinabiliter irruit super hostes: factaq; pugna et alios multos ammonitarum peremit simul & regem. ¶ Hoc igitur opus clarum valde fecit Saul: & apud omnes Hebrę os eum laudabilem demonstrauit magnamq; fecit gloriam fortitudinis adipisci. Nam si qui primitus fuerant qui spreuerant eum tunc conuersi sunt vt honorarent. & meliorem cunctorum principatu iudicarent. ¶ Non enim sufficit illi solummodo iabesse nos eripuisse sed etiam cunctam studuit pugnando ammonitarum subuertere regionem. prædamq; sumens exinde copiosam clarus ad propria remeauit. ¶ Popu-

Bellus saulis: cōtra naas regem ammonitarum.

Crudelitas naas contra hebrę os

Galadinorū lamentū pro crudelitate naas.

Saul iabitas iuuare promittit.

In biblia sic. fuerunt q; filiorum israhel trecenta milia. virorū autem iuda triginta milia.

Gloria saulis apōs hebrę os

lus autem pro rebus quę gestę fuerant a saul. magna delectatione gaudebant: & q; regem talem ordi- D
nauerant exultabant. Contra autem qui eum nihil de rebus pro desse dixerant exclamabāt vt solet vul
gus felicitate detentus euomere. & contra illos qui iu principijs huiusmodi rerum videntur esse auctores. Saul autem horum quidem circa se fauorem amplectebatur voluntate. iurauit autem nullum nosce
re contribulorum nec illa die necare permitteret: cum esset nimis incongruu; si data a deo victoria pro
prij generis sanguine fedaretur sed deceret vt gratiam habentes ad inuicem festiuitatem eius celebra-
Confirmatio se cunda electiōis Saul et vnctio manifesta. Epilogatio regi munis hebręor; rent. ¶ Cum q; samuel dixisset secundam ordinationem in confirmatione regni saul oportere fieri: om-
nes congregati sunt in galgala ciuitate. Illic enim eos venire pręceperat: & rursus populo vidēte prophe
ta vnxit saul oleo sancto: & secundo denunciauit regem. Itaq; isto modo hebręorum respublica ad regū
iura conuersa est. Nam tēpore moyseos & iesu eius discipuli qui postieum dux fuit optima ducis cōuer
satione gerebantur. Post illorum vero mortem annis decem & octo populus eorum sine principe fuit.
Postea ad conuersationem pristinā sunt reuersi: ei quippe qui bello & fortitudine cunctos excellerēt ti
buentes iudicij potestatem. & propterea tempus conuersationis huiusmodi nimis eximium vocatur.

¶ Samuel se innocentem ostendens coram populo deum grauiter ferre regem petitum diuino mi-
raculo ostendit populum ad dei obseruanda mandata admonens. Capitulum quintum.

¶ Innocens samuel se purgat coraz omnibus.

Amuel autē propheta cōgregatis hebręis ait. ¶ Cōiuro vos per maximu; deū qui fratres illos optimos moysen & aaron deduxit ad vitā & pres vros ex ęgypto de domo seruitutis eripuit: vt neq; aut verecūdię aliquid cōferē i.r.c.12.
tes neq; timore perterriti: neq; alia qualibet passione detēti: dicatis si quid a me prauum aut iniustū aut lucri gratia aut auaritię causa gestū est argui-
te me si cuius aliquid accepi aut vitulū aut ouē aut cibū recepi. aut si cuius iumentū ad vtilitatē meā tollens aliquē cōtristaui. Et his ergo oībus si quid abstuli dicite corā rege. Illi vero clamabāt nihil horū ab eo factū: sed sancte E
et iuste eū prefuisse populis hebręorū. Samuel autē cunctorum huiusmodi testimonium fuisse de eo prolatū audiēs ait. Quoniā indicastis mihi q; nti-
Arguit Samuel populū pro petitione regis. hil incōgruū dicere de me valeatis corā rege. nunc audite cū fiducia me di
cente. Q m quippe nimis egistis in deū petentes regē: cum vos oportuisset habere memoriā quod cū septuagīta solūmodo nostri gnis auus iacob pro
pter famē venit in ęgyptum & illic multis milibus procreatis: quę ad pessimum seruitium ęgyptij perdu
xerunt. oratione patrū absq; rege tantam multitudinem ex necessitate deus eripuit mittens eis moysen
& aaron fratres. qui vos eduxerunt in terrā hanc quam nunc vtiq; possidetis. Et his adeptis per deū bo
nis didicistis pietatem atq; religionē dei quos ille hostibus subditis liberauit: & primum quidē assyrio-
rum & eorum fortitudine potiores effecit: deinde prębuit victoriā ammonitarum. nouissime vero pale
stinorum & oia hęc concessa sunt nō habentibus regem. sed cū Iepte & gedeon duces existerent. Q ne
vos ergo stultitia tenuit vt fugeretis a deo & hōis velitis esse sub regno. Sed ego quidem hūc vobis in-
Samuel miracu lo ostendit deū grauiter ferre petitionē regis. stitui quem deus elegit vt tādem vobis manifestum sit deum irasci & ingrate ferre petitionem vestram:
in extremo vt eadē deus ipse hęc vobis ostendat apertis indicijs. nullus enim vestrum aliquando hęc
vidit factum messis tēpore imbrem deū deprecemur effundere. Cum q; hęc samuel dixisset ad populū
tonitrua subito chorusćationes: & grandinis impetus diuinitatis influxionē prorupit: veritatem prophe-
Monitio samuelis ad populū. tę apud cunctos ostendens ita vt obstupescentibus & in formidine constitutis: peccasse se cuncti profi
terentur. & in hoc per ignorantiam incidisse vt q; deum propheta velut optimus pater & mitis rogaret F
vt propitius esset eisq; peccatum quod pernitiuriam & iniquitatem commiserant dimitteret exorabāt.
At ille promisit se deum rogaturum vt eis veniam concederet meritorum. ¶ Monuit tamen eos vt iu
sti forent & boni & haberent semper memoriam eorum in quibus pręuaricatione virtutis inciderant &
signorum dei & legislationis moyseos: sic eis cum felicitate regia salutis esset effectus quia si hęc negli
gerent, venturam eis eorumq; regi plagam maximam prophetauit. Igitur samuel cum hęc dixisset he-
bręis confirmando seruando saulis regno populum remeare permisit ad propria.

Saul contra philisteos & exercitus sui numerus Palestini arma a iudeis auferē tes ipis ferro vti interdixerunt.

¶ Saul cōtra palestinos (qui arma a iudeis abstulerant eos omnino ferro vti interdicentes) arma pa-
rat qui sacrificando peccat vnde & accusatus a samuele q; a sobole regnum recederet. ionathas tamen
eius filius latēter cū armigero ei signū denotās hostes aggreditur quos miraculose vicit. Capitulum. vj.

Saul igitur eligens quasi tria milia virorum ex omni plebe duo quidem milia ipse recipiens
morabatur in ciuitate Bethleem: Ionathę vero filio suo mille dedit armigeros: eumq; misit i.r.c.13.
in gabatha. Ille autem obsidebat castra palestinorum non procul a galgalis. ¶ Palestini nā-
q; qui in Gabaa morabantur arma iudeis abstulerant & munitissima loca suisq; castra oportuna detī-
nebant interdicentes hebręis vti ferro propter quam causam agricolæ si quod instrumentum eis esset

neceſſarium ad culturam:venientes ad paleſtinos fabricabantur illud. ¶Cum ergo paleſtini cognouiſ Exercitus pale
ſent caſtra ſua ab hebreis:obſeſſa indignati & contemptum hebræorum magnam iniuriam iudicantes ſtinorum nũerus
A iudeis prelium intulerunt ducentes pedeſtrium quidem trecenta milia curruum vero triginta milia et contra hebreos
equitum milia ſexaginta.caſtraq; poſuerunt circa ciuitatem magnam.Quod cum cognouiſſet ſaul rex
hebreorum deſcendit in galgalam ciuitatem: & in omni prouintia miſit populum propter libertatem Fuga iſrael ante
ad bellum contra paleſtinos inuitans. eorumq; potentiam vililſimam eſſe declarans & nimis indignum paleſtinos.
vt per timorem pericula ſuſtinerent. ¶Dumq; populi qui erant cum Saul multitudinem paleſtinorum
inſpicerent:valde territi ſunt.Et alij quidem in ſpeluncis & cauernis & cloacis ſemetipſos celauerunt:
plurimi vero tranſiordanem fugã lapſi ſunt qui erant precipue ex tribu gad & ruben. ¶Miſit Saul Mittit Saul ad
ad prophetam vocans eum vt cum eo de bello & rebus preſentibus cogitaret. Ille autem ſubſtinere ibi ſamuelem.
eum precepit & hoſtias preparare.Poſt ſeptem vero dies venturus ad eum. vt ſeptima die ſacrifican- Trãſgreſſio ſau
tes ita congrederentur ad bellum. Qui ſuſtinuit quidem ſicut propheta mandauit.mãdatum vero ne- lis in ſacrifican
quaq; cum perfectione ſeruauit. ſed cum videret prophetam quidem morari ſe autem a militibus dere do per ſeipſum
linqui celebratis hoſtijs. cum audiſſet Samuel venientem:ei in occurſum feſtinanter egreſſus eſt.Ille ve Quomodo ſaul
ro non recte cum eis feciſſe dixit eo q; orationes & ſacrificia que voluntate dei erant facienda populo peccauit offerẽ
i.r.c.13. offerre petulanter ipſe receſſerit.Saul vero ſatiſfaciente & dicẽte ſuſtinuiſſe ſe quidem preſinitos dies do vide Nico
ſed pro neceſſitate & diſceſſu militum & propter hunc timorem & inimicorum aduentum in magna tri laum de lira.
ſtitia:eo q; auditi fuiſſent in galgala deſcendiſſe ad offerenda ſacrificia ſe fuiſſe compulſum reſpondẽs Predixit ſamu
Samuel ait.Sed tu quidem ſi iuſtus eſſes & mihi non inobediens:nunq; in his que pro preſentibus pre- el ſauli ſobole re
cepit deus primitus defeciſſes quam in rebus neceſſarijs expediret vt et tibi tueq; ſoboli regnare pluri- ceſſurũ regnum.
mo tempore licuiſſet.¶Hec ſamuel quidem grauiter ferens in his que fuerãt facta diſceſſit ad propria
Saul autem in gabaa ciuitatem habens ſecum ſexcentos ſolummodo viros: cum Ionatha filio venit.
Quorum plurimi arma nequaq; habebãt dum ferrum vtiq; in prouintia minus eſſet:& quia arma face- In bíblia cum ve
re non potuiſſent.Non enim ſinebant eos paleſtini ſicut dudum iam declarauimus hec habere.¶Igi niſſet dies præ
i.r.c.14. tur diuidentes tribus agminibus exercitum paleſtini. & per totidem itinera diſcurrentes hebreorum pro- lij non eſt inuen
uintiam deuaſtabant.videntibus ſcilicet Saul rege & filio eius ionatha:&terram defendere cum eſſent tus enſis & lan
ſecenti ſolummodo non valentibus. ¶Dumq; reſideret ipſe & eius filius & ſacerdos achias qui erat cea in manu to
de prole hely ſacerdotis ſuper collem excelſum tetramq; populari reſpicerent eis in maxima anguſtia tius populi.
B conſtitutis: Saul filius cum ſuo armigero conſtituit vt latenter ad hoſtium tabernacula properarent tur Ionathas cũ ar
batiſq; eis & quendam modum commotionis inferrent.¶Dumq; armiger eius pronum ſe eum ſecutu migero latenter
rum aſſereret: licet mors immineret:ſumens ſolatium iuuenis et de colle deſcendens ad hoſtes pariter ad hoſtes pro
ſbant. ¶Erant igitur caſtra hoſtium ſuper ſcopulum habentem ſubtiliſſimam lõgitudinem tribus ver- perant.
ticibus accutiſſimis prominentem: ſcopulis per circuitum euntibus & quaſi propugnaculis inuaſiones Deſcriptio ob
pugnantium prohibentibus vnde contingebat vt cuſtodes minorem haberent ſollicitudinem caſtro- ſeſſionis hoſtiũ
rum q; natura locus ille omnibus videbatur eſſe munitus & ad capiendum valde difficillis:eo q; non ſo Ionathas ſignũ
lum aſcendere illic:ſed etiam accedere difficile videretur.¶Dum veniſſet ad caſtra Ionathas:armige victorię dat ar
rum confortabat exacuens vt ad hoſtes accederent ſignumq; hocvictorie indicarent.Si vero nihil elo migero.
querentur tanq; non vocantibus reuerti deberent. Accedentibus illis ad exercitum hoſtium apparen- X ſi eos ad ſi venerit
te iam die: videntes paleſtini eos alterutros edicebant. Ecce de cauernis & de ſpeluncis egrediuntur
hebrei.Et ad ionatham eiuſq; armigerum dicebant. venite ad nos: vt vos digne pro veſtris preſump-
tionibus puniamus.Quam vocem grate ſuſcipiens filius Saul:tanq; ei victoriam deſignante.tunc equi-
dem ab illo loco in quo hoſtibus viſi fuerant receſſit.mutanſq; locum venit ad petram que erat propter
munitionem locorum deſolata cuſtodibus & exin de quaſi repentes & trahentes ſemetipſos cum mul-
C to labore naturam loci vicerunt.vt ad inimicorum caſtra conſcenderent.Irruenteſq; eis dormiẽtibus oc
ciderunt quidem quaſi viginti turbatos vero pauore eos vehementius impleuerunt ita vt alij quidem ¶Mirabilis pu
effugerent arma omnia relinquentes.alij vero ſemetipſos non agnoſcentes eo q; congregati ex multis gna Ionathę &
gentibus eſſent credenteſq; inimicos & irruiſſe ſuper ſe Iſrahelitas putantes & non hoc duorum homi- victoria contra
num preſumptione commiſſum ad alterna bella conuerſi ſunt. Quorum alij quidem perempti morie philiſteos.
bantur alij vero fugientes per ſaxa precipites conuolabant. ¶Dumq; exploratores Saul dicerent regi
paleſtinorum caſtra valde turbari:requirens Saul nequis ſuorum deeſſet audiuit ſuum eſſe filium & eius
armigerum.Iuſſitq; vt pontifex ſumpta veſte ſacerdotali:de futuris rebus ei prophetaret. ¶Cumq; il-
le eum conuincere & hoſtibus fortiter prealere dixiſſet paleſtinos iuaſit.& turbatos aggreſſus eſt: qui
ſe potius inuicem peremerunt.Refugerunt autem ad eum etiam qui primitus ſe per cauernas & ſpelun- Saul contra phi
cas petraſq; celauerant audientes Saul eſſe victorem.Congregatis autem quaſi decem milibus hebreo- liſteos victoria.
rum.perſecutus eſt inimicos cuncta regione diſperſos.

¶ Saul temere iurante mellis fauum gustat. ionathas qui (sorte super eum cadente) iuramenti transgressor inuentus per populum liberatus est a morte quam eius pater ei infligere propter iusiurandū voluit. D

Capitulum septimum.

Saulis iuramentum temerariū quod ignorans ionathas transgressus est.

Mel gustat Jonathas.

IGitur siue propter inopinatę victorię gaudium (dum sepe felices contingat extolli) siue ignorantia faciente palmę illius decus pessima lamentatione fedatum est. volente etenim saul funditus interimere palestinos & penam eos exsoluere maledixit hebreis vt si quis a cede se retinēs inimicorum anteq̄ nox futura veniret aliquid comederet & ab interfectione hostium aut a persecutione cessaret: maledictus esset. Cumq; hoc dixisset: veniēs ad quendam quercum excelsam in sorte effrem constitutam. Ionathas filius eius dum illic apum contigisset eum inuenire cubilia: & maledictum patris ignorans nec populi super eo professionem agnoscens expresso mellis fauo comedit. Inter hęc autem cognoscens quoniam cum nimio maledicto eius pater interdixisset aliquem gustare cibum ante solis occasum. comedere quidem cessauit nō autem recte patrem prohibuisse dixit: quando cum maiori potius fortitudine atq; fiducia persequentes cibo sumpto plurimos inimicorum & capere & interficere potuissent. Multa siquidem interficientes milia palestinorum circa vesperam ad spolia hostium sunt conuersi. magnamq; prędam & pecora sumentes occidebant. Hoc autem a scribis nūciatum est regi: quoniam populus in deum peccaret: & occisis pecudibus anteq̄ sanguis bene dilueretur nondum purgatis carnibus vescerentur. Iussitq; Saul voluilapidem magnum in medio et prędicari in populo vt super eum interficerent et carnem cum sangume nō comederent quoniam hoc nequaq̄ deo placeret. Cunctis hoc regis pręcepto facientibus statuit illic altare Saul. & holocaustum super eum deo celebrauit. Hoc autem altare cōstituit primum. Mox itaq; volens ad hostium procedere castra: vt quę in eis videbantur esse diriperet ante diem: militibus insigniter eum sequentibus et cum multa fiducia eius pręceptis obedientibus vocauit rex achitob sacerdotem iussitq; vt consuleret si deus annueret vt euntes ad inimicorum castra hostibus denuo prealarent dicē te vero sacerdote deum responsa non dare Saul dixit. Non sine causa consultus deus vocem nobis nō reddidit. qui primitus anteq̄ interrogaretur omnia nunciauit. Sed taciturnitas alicuius est latentis causa peccati. Vnde iuro per eundem ipsum deum: licet filius meus Ionathas peccasse reperiatur interficiā eum & deum ita placabo. Quanto magis si in extraneum et nihil mihi competentem personam supplicium inferre cognoscar. Cumq; hoc fieri populus exclamasset repente cunctos in vno loco constituit stetitq; ipse in alia parte cum filio. & eum qui dereliquerat instanti sorte requirebat. Inuētusq; Ionathas peccasse interrogatus a patre est quid fecisset & quid in sua vita non recte nec sancte peccasset. Cui dixit Pater nihil aliud scio: nisi quia ignorans hesterno die maledictum ac iusiurādum a te prolatum per sequens inimicos fauum gustaui mellis. Quem saul occidere se repente iurauit. quatenus & generi & nature simul amori hoc modo preponeret iusiurandum. Qui nequaq̄ mortis interminatione perterritus sed animam ingenue nimis magnanimiterq; componens: nec ego supplicio inquit pater parcendū mors mihi suauis est: quę pro tua geritur pietate. & populi magna victoria. Maxima siquidem mihi cōsolatio est hebreos de palestinis reliquisse victores. ¶ In his itaq; omnis populus doluit: & nimis ingemuit: iurauit non se mori permittere ionatham victorię huius auctorem. Et ipsi quidem abripuerunt eum a maledicto patris orationes pro eo facientes vt ei peccatum quoq; dimitteret deus. Saul autem reuersus ad propriam ciuitatem vsq; ad sexaginta milia hostium interfecit. ¶ Regnauitq; feliciter & vicinas prouincias gentesq; belli iure subegit: id est amonitarum & moabitarum & palestinorum: idumeorum & regem eorum eos tributarios fecit. Fuerunt autem & filij masculi quidem tres: ionathas & iheſus & melchis. Filię vero duę merobin & micol. Habuitq; militię principem patrui filiū abner filium ner. Ner autem & cis pater Saul fuerunt fratres filij abyel. Habebatq; saul curruum multitudinem & equestrium. & cum quibuscumq; pugnaret cum victoria remeabat. Hebreosq; ad excelsam multitudinem felicitatis euexerat. & aliarum gentium potentissimos demonstrabat. Iuuenes autem proceritate & pulchritudine precellentes elegit eosq; armigeros suos effecit.

Holocaustuz p victoria celebrauit Saul.

Deus consultus respōsa dare recusat.

Iuramētū de īq̄rēdo & occidendo trāsgressore.

Sors super ionatham quem pater eius voluit occidere.

Obedientia Jonathę.

Ionathā a morte populus liberat.

Debellatoruz p saul epilogus.

Filij Saul Jonathas & Iesus qui in biblia iesui & melchis qui melchisua appellat filię merobique in biblia merob & micol.

¶ Saul contra preceptum Agag Amalichitarum regem (victoria contra eos habita) captiuum recipit & inuentā sibi & suis reseruauit contra Samuelis monitionem qui neq; sexui neq; etati parcendum deum velle significauerat vnde iratus deus dixit se penituisse fecisse saulem regē. Cuiq; prędixit samuel regnum a se auferendum quod in eius veste (trahente saule) significatum est. Occiditq; samuel Agag regem Amalechitarum quem postea non vidit Saul.

Samuel saulē āmonet vt debellet Amelech & nulli pcat sexui neq; etati nomēq; Amalech delendum.

Capitulum octauum

UEniens igitur Samuel ad Saul missum se dixit a deo vt eum commemoraret obedientię quā I.R.c.15.
do ipse quidem haberet gentium principatum: deus vero & ipsius esset & rerum omnium dominator. Adijciebat dixisse eum quoniam multa mala Amalechitæ Hebreis in deserto fecerunt quando egredientes ex Egypto veniebant in regionem quę nūc est eorum ideoq;

bello perimendos amalechitas. Quibus subditis nullumq; eorum debere viuum penitus relinqui. Sed omnem necandam etatem incipientes a mulieribus pariter & infantibus: & hoc supplicium eo q̄ ma-
A iores nostros afflixerunt) sustinere. Sed neq; iumentis nec aliis pecudibus ob vtilitatem propriam pos-sessionem ait esse parcendum sed cuncta dicanda deo & nomen Amalech secundum Moyseos man-data delendum. Saul vero professus est se p̄cepta complere & obedientiam non solum in hoc credi-dit vt contra amalechitas pugnaret. Sed vt etiam velociter properaturum se esse monstraret. Congre-gansq; cunctum exercitum. eumq; dinumerans in galgalis inuenit Israhelitarum absq; tribu Iuda circa quadragrinta milia virorum. Illa namq; tribus sola triginta milia habebat armatos. Tunc vero saul ama lechitarum regionem ingressus insidias occultas circa torrentem fecit vt non solū ab arce pugnans eos affligeret: sed etiam inopinate super eos per incertas vias irrueret. & circundatos deuastaret. Igitur con gressus in pugnam fugauit hostes: multosq; peremit & reliquos persecutus est fugientes. Cumq; illud opus propicia diuinitate compleuisset amalechitaruꝫ vrbes obsedit & alias quidem molitionibus alias suffossionibus cloacarum & muris extrinsecus ediuerso edificatis: alias autem fame & siti aliasq; vero mo dis aliis obsidens & fortiter capiens. ad necem cunctorum infantium & mulierum sinul: nichil crudele nec vltra humanam naturam se facere credens. primum q̄ in hostes hęc agebat. deide quia p̄cepto diuino cui non obedire foret grande periculum ministrabat. ¶ Cepitq; regem hostium agag captiuum cuius corporis pulchritudinem magnitudinemq; miratus decreuit esse saluandum non hoc diuina volū tate faciens. sed iudicium proprium sequens & sine causa cedēs vitam quasi misericorditer: vnde illi po testas sine suo periculo miserendi non esset. Deus namq; sic odiuit amalechitarum genus vt neq; infan tibus parceretur: quibus potius misereri natura est. Saul itaq; regem Agag & malorum que contra he breos gesta videbantur auctorem a morte seruauit. & hostis pulchritudinem p̄ceptis dei preposuit.
¶ Peccauit quoq; simul cum eo & populus. Nam & illi iumentis & pecudibus pepercerunt: eaq; sibi di
i.r.c.15 ripuerunt: iubente deo non esse seruanda sed & alias res diuitiasq; collegerūt. Si quid vero dignum pos sidere non erat consumpserunt. ¶ Cumq; vicisset saul vniuersos a pelusio egypti vsq; ad rubrum mare residentes hostes sichimitarum gentem solummodo dereliquit. Isti namq; in regione madiaꝫ in medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit vt abscederent ne forte amalechitarum calamitati com
B. municarent. Nam dum essent cognati raguel soceri moyseos credidit esse saluandos. ¶ Saul igitur tan-q̄ in nullo prophete mandata p̄uaricās que acceperat dum contra Amalechitas pugnaturus exiret. se velut omnibus integre seruatis: deuictis hostibus cum leticia reuertebat ad propria. Deus autem pro amalechitarum vita & pecudum rapina quam populus gesserat contristatus est quoniam hæc fuerant (eo prohibente) cōmissa. dirum namq; iudicabat vt cuius fortitudine fuerant adepti victoriā eum sper-nerent & nec tanq̄ humani regis p̄ceptionibus obedirēt: dicebatq; prophetę penitere se eo q̄ saul or dinauerat regem quando eius iussa non faceret: sed vteretur propria voluntate. ¶ Hęc audiens samuel valde confusus est & deum cepit tota nocte rogare vt esset propitius saul seq; ab indignatione suspen deret. Qui veniam se dare saul etiam propheta poscente non annuit iniustum esse decernens se tantis peccatis indulgentiam condonare non ob aliam causam asserens mala generari nisi cum aliqui iniusti tiam passi ad vindictam negligentiores extiterint: aucupantur enim inquit gloriā benignitatis & patien tię: & latenter hęc pariunt. Dum ergo deus prophetę precibus denegasset nec parceret die facta samuel ad saul venit in galgala videnſq; eum rex cucurrit & osculatus est dicēs. Gratias ago deo qui dedit mi hi victoriam & q̄ omnia pro eius voluntate sunt gesta. Cui respondēs samuel ait. Vnde ergo audio cla morem iumentorum & ouium in exercitu. Cui respondit populum hęc ad sacrificia reseruasse: genus au tem amalechitarum mandato diuino omne delesse. nullumq; fuisse relictum nisi tantummodo regē de
C quo quid oporteret fieri dicebat adinuicem cogitandum. Cui propheta dixit non super sacrificia dele
i.r.c.15 ctari sed bonos & iustos huiusmodi esse illos qui eius consilium mandataq; sequuntur: & nihil aliud be ne se iudicant agere nisi quod pro dei fecerint voluntate. Is enim contemnitur non quādo ei non sacri ficatur. sed quando spiritus inobediētię adhibetur. Ab his enim qui ei subditi non sunt nec eū vera re ligione colunt. neq; dum multas hostias & magnas obtulerint neq; dum ornamenta ex auro & argento facta dicauerint suscipit hęc sed potius auersatur. & magis studium hoc nequitie iudicat non esse pie tatem. Ad illos autem qui solummodo quod p̄cipit diuinitas recordātur & mori potius eligunt q̄ p̄ uaricari aliquid quod iubetur semper conuertitur: & neq; sacrificium ab eis exquirit. Sed & dum sacrifi cauerint siue simplex aliquid siue vilissimum gratanter eorum parua munera q̄ ditissimorum maximā suscipit opulentiam. Tu siquidem scito tibi deum iratum. Spreuisti ea & neglexisti que tibi mandauit. Quomodo igitur arbitraris eum sacrificia respicere ex his rebus quas decreuit ille perire. Nisi forte si milia iudicas illa peccata & que vis deo offerre sacrificia. Expecta igitur regnum tibimet auferendum et potentiam quam a deo tibi neglexisti fuisse collatam. ¶ Porro Saul fatebatur quidem inique fecisse

Numeratus he breorum exerci tus. In biblia re censuit eos qua si agnos ducen ta. milia peditū et decem milia virorū de Iuda.

Saul cōtra ama lechitas victoria Saul contra dei p̄ceptū Agag regem captiuuꝫ cepit & iumen ta sibi et suis re seruauit.

Saul sichimitis pepercit. Deus contristatus contra He breos dicens se penitere fecisse Saulem regem.

Samuel ad saulem venit.

Melior est obe diētia q̄ victimę

Samuel sauli p̄ dixit regnū sibi auferendum.

et peccatum se negare non posse. trangressumq; se mandata prophetę dicebat: sed pro timore ac metu exercitum non prohibuisse prędam diripientem: nec tantam multitudinem retinere potuisse. Sed igno sce inquit et esto nunc mittis. de cetero obseruabo ne peccem. Rogabatq; prophetam vt reuertens deo hostias pacificas immolaret. ille vero cum deum illi parcere nō videret. remeauit ad propriam. ¶ Saul autem volens retinere samuel apprehendit eius pallium violenterq; tractum eo q; samuel impetu facto descendit. et vestem eius dirupit. Cui propheta dixit. Sic tuum scidetur imperium & accipiet illud vir bonus & iustus quoniaꝫ deus permanet in suo decreto nec mutatur atq; conuertitur. Nam mutare sententiam passionis humane: non fortitudinis est diuine. Saul autem impie se egisse fatebatur: infecta vero facere quę facta fuerāt nō posse: rogabatq; eū vt se coraꝫ multitudine honoraret & deum veniens adoraret. Quod dum cessisset samuel: veniens adorauit deum. Deductuſq; ad eum est rex amalechitarū agag. et dicens q̄ amara esset mors audiuit. Sicut tu multas hebręorum matres pro filijs ingemiscere fecisti. sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. iussitq; repente eū in galgalis mori. ipse vero in ramathim ciuitatē abijt. Rex vero saul sentiens quę mala passurus esset qui sibi in regno deū fecerat inimicū: ascendit in gabaa quod nomē interpretatū significat collem & post illam diem non vidit samuel.

D.

Vestis samuelis tenente saulerū pitur quod regni saulis diuisionem significauit.

Occidit samuel agag regē amalechitarum nec post ea eum vidit saul.

i.r c15

¶ Preceptum samueli (vt filium iesse inungat in regem) datur. sed omnibus iesse filijs perquisitis solus dauid fratrum minimus rex eligitur ad quem spiritussanctus (relicto saule qui a maligno spiritu affligebatur) accessit qui & propheta factus est qui et cythara Saulis armiger factus vexationē eius leniebat

Capitulum nonum.

QVmq; propheta propterea tristis esset: iussit deus vt a cogitatione quiesceret. & sumens vas olei in bethleem ciuitatem iret ad iesse filium obed: & eius vngeret natum quem ipse monstraret in rege. ¶ Cumq; metueret ire ne cognoscens saul aut latenter aut palam eum occideret dicente deo & dante securitatis viam prędictam venit ad ciuitatem. Quem cuncti salutauerunt: causam eius inquirentes aduentus. Quibus dicebat venisse se vt deo sacrificaret. Tunc sacrificio celebrato vocauit iesse cum filijs suis ad altare: & inspiciens eius filium seniorē procerum & optimum: credidit propter pulchritudinem hūc esse futurum regem. sed prouidētia diuina frustratus est: dum enim consuluisset deum cuius fuerat & dignum imperio iudicabat si iuuenem vngeret quem ipse admiratus fuerat respondit non ea videre homines quę deus intendit. Sed tu inquit pulchritudinem iuuenis respiciens: hunc arbitraris regno placere: ego autem non corporis pulchritudinem ac speciem: apicem facio esse regalem: sed animi sine dubitatione virtutem. Ille siquidem perfecte pulcher est qui pietate simul & iustitia & fortitudine necnon & obedientia splendet: & omnibus ex quibus anime pulchritudo consistit. Cumq; dixisset hæc deus: precepit samuel iesse vt omnes ei suos filios demonstraret. At ille alios quinq; venire fecit. Quorum senior quidem helyas vocabatur secundus vero aminadab. sammaa tertius. quartus vero nathanael alias natham. quintus autem rahel: sextus asam. videns autem propheta & istos in nullo minores pulchritudine seniori. cōsuluit deum quem horum eligeret fore regem. Quo dicente nullum: denuo requisiuit iesse si preter istos alios haberet filios. Qui dixit esse alium nomine dauid pastorum ouium curam habentem. Iussitq; eum samuel velociter vocari. impossibile dicens eos esse comesturos anteq̄ ille veniret. ¶ Cumq; venisset dauid vocatus a patre puer colore quidem rubeus & pulcher aspectu tacite samuel dixit ad eum. Hic est qui deo placuit ad regnandum. Tunc & ipse discubuit: fecitq; iuuenem sub se discumbere: & iesse cum reliquis filijs. Deinde videte dauid sumens oleum vnxit eum eiq; adhuc tacite dixit atq; significauit. Quoniam eum regnare eligeret monuitq; eum iustum esse debere: & eius obedire preceptis. Sic etenim ei regnum multo tempore fore mansurum: domumq; claram ac formosam habiturum vastaturumq; pariter palestinos. Sed et cum quibuscumq; gentibus congrederetur vinceret: & ingentem gloriam possideret quod et ipsum habere & posteris relinquere promittebat. Samuel quidem dum hęc monuisset abscessit. Diuinitas autem ad dauid Saul relicto migrauit. Et ille quidem prophetare cepit spiritu sancto super se veniente. Saul vero quedam passiones & demonia repente comprehenderunt: suffocationes ei & angustias inferētes ita vt medici nullum ei salutis remedium inuenirent. Si quis tamen esset cantare peritus & in cythara psallere doctus hunc adduci iusserunt: vt cum eum demonia inuaderent & turbarent. super eius caput astans psalleret & hymnos ediceret. Ille vero hoc nō dissimulauit efficere: sed queri huiusmodi hominem protinus imperauit. cumq; ei quidam suorum dixisset vidisse se in ciuitate Bethleem quendam Iesse filium adhuc etate iuuenculum pulchrum atq; decorum & aliis studijs valde dignum: necnon psallere et hymnos cantare doctum insuper eximium pugnatorem: mittens Saul ad Iesse Dauid sublatum a gregibus ad se venire præcepit. Mandans ei velle se iuuenculum videre de cuius pulchritudine & fortitudine commonuissent. Iesse vero misit filium dans ei munera Saul portare. ¶ Quo veni-

i.r.c.16

Preceptū dei samuel vt filiū iesse vngat in regē

Homo videt ea quę patent dñs autē intuetur cor Pulcher apd deum quis dicitur Nomina filiorū iesse.

i.r.c.16

Dauid inter fratres rex inungitur ad quē spūs dñi saule relicto migrauit & propheta factus est

¶ Saula spiritu maligno affligitur quem dauid cythara refocillabat.

F.

A ente:gauisus est.Fecitq; eum armigerum & bonis omnibus honorauit.Delectabatur enim in eo maxime in inuasione demoniorum qui cum ad eum accederēt solus erat medicus hymnos dicendo & psallendo rursus in cithara & saul a mentis oppressione reuocando. Misit igitur saul ad patrem pueri iesse petens vt apud eum dauid maneret:eo q; eius presentia delectaretur.Quod acceptans iesse non contradicendo concessit. Dauid cithara leniebat saul factusq; eius armiger.

¶Bello contra philistheos inito goliath(cuius statura & arma describuntur)hebreos ad duellum inuitat quem deum blasphemantē dauid iuuenis contra omniū estimationem sine armis diuino confisus adiutorio aggreditur eumq; funda in terram prostrauit & suo gladio caput amputauit vnde a populo laudem maximam a virginibus super saul reportauit factusq; est tunc millenarius.

¶Capitulum.x.

1.Re.c. 1 POst non multa siquidem tempora palestini denuo congregati & maximum super omnes Israhelitas exercitum colligētes inter sochot & azecha castrametati sunt.Contra quos denuo saul produxit exercitum & super quendam montem castra ponens coegit palestinos priora quidem castra relinquere & ex aduerso montis quem saul apprehēderat aduenire diuisitq; eorum exercitus medius mons qui erat positus inter eos.Igitur descendit quidam de exercitu palestinorum nomine goliath de ciuitate ieth vir valde procerus cuius altitudo erat sex cubitorum & palme vnius accinctus armis:quę pro magnitudine sua natura eius corporis exigebat:indutusq; lorica quę erat quinq; milium siclorum eris.Galeam vero & tibialia habebat erea: quę talis viri & magnitudinem & inopinabilia potuissent membra protegere.Hasta vero eius erat non leuis dextre portatio'sed quam ipse gestabat in humeris:cuius ferrum secentorum siclorum fuit sequebāturq; eum multi arma portantes. Bellum philistheorum cōtra hebreos.

¶Hic igitur goliath stans inter medias acies:vocem emisit grandem contra saul & hebreos dicens: A pugna nunc & periculis vos absoluo.Qui enim necessitas est nostrorum exercitus B. deperire:Sed date aliquem vestrum contra me pugnaturum: & totum bellum vnius victoria terminetur:seruiatq; pars altera eis quorum fuerit ille qui vicerit.Est enim multo melius & temperantius vnius piculo promereri q̄ potestate adesse multorum.Hęc cum dixisset ad propria remeauit.Altera die rursum veniens eadem verba fecit& similiter vsq; ad diem quadragesimum hostes ad predictas conditiones prouocare non destitit.Ita exterius & ipse saul et exercitus constituebant:quidem acies q̄ pugnari:ad congressionem vero minime veniebant. Goliathad exercitū hebreorum

¶Bello quidem consistente inter hebreos & palestinos saul remisit dauid ad patrem suum iesse:cum eis tres eius alij ad solatium & periculum pugne sufficerent.Ille vero tunc quidem ad ouilia & pasturas pecudum remeauit.Non multum post ad castra reuersus est hebreorum missus a patre:vt necessaria fratribus deportaret:& quid ageretur cognosceret:cumq; goliath denuo reuertens & prouocans exprobraret: quasi nullus inter eos vir esset qui contra eum pugnare presumeret:cum fratribus loquens dauid ea quę mandauerat pater audiens illum blasphemantem exercitum & pariter affligentem indignatus est & fratribus ait paratum se esse solum cum hoste pugnare.Cui senior frater heliab interminatus & presumptionem habere eum preter etatem dicēs expertem huius officij iussit ad patrem & ad pascua remeare. Missus dauid a patre ad fratres in bello necessaria ipsius deportans. Indignatus dauid audiens holiath blasphemantem fratris dicit se solu; cū hoste pugnare.

Qui reuertitus quidem fratrē discessit & apud quosdam militum est locutus q; vellet cum palestino prouocante pugnare. Illius autem repente saul iuuenis indicantibus volūtatem:rex eū vocauit.Et dū quereret vt q̄ vellet ediceret dixit.Non deficiat mens tua rex nec metuas.Ego superbiam hostis huius pugnando prosterno & ita procerum sublimemq; subdam:& sic quidem iste irridebitur tuus vero exercitus gloriosus inuenietur si neq; a viro bellatore aut in acie perito:sed vocatus a puerili etate moriatur.Saul autem eius presumptionem atq; magnanimitatem valde mirante.Non tamen in eo habente fiducia propter etatem sed infirmum esse vt contra peritum hostem bellum susciperet dicente:dauid ait.Polliceor hoc confidēs in deo qui mecū est cuius etiā adiutorij fūgor experimēto.Nam dū aliqñ leo ouiculas meas inuasisset & arripuisset agnū sequēs apphēdieū & agnū quidē ex ore eius abripui ipsū vero dūcontra me ipetū fecisset a cauda cōprehēsū & percussū in terrā peremi. Idē & vrso faciente in vltus sum.Putet ergo ille hostis vnum hmōi se C esse bestiarū diu exprobratus exercitui:& nostrū blasphemās deū:qui eū mihi faciet subiectū. Saul igit volūtati pueri atq; psumptioni similem'orās deo terminum'daridixit:vade ad pugnā.Et accingens eū 1.R.c. fua lorica sil' & gladio & apponēs ei galeā:destinauit.Dauid aūt oneratus his armis cū nō esset exercita 17. tus in eis ait.Ista siquidem rex tua sint ornamenta:cui fortitudo est hęc gestare p̄cipua:mihi vero tanq̄ seruo tuo cōcede sicut ego volo pugnare.Ergo positis armis sūptoq; bacculo pastorali & quinq; lapidibus de torrente in pastorali pera:& fundā in dextera portans ibat ad goliath:videns aute eum goliath sic venientem spreuit:& iniuriā ei fecit:quasi arma non gerens hominum pugnaturus veniret:sed quibus canes repelli solent dicens.Num me canē existimasti?Ille autem non canem sed deterius aliquid eum esse se putare respōdit.Cōmouitq; goliath ad iracundū vt ei maledictum apponere ex vocabulo de Fortitudinē suā dauid memorat qui leonem occidit & ursū. Dauid depositis armis sūpto baculo & quinq; lapidibus petra cōfunda hostē aggreditur.

sui & interminatus est daturum se carnes eius terrenis bestijs:& celi volatilibus deuorandas.Cui respõ dit dauid.Tu quidem venis contra me cũ gladio& hasta & lorica ego autẽ ad te venio armatus deo
Victoria dauid contra goliath. qui & te & omnem exercitum vestrum nostris manibus perditurus est.Hodie namq; tuum caput abscidemus:& reliquum corpus similibus tui canibus apponemus.Scientq; cuncti quoniam deus presul est hebreorum & arma nostra ipse ẽ temper & fortitudo.Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inutilis est absente deo. ¶ Palestinus autem armorumpondere cum currere non valeret paulatim venit ad
Fuga palestinorũ & occisio. dauid contemnens eum & se confidẽs nudum simplici adhuc etate puerum sine labore perimere. Occurrit autem ei iuuenis cum deo auxiliatore suo:q ab hoste non videbatur:& sumens de pera vnum lapidem quos de torrente collegerat:& emittens eum de fondibula percussit repente goliath in fronte & vsq; ad cerebrum pertransiuit ita vt mox confracto capite goliath caderet pronus in terram.Tũc stetit dauid super eum & caput eius inscidit. ¶ Cadente vero goliath facta est palestinis occasio maxime fuge.Nam dum pernitissimum suorum cecidisse conspexerunt de rebus omnibus desperãtes resistere noluerunt sed viuere se turpiq; fuge tradentes conabãtur liberare.Saul autem & cunctus exercitus hebreorum clamore facto super eos exilierunt & multos interemerũt & persecuti sunt vsq; ad terminos geth & portas ascalonis.Mortui sunt quidem palestinorum triginta milia: & totidem vulnerati .Porro saul reuersus ad exercitum eorum castra diripuit:& simul incedit.Caput autem golie dauid ad tabernaculum proprium deportauit:& hastam dicauit deo. ¶ Porro circa dauid inuidiam atq; odium saul regis virgines mulieresq; prouocauerunt.Occurrentes enim victrici militie cũ cimbalis & tympanis delectabantur omni leticia milites:mulieres quidem canentes quia multa milia saul palestinorum interemisset:virgines autem quia multa dena milia interemisset dauid & ceperit. Nec audiens rex q milenariũ numerũ testimonium ipse perciperet & dena milia multitudo iuuenculo faueret & cogitans quia nihil post hunc tam clarum fauorem nisi regnum minus esset dauid cepit eum timere & nimis habere suspectum & a priori quidem officio quo vtiq; armigerum fecerat: eum amouit ne dum nimis proximus esset eum posset occidere.Constituit eum milenarium dans ei locum quidem meliorem sed optabat si bimet cautiorem volebatq; eum ad hostes & preliamittere vt in his pericula sustinendo periisset.

Laus virginum in dauid vnde saul inuidiã sũpsit cõtra dauid Biblia percussit saul mille & dauid decẽ millia.

¶ Saul dauid filiam dolose in vxorem dare ꝓmittens:si palestiuorum; sexcenta abscidens capita apportet cui illud facienti desponsatur michol regis filia ipsum tamẽ saul occidere cogitat ionathas manifestat quẽ ionathas apud eum laudibus extollit vt ad clementiam possit prouocare & ipsi dauid vt caueat malã patris voluntatem secreto manifestat.

Capitulum.xi.

Amatus dauid a populo & a rege filia quã saul vxorẽ dare dolose promisit. In biblia si cẽtũ palestinorũ preputia apportaret.

DAuid autem deum habens vbiq; ducemquocũq; venisset prevalebat & optime agere videbatur ita vt propter excellentiam fortitudinis & populus eũ & regis filia virgo cõcupisceret amore detenta ita vt cunctis fieret manifesta:vt hoc eius perduceretur ad patrem.Ille vero quasi percepta occasione in mortem dauid:hoc libenter audiuit daturumq; se virginem eius nuptijs respondit hęc sibi nunciantibus:eo scilicet pacto vt ducenta ei capita hostium; adueheret necatorum. At ille honore sic claro ei proposito volebat ex opere periculoso & incredibili quasi ad gloriam magis inuitantiesse perimendũ & decenter sua vota complere:si per alios & non eo faciente moreretur iussitq; suis famulis vt voluntatem experirentur dauidqualis circa puelle nuptias esset. Illi vero ceperunt cum eo loqui quia diligeret eum rex saul vna cumpopulo & vellet ei etiam suam filiam copulare.Qui dixit non modicum putetis videri generum esse regis.Mihi vero nihil tale subsistit precipue cum sim abiectus & a gloria vel honore segregatus. Saul autem dum famuli dauid responsa dixissent ait.Dicite ei non me pecunijs egere nec honoribus quibus rebus rebus vendũtur filie potius q nuptijs collocant sed eligere generum habentem fortitudinẽ aliasq; virtutes quas te habere manifestũ est & velle me ab eo percipere pro nuptijs filie non aurum nec argentũ neq; vt hęc de domibus paternis eijciat:sed pro supplicio hostium capita ducenta palestinorum. Et mihi enim ipsi nullum potius q hoc clarius munus erit:sed & mee filie multo solennius honoribus est precipuum:viro tali:& tanto testimonio de hostium
In biblia pcussit ex philisteoru; ducentos viros & attulit ꝑputia Persecutio dauid a saule qui eũ cogitat occidere. triũphis decorato posse coniungi. ¶ His verbis delatis ad se dauid gauisus q saul studeret eum sibi cognatione coniungere neq; cõsilium expectauit:necsi possibile aut difficile esset presens animo cogitauit:sed repẽte cum sociis ad hostes pro nuptiarumpollicitatione profectus est.Deus enim erat qui cuncta facilia dauid & possibilia faciebat.Cumq; multosinteremisset abscidens;secenta capita venit ad regem & harum rerum predicatione facta nuptias exigebat.Saul autem cum non haberet vnde promissa refugeret: & mentiri pessimum videret aut per insidias eum occidere:cum forsitan etiam in hoc frustrari suo cõsilio posset:dedit ei suam filiamnomine micol. ¶ Cumq; saul non esset recta voluntate mãsurus vidẽs dauid ẽ vt apud deũ & apud homines approbari expauitq; eũ. Et metũ celare nõ valẽs timore magnarũ rerũ idest regni sil & rex:cogitauit eũ crudeli calamitate perimere eiusq; mortẽ iõathe

A & reliquis familiaribus delegauit. ¶Filius autem ammiratus permutationem patris circa dauid cum
poſt multam eius deuotionem non mediocriter in eum ſed ad mortem vſq; ſeruiret & cum inuenē di-
geret eiuſq; virtutem dixit ei ſecreto voluntatem patris ſui: & vt die futuro ſe cuſtodiret. Ipſe vero ſalu-
turum ſe patrem dixit: eiq; p eo oportuno tempore locuturum cauſamq; cogniturum & ei ex probrare
q; occidere vellet iniuſte: qui tanta bona fuerat operatus: qui etiam ſi peccaſſet veniam poſſet promere
ri dixitq; ſe ei poſt hec patris indicare ſententiam. Dauid autem conſilio benigno obediens egreſſus
eſt a rege. ¶Altera vero die ionathas venit ad ſaul Et dum eum letum & exultantem inſpiceret cepit
de dauid proferre ſermonem dicens. In qua maiori vel minori iniquitate iueniēs culpabilem dauid pre
cepiſti eum pater interemi vtrum qui tibi magne ſalutis cauſa fuſſet probatus eſt. Paleſtinis autem val
de ſupplicium ab illuſione & iniurijs ſimul eripiens populum hebreorum quas diebus quadraginta
ſuſtinuit nullo vtiq; preſumente prouocationis crimina ſuſtinere. & qui poſt hec iuſſione tua deferens
hoſtium capita ſororem meam pro premio accepit vxorem: cuius mors ipſi grauior erit non propter ſo
lam virtutem: ſed etiam propter ipſam cognationem: quando eius morte etiam filia tua vexabitur pe
ne ante gaudium coniungij veniens ad viduitatis opprobrium hec ergo cogitans pater ad clementiā
conuertere: & nihil committens in virum. Primum quidem: quod nobis magnum beneficium preſtitit
tue ſalutis: quando malo ſpiritu & demonibus interſidentibus illos expulit: pacem vero tue anime con
donauit: ſecundo autem quando & in tuis hoſtibus vltus eſt. Hec etenim obliuiſci turpiſſimum eſt. His
ergo ſermonibus mitigatus ſaul iurauit filio nihil dauid iniuſte fore paſſurum. Sermo enim iuſtus: & ira
cundiam regis ſubiecit & metum. ¶Ionathas autē euocato dauid indicauit ei de ſua ſalute quā impe-
trauerat a patre eumq; deduxit ad regem: & erat inconſpectu eius ſicut & prius.

Ionathas patris voluntatem da uid manifeſtaſe creto vt ſe cuſto diat.

Laudat iōathas patrivirtutes da uid eum ad cle mentiam ꝓuo care cogitans.

¶Habita dauid philiſteorum victoria in eum ereuit ſaul odium quem maligno agitatus ſpiritu voluit
configere ſed & in domum tuam fugientem ſequēti nocte occidere procura qui micol patris volunta
tem ipſi indicante eūq; per feneſtram deponente fugit ad ſamuelem indicans regis inſidias quod au
diens ſaul armatos trina vice mittit vt dauid adducant qui cum veniſſent ad ſamuelem prophetarum
B. eccleſiam inuenientes ceperunt prophetare ſed & ſaul in propria veniens prophetauit.

¶Capitulum.xij.

EO vero tempore paleſtinis bella gerētibus denuo ſuper hebreos: ſaul contra hoſtes dauid cu
exercitu deſtinauit: & congreſſus aduerſus eos multos eorum proſtrauit: victorq; reuerſus eſt
ad regem. Quem ſaul non ſicut ſperabat poſt bella ſuſcepit: ſed potius eius felicitate contri-
i.r.c.19 ſtatus eſt: tanq; illius bonis actibus videretur ipſe deceptus. ¶Cumq; regem pueris aſtantibus demon
ageret ſpiritu ſq; turbaret vocans dauid in domum in qua iacebat: tenens lanceam eum pſallere & him
nos cantare precepit. Quo iuſſa faciente inſurgens in eum lanceam iaculatus eſt eamq; dauid preui-
dens declinauit: fugitq; in domum ſuam & in ea tota die permanſit. ¶Nocte vero mittens iuſſit eum
vſq; ad diluculum cuſtodire ne latenter effugeret rex quatenus mane deductus ad publicum traheret
ad mortem. Micol autem dauid coniunx filia regis (cognita voluntate patris) dauid indicauit: dubiam
ſpem eius vite conſpiciens & de anima pariter [illegible]ens. Neq; enim ſe credebat poſſe habere vitā:
ſi fuiſſet illius a more priuata. Eiq; dixit. Non te hic coniunx inueniat ſolis ortus. Nam te vlterius non
videbo: ſed fuge citius dum tibi prebetur fuge preſidium: faciatq; hanc tibi dominus longlorem. Scito
enim te a patre meo ſi inuentus fueris occidendum Quo dicto eum per feneſtram depoſuit & dimiſit:
C deinde conſtituit lectulum quaſi egrotantis: & ſub ſaga iecur ſpirās capre ſupoſuit. ¶De vero facto: mi-
ſit pater vt dauid duceretur ad eū: illa vero nunciāſeū q; nocte fuiſſet factus infirmus oſtendit eis etiā
lectulum coopertū. Dumq; iecur quid ſub ſaga iacuerat palpitaret egrotū vere & dormire dauid q miſ-
ſi fuerant crediderunt. Renūciātibus autē illis infirmum factum eſſe nocte: iuſſit ſic eū adduci: eū ſe vel
le pimere dicēs. Qui venētes & lectulū diſcooperiētes & deceptionē inueniētes factā ab eius vxore: re
nunciauerunt regi. Quā ob rē culparet pr eo q; eius q dē liberaureit inimicū illū vero deceperit ſatiſſecit tel
veriſimile loquēs quaſi eā ad hec nō cōſentientē dauid occidere voluiſſet: & hoc p ſalutis ſue timore fe
ciſſet p quo ei deberet ignoſcere q; hoc neceſſitatis cā & nō voluntatis effecerit adijcienſq; dixit. Arbi-
tror ego pr quia ita illū voluiſti pimere: ſicut me potius liberare. Et ſaul q dē puelle veniam dedit. ¶Da
uid aut declinauit a piculo & venit ad ſamuel p phetā in ramatha eiq; regis inſidias idicauit & q; iacu
lo eius pene fuiſſet extinctus: dū neq; circa eum extiterit inimicus: neq; circa hoſtiū certamen infirmus:
ſed potius i oībus & pnus & felix: que magis cā dauid iuidiā generauit. Cognoſcēs itaq; p pheta regis
iniuſtitiā ramathā ciuitatē reliqt & deducens dauid ad quendā locū noie galboa: cōmorabat illic cū eo
¶Cūq; nūciatū fuiſſet ſaul eo q; dauid eſſet apud p phetā: miſit armatos: eumq; comphenſū ad ſe iuſſit
adduci. Qui cum veniſſent ad ſamuel inueniētes eccleſiam prophetarū participare ſpiritu ſancto cepe-
runt. Saul autē hoc audiens ſuper dauid alios deſtinauit & idem illis facientibus denuo miſit alios. Pro

Victoria dauid contra paleſti nos vnde odiu ſaul i eū creuit. Saul malo agi tatus ſpū dauid lancea voluit configere.

Liberat dauid p micol vxorem que eum per fe neſtram dimiſit

Dauid ſaulē fu giens venit ad ſamuelē et regis inſidias indicās.

Prophetat saul

phetantibus etiam qui tertio fuerant missi: ad vltimum iratus ipse perrexit. Cum vero iam erat in proximo: anteq̃ eum videret samuel: prophetare cepit veniente sancto spiritu vehementer. Tunc ille securus quia auxilium fuisset adiectum: respondente dauid cum pulsu: amens factus est. Et exutus veste: tota die canebat & nocte: dauid & samuele videntibus.

¶ Conquerente dauid de saulis persecutione ipsi ionathe regis filio fit inter eos fedus & amicitia signũ q̃ dat ionathas ꝑ patris cognoscenda quẽ etiã ionathã dauid excusante post iniurias saul lãcea voluit occidere quo facto manifestam regis inimicitiam ionathas (vt promiserat) dauid manifestat flentibus ambobus futuram separationem.

Capitulum. xiij

Cõqueritur dauid ionathe de ꝑsecutione saulis.

IOnathas vero filius saul occurrentem sibi dauid & de patris eius insidijs ingemiscentem atq̃ dicẽtem quia dum nihil inique gressisset neq̃ peccasset: eũ pater eius occidere festinaret rogabat vt nihil tale suspicaretur: neq̃ derogantibus (si qui forte huiusmodi essent) crederet: sed vt ad se respiceret: & securus esset: nihil tale in eum cogitante patre. Nam ei si cogitasset sine dubio pandi disset dum pater eius vtiq̃ consilio omnia celebraret. Porro dauid iurauit ita esse: & supplicabat vt credens prouidentiam eius haberet potius q̃ eum sperneret quasi mẽdaciter ei renunciaret: quicquid aut cognosceret aut videret. Dicebatq̃ ad eum non ei de se dixisse patrem: q̃ sciret illum circa se amicitias & affectum habere. Contristatusq̃ ionathas eo q̃ dauid huiusmodi patris eius saul esse circa se crederit voluntatem interrogauit eum quid vellet vt faceret: ille autem noui inquit omniatte mihi conferre & prestare velle. Crastina die initium mensis est: & habeo consuetudinem sedens comedẽdi cum rege. Si tibi videtur a ciuitate egrediar & maneo in campo latenter tu vero saul querenti responde me profectum esse in regionem bethleem in tribum meam ad festiuitatem ibidem celebrandam adijciens etiã vt tu me ire ꝑmiseris. Et siquidem vt, assolet dici de amicis proficilẽtibus cum bono vadat aut aliquid simile dixerit: scito nihil in eo circa me fore dolosũ nec inimicũ. Si vero aliter respõderit hoc erit tibi indicium q̃ aduersum me querat cogitatum vt renunciabis mihi voluntatem patris misericordie hoc & affectum communi tribuens per quem fidem a me accipere & idem tu domine famulo dare voluisti. Si vero inuenis in me aliquid malignum ipse me perime: vt sic ꝑficiscaris ad patrẽ. Quę verba nouissima dauid ionathas non egre suscipiens promisit se ea quę prius popposcit: esse factum: & si quidem triste a liquid: aut qđ eius odium panderet pater responderet ei renunciaret & vt eum potius securum redderet egressus sub diuo nihil se preter missurum ꝑ dauid salute iurauit dicens. Nunc eundem quẽ magnum esse vides & vbiq̃ presentem eum communi pacto testem promissionis aduro quoniam non cessabo frequenter temptans patris animum cognoscere donec mihi eius animi secreta pandantur. Quem cum didicero nõcessabo sed tibi protinus nunciabo siue mitis circa te sit siue valde crudelis. Nouit autẽ hic deus qualem eum circa te semper esse exoro: qui & nunc tecum est nec te dereliquit facietq̃ te inimicorum tuorum: siue pater meus est siue ego esse meliorem. Tu tamen horum esto memor licet me vitam finire contingat: filios meos serua & pro rebus presentibus illis tuam tribue benignitatem. Cumq̃ iuralset illud dimisit dauid. & ad quendam campi locum ire precepit: in quo erat solitus exercere. ¶ Quę cumq̃ vero cognouisset a patre nunciaturum se ei promittens hoc modo vt deducens puerum dimitteret sagittas tres & si iuberet puero sagittas afferre quę añ eum iacerent cognosceret nihil esse apud patrem malitie. Si diuersa aliqua audiret illo dicente a rege contraria similiter expectaret. Securitatem se ei prebiturum dicens ne quid sustineret incongruum vtq̃ felicitatis tempore memor esset: & vtilitatem eius filijs exhiberet. Dauid itaq̃ a ionatha hanc fidem accipiens: ad locum proximum est profectus.

Iuramẽtũ inter dauid & ionatham & vtriusq̃ domus cõfederatio.

Signũ quod dedit ionathas dauid ꝑ cognoscẽda patris volũtate.

Interrogat saul ionathã de absentia dauid.

¶ Altera vero die cum esset mensis initium purificatus solemniter rex ad conuiuium venit & sedentibus circa eum filio ionatha a dextris & principe militie abner a sinistris videns esse locum dauid vacuum tacuit: suspicatus eum non esse a coitu mundum. Cumq̃ secũda die, noui mensis non affuisset requisiuit a filio ionatha vbi esset: & cur trãsacto presenti cõuuio iesse filius nõ affuisset. Ille vero ait abisse eũ se pmittẽte se cũdũ solẽnitatẽ ad ꝑpriã regionẽ q̃ tribus eius festiuitatẽ ageret & rogatũ se pariter. Et vt ipe cũ eo ad sacrificia celebrãda concurreret. Et si ꝑcipis inqt pr & ego post eũ vado. Nosti ei q̃m illi deuotus sũ

Iratus saul contra ionathã dauid excusãtem quẽ post iniurias lanceavoluit occidere.

¶ Tũc igit ionathas saul iniqtatẽ circa dauid agnouit: & apte volũtatẽ eius aspexit. Non enĩ retinuit irã saul sed blasphemauit eũq̃ natũ de muliere virũ vltro appetẽte & ꝑpriũ hostẽ dixit: & sociũ dd & cooperatorẽ eius & nec ipm erubescere nec eius matrẽ talia faciẽtẽ: necvolẽtẽ intelligere q̃ donec dauid viueret regnũ eorũ esset incautũ. Dixitq̃ vt eũ vocaret õtenus penas exsolueret. Respõdẽte vero ionatha qđ iniquũ fecit vt puniatur: nõ ad verba iã & ad blasphemias irãq̃ saul accessit sed arrepta lãcea sup eũ: vt respõdẽtẽ interficeret insiluit. Et hoc qđẽ nõ ipleuit ꝓhibitus ab amicis.

Manifestã saul inimiciã ionathas dauid vt ꝑmiserat ostẽdit.

¶ Manifestus aũt apparuit inimicus eẽ dauid. Et q̃ eũ desiderasset occidere ita vt ꝓpe illũ pene manu ꝑpria filiũ interficere voluisset. Tũc ergo regis filius declinato periculo: & nihil aliud pre tristitia facere valẽs sed deflens eo q̃ & ipse ideo pene mortuus fuerat & dauid necem definitam esse cognouerat matutino facto perexit & quasi exercitum

A exiuit in campum: vt amico (sicut constituerat) regis proderet voluntatem. Fecit ergo ionathas sicut pollicitus est: & sequentem puerum in ciuitatem dimisit vt dauid in deserto loco ad faciem loqueretur Quod viso: dauid cecidit ad pedes ionathe eumq; adorans saluatorem anime sue vocabat. Quem ionathas eleuauit a terra & alterutros amplexantes valde semetipsos osculabantur & flebant etatem suam inuidie malignitate consumptam: & futura; separationem que nihil a morte differret. Deinde quiescentes a gemitu: & memoriam iusiurandi apud alterutros constare poscentes diuisi sunt. Osculãtur se mutuo dauid & ionathas flentes.

¶ Dauid fugiens saul venit in ciuitatem Nobe ad sacerdotem Abimelech & panes ꝓpois sumpsit & arma qui ad tribum iuda veniens precipiẽte sibi Gad propheta sup quadringentos fugituos factus princeps contra quẽ saul arma parat abimelechq; sacerdotem cũ sua progenie accusante eũ doech interimi iubet quẽ ipse doech alijs recusantibus oi ꝓgenie interficit solo abiathar fugiente qui postea ad dauid reuertitur. ¶ Capitulum.xiiij. Dauid fugiẽs saul venit in ciuitatẽ nobe ad abimelech sacerdotẽ a quo panes ꝓpois sumpsit & arma.

1.r.c.21 ET dauid quidem fugiens saulem & imminentem ab eo mortem venit in ciuitatem nobe ad Abimelech sacerdotem. Qui dum eum solum venire vidisset: & nec amicum nec famulum cum eo esse presentem miratus est & causam cur nemo esset cum eo quesiuit. Ille vero ait causam sibi secretam iussu regis iniunctam ad quam non eum habere multos comites oporteret dicens ꝙ constituisset ad quendam locum sibi famulos occursuros: petebatq; vt ei itineris necessaria non negaret: per quę opus amici faceret: & presentibus necessitatibus subueniret. Quibus adeptis etiam sibi arma dari si qua erant pre manibus postulauit. Aderat autem illic seruus genere quidem syrus nomine doech: qui mulas pascebat regis. Tunc ad dauid sacerdos ait nihil equidem se tale habere: sed esse lanceam golye quam ipse illo perempto deuouerat deo. Eamq; sumens dauid: ex omni hebreorum regione fugit in geth quę est regio palestinorum: vbi regnauit achis. Cumq; cognitus fuisset a famulis regis eis eiq; manifestus illis indicantibus ꝙ dauid esset qui multa milia palestinorum peremisset metuens dauid ne ab eo necaretur & periculum quod declinauerat a saul: ab illo susciperet: simulauit se furiosum esse et rabidum ita vt spumam exore proijciens: & alia quę furiosi sunt faciens fidem regi vere passionis ostenderet. Qui famulis indignatus eo ꝙ vesanum hominem ad eum introduxissent velociter dauid a se iussit expellit. In biblia dicitur Dauid coram achis rege demẽtiam simulat.

B. ¶ Et ita liberatus de terra geth: venit in tribum iuda: & habitans in spelunca circa ciuitatem odolla misit ad fratres suos eisq; vbi esset ipse mandauit. Illi vero cum omni cognatione
1.r.c.22 venerunt ad eum. Sed & alij quibus aut odium aut timor erat regis saul: ad eum pariter cucurrerunt: factusq; se quecumq; placerent illi dicebant. Fueruntq; omnes simul quadringenti. Surgensq; inde venit ad regem moabitarum rogauitq; eum vt parentes eius donec ipse de suo fine cognosceret: in regione sua susceptos haberet. Quo annuente parentes eius omni tempore quo apud eum fuerunt dignis muneribus honorati sunt. Dauid venit in tribum iuda ad quẽ omnis cognatio venit & factus est princeps super quadringentos viros fugituros parentes regi moabitarũ commẽdans.

¶ Precipiente vero propheta vt de esertum quidẽ dauid relinqueret: & ad tribum iuda pergens ibidem habitaret: de nemore iuit venitq; in ciuitatem sarmuth: & in ea moratus est ¶ Saul aũt audiẽs dauid visũ cũ multitudine sciẽs viri prudẽtiã atq; presũptionẽ ꝙ nõ ex eo paruus si bi timoris sonus exurgeret quia & dolũ & labores ei iferret cõuocãs amicos & principes & tribũ ex qua ipse erat in collẽ vbi regnũ habebat & sedens in segete (sic ei locus ille vocabatur) dũ circa eũ esset ordo ciuilis pariter & armigeri cũctis ait: viri cõtribuli noui qdẽ ꝙ meorũ beneficiorũ nõ estis immẽores. qñ & agrorũ quosdã dominos feci: & hõres populares & officia p̃bui. Interrogo ergo vos si maiora his dona & ampliora iesse filium vobis dare cõfiditis. Noui enim qm̃ oẽs illi potius cõsentitis: qñ etiã meus filius ionathas ita sapit: et vos ad talia psuasit. Non ei ignoro quia iusiurãdum dauid & federa celebrauit Saul contra dauid bellum parat timens.

C nec ꝙ cõtra me ionathas tractator eius & cooperator existit. nulliq; vestrũ cure est: sed tacentes rei exitũ sustinetis. ¶ Cũq; rex tacuisset: alius quidẽ p̃tiũ nemo respondit: doech vero syrus pastor mularum eius ait ꝙ vidisset dauid in nobe ciuitatẽ venisse ad abimelech sacerdotẽ. futura sibi eo ꝓphetãte cognosceret: ceptisq; ab eo sũptibus & hasta golie: ad quos ire volebat ab eo fuisse deductũ. Tũc vocãs sacerdotẽ & cunctã eius generationẽ saul ait: Quid mali passus a me seruũ inutilem iesse filium susceptisti ei q; dedisti sumptus & arma cum mei regni nimius inimicus existat? Cur etiã futurorũ responsa p̃buisti? Non enim te latuit ꝙ me fugeret & odio meam domum haberet. Sacerdos autem ea que facta fuerant non negauit: sed cum fidutia hęc se prebuisse confessus est: nec se dauid prestitisse sed regi dicens. Non enim eum inquit tuum nouimus inimicum: sed fidelem socium & principẽ: seruum & millenariam & quod horum maius est generum pariter & cognatum. Et hec non inimicis hominibus prestiti: sed ei qui circa te opus sue deuotionis exhibuit. Prophetauit autẽ ei non modo solum: sed sepius. Dicente namq; cum magna festinatione se fuisse directum: si ei quibus egebat minime prebuissem: non illi putarer sed potius tibi resistere. Quapropter nihil dolũ aduersum me cogitare debes neq; i his que nũc audisti meã fuisse tunc debes credere voluntatẽ. Amico nãq; & regis genero & millenario hec impẽdi: nõ hosti. Hęc dicẽs sacerdos: nequaq̃ satisfecit saul. Qui cũ esset in magno terrore neq; confessionẽ vestram; vera Doech accusauit abimelech sacerdotem recepisse dauid ꝙ re saul ipsum interimi iussit. Excusatio Abimelech saulis increpanti.

credens nullis armatis circunstantibus vt eum cum sua cognatione perimerent. Cumq; illum presume-

Docch alijs recusantibus abymelech eiusq; progeniem occidit & abiathar eius filius solus euasit.

rent contingere sacerdotem sed diuinitatem formidarent potius q̃ vellent regi parere tunc syro doech rex sacerdotis imperauit interitum. Qui sumẽs suemalitie similes occidit abimelech eiusq; progeniem Erant autem omnes quasi trecenti quinq; Quo facto:misit quoq; saul in ciuitatem sacerdotum nobã & omnes occidit non mulieri non infanti non alij pepercit etati eamq; succendit:vnde filius abimelech tantummodo abiathar nomine liberatus est. ¶Hęc siquidem contigerunt sicut deus sacerdoti hely prophetauit propter iniquitates duorum filiorum eius dicens prolem eius radicitus euellendã. ¶Porro saul rex crudele sic opus efficiens & totam generationem sacerdotalem interimens & neq; infantibus misericordiam:nec senibus reuerentiam habens sed & ciuitatem diſperdens: quam patriam prophetarum sacerdotemq; nutricem diuinitas elegerat:& solam tales viros habere decreuerat:hoc actu omnes fecit agnoscere & humano modo considerare:q; donec fuerint aliqui simplices & humiles: nec fuerit abusi natura nec volũtatẽ suã implere presumptuerint mansueti atq; mittes sunt sectanturq; solam iusticiam:& circa eam omnes studeant habere deuotionem. Tunc etiam in diuinitate confidunt quia omnibus que sunt in hac vita presens est:& nõ solum opera sed etiã mentẽ vnde procedunt hęcanteq̃ fiant aperte considerat. Cum vero ad potestatẽ veniunt & superbie cumulo dilatantur:tunc omnibus illis exuti & velut in scena vultus & mores & moderationem actuum reponentes: suscipiunt audaciam superbiam:& contemptum rerum humanarũ & diuinarum. Et dũ precipue pietatem iusticiamq; dei spernunt:& in omnibus que cogitant aut agunt sibimet arrogauerint:tũc quasi nõ videat eos deus aut certe potestatem eorum non habeat pessime grassantur in actibus. Et quicquid aut audire metuunt:aut odio habẽt respuũt, que aũt irrationabiliter diligunt hęc firma:vera & hominibus placita simul & deo credunt. De futuris vero rebus nullus eis fit sermo:sed eos qui pertulerunt multas laborum miserias exhonorant:& eos habentes odio simul inuidiam his conflant ducentesq; eos ad mediũ nõ solũ adeptos honores eis auferũt:sed per calumniã etiã vita eos priuare nituntur puniuntq; non propter opera digna supplicio: sed derogationibus & accusationibus nequaq̃ examinatis extinguntnon quos oportet hęc pati:sed in quibus iniuste nituntur vlcisci. Hoc igitur nobis saul filius cis qui primus post illã optimam ducum rempublicam regnauit in israhel manifestum esse monstrauit occidens trecentos sacerdotes atq; prophetas pro suspitione quã: habuit abimelech deficiens etiã eorũ ciuitatẽ: & studens quodãmodo deum sacerdotibus ꝓphetisq; priuare:dũ tantos simul occideret:& neq; patriã eorum manere permitteret:vt post illos potuissent oboriri. ¶Abiathar itaq; abimelech filius qui solus fuerat de sacerdotibus a saul interfectis ereptus fugiẽs ad dauid erumnam suorum omnium & patris interitum declarauit. Qui ait non se hęc eis ignorasse futura:sed videns doech suspicatũ fuisse quẽ sacerdotẽ regi declararet:seq; dolebat quasi huius calamitatis auctorem:& poscebat vt apud eũ de cetero cõmaneret: tanq̃ qui in alio loco latere non posset.

Nota insolẽtias principum.

Abiathar ad dd recurrit fugiẽs.

¶Vicit dauid philisteos ceilanos liberans vbi a saule obsidetur sed eum fugientem in desertũ ziphin psequitur quẽ accusauerunt ziphei quorũ maliciam deuitãs fugit ad desertũ maon. deide (declinato periculo) venit i angustias engadi vbi dauid saulẽ psecutorẽ suũ misericorditer tractauit cuius solũ vestis sũmitatẽ abscidit cũ eũ potuisset occidere quẽ verbis pacificis iniuste eũ persequi arguens quibus saul victus hoc ipsum fatetur ipsum predicens futurum hebreorum regem.

Capitulum.xv.

Vicit dauid philisteos & liberauit ceilanos vbi obsidet a saule.

EO siquidem tempore audiens dauid palestinos ceilanorum prouinciam deuastare consultus est deum per prophetam si eum pugnare p̃ciperet. Quo dicẽte q; diuinitas victoriã p̃misisset cũ suis socijs palestinos hostes inuasit multãq; eorum cedẽ effudit & p̃dã tulit. ¶Cumq; apud ceilanos esset donec areas suas fructusq; sine timore colligerent regi saul nunciatũ est q; apud eos habitaret. Opus enim illud & magnus effectus apud quos gestum est celari nõ potuit:sed fama etiam ad extraneorum auditus aduenit & apud regem vsq; delatus est Gauisusq; est saul cum audisset dauid in ceila commorari dicens deum illum eius manibus tradidisse quando coactus sit venire in ciuitatẽ murum & portas & seras abentẽ omni populo vt ad ceilam vnanimiter conuenirent:& obsidentes eã capientesq; dauid interimerent. ¶Hęc itaq; sentiens dauid & agnoscens a deo q̃m eum forent saul tradituri celitie sumẽs quadringentos qui cum eo erant de ciuitate profectus est i desertũ ziph. Et rex quidẽ cũ audisset eũ fugisse de ceila ab eius persecutione cessauit. Dauid autem surgens exide venit in quẽdã locum ziphin qui vocatur noua:vbi ionathas filius saul veniens ad eum & osculatus securũ eum esse dixit & spẽ bonã habere futurorũ nec p̃sẽtib⁹ rebus eũ debere deficere q̃m regnaturũ fore & habiturũ sub se hebreorum omnium potestatem q̃m gratiosa essent que cumq; magnis laboribus euenirent. Et rursus iusiurandum celebratum est inter alterutros pro deuotione vite totius & fidei & deum vocans testem ionathas: maledixit sibi si transcenderet constitutũ:& in contraria mutaretur. Tunc dauid ibidem relinquens paululum a timore & solicitudine releuatum ad saul ipse reuersus est. ¶Ziphei vero volẽtes gratiam prestare saul indicauerunt ei apud se commorari dauid promiseruntq; vt si veniret illum

1.R.6.23

1.R.6.23

Fugit dauid in desertũ vbi psequitur eum saul & visitat a ionatha qui iterũ fedus inierunt.

Ziphei accusauerunt dauid.

Gigantes sunt pro magnis laboribus euenire.

A ei contraderent: quod ſcilicet dum anguſtias ziphinorum apprehendiſſet: non poſſet vlterius alibi deuiare. Quos laudauit rex & gratias egit indicantibus inimicum eiſq; pollicitus eſt non tarde ſe eorum compenſare deuotionem. Miſitq; qui quererent dauid & deſertum omne perſcrutarẽtur dicens etiam ſe cõtinuo ſecuturum. Et illi quidem qui directi fuerant pro inueſtigando & capiendo dauid precedebant regem ſtudentes fauore ſuo non ſolum nunciare inimicum ſed etiam manifeſtatum in regia poteſtate contradere. Hi tamen iniuſta. & maligniſſima voluntate fruſtrati ſũt. Qui cum nihil male ſuſtinere potuiſſent ſi non hunc indicaſſent: ſed propter blãdimenta virum religioſum & ad mortẽ iniuſte queſitum & qui latere poterat prodiderunt: & ſe contradere promiſerunt. ¶ Cognoſcens autem dauid malitiam ziphinorum & regis inuaſionem anguſtias quidem illius reliquit fugit autem ad petram maximam in deſerto maon conſtitutam. ¶ Cumq; ſaul eum ibi perſequeretur: cognouit in itinere dauid
1.r.c1 illis a nguſtijs diſceſſiſſe qui ad aliam petre partẽ. Et cum ſaul ex alia parte conſiſteret vt eum pene iam capere potuiſſet audiens paleſtinos hebreorũ regionẽ valde vaſtare a dauid perſecutione diſceſſit: & cõtra eos qui naturaliter hoſtes erant dimicandũ magis neceſſariũ iudicauit q̃ inimicum proprium perſequendo vaſtationẽ ſue terre deſpicere. ¶ Sic igitur dauid inopinabiliter declinato periculo. venit ĩ anguſtias engadi: Cum vero ſaul expuliſſet alienigenas: venerunt qui nũciarent ei dauid i engadi mõtibus habitare. Qui ſumẽs tria milia armatorũ abijt ſuper eũ. Et cũ nõ eſſet procul a locis illis vidit ibi
1.r.c4 B. ca iter ſpeluncam profundã atq; rotũdam multa lõgitudine & latitudine nimis apertam in qua dauid cum trecentis erat abſconſus. Dumq; ſaul naturaliter vẽtris purgandi neceſſitate cogeretur: ingreſſus eſt in eam ſolus. Quẽ dũ vidiſſet quidã hominum dauid: & dixiſſet in eius inimicum tẽpus a deo datũ & ſuaderet vt vltionis cauſa ſaul caput abſcideret quatenus graui pſecutiõe & miſeria priuaretur ſurgẽs dauid abſcidit quidẽ ſũmitatẽ veſtis ſolũmodo qua ſaul erat indutus & repente penitentia tactus ait nõ eſſe iuſtum vt ſuum occideret dominũ: & qui ſcilicet a deo fuerat regnare p̃ceptus. Nã licet iſte iquit circa nos malignus exiſtat: me tamẽ apud eum non decet eſſe talẽ. ¶ Cũq; ſaul de ſpelunca fuiſſet egreſſus accedens dauid exclamauit a longe petẽs vt ſaul audiret. Conuerſo autẽ rege adorauit eum ſecundũ morẽ proſtratus in terra: & ait. O rex non te oportet malignas & falſas derogationes confingentibus aures accomodantẽ illis quidẽ credere: & in ſuſpitionẽ diligẽtes te ducere: ſed teſtẽ verũ habere: & magis operibus affectũ cõſiderare cunctorũ. Derogatio nãq; multorũ eſt deuotionis vero clara probatio actuũ veritate conſiſtit. Et ſermo quidẽ cũ iuſlibet in vtroq; habet ſimilitudinẽ veritatis & falſitatis opera vero nudũ habent veritatis intuitum. Cõſiderare igitur ex iſtis qualis ego circa te tuamq; domũ ſim: & q̃ mihi oportet credi & non accuſantibus & dicẽtibus ea quę neq; animo concepi neq; facere potui. Cur apponis perſequi animã meã: & nihildie noctuq; aliud cogitare niſi anime mee interitũ quã iniuſte pſequeris. Quõ enim nõ falſam opinionem de me ſũpſiſti: quaſi te occidere voluerim. Aut quõ non impie agis in deũ occidere concupiſcens: & inimicũ tuum credens hominẽ qui poteſtatẽ habuit hodie te punire & a te penas exigere noluit cũ tẽpore ad hęc vſus eſt oportuno. Quod ſi cõtra me tibi idẽ licuiſſet nequaq̃ ſic abiẽs preteriſſes. Quãdo enĩ tue veſtis inſcidi partẽ: potui etiã capui aufferre Et oſtendens pãnum veſtis eius rei fidem exhibuit. Et ego inquit iuſtam vltionem retinui: te vero in iuſtum cõtra me habere odium noueris. Sed deus hęc iudicet ex nobis & vtriuſq; noſtrũ arguat voluntatem. ¶ Saul aut em vitam ſuam inopinabiliter ammiratus fuiſſe ſeruatam humilitatẽ iuuenis naturã q; eius obſtupeſcens: ingemuit Cumq; & dauid hoc feciſſet: reſpondit cum gemitu ſaul illum potius eſſe
C iuſtũ. Tu inquit cauſa bonorũ mihi fuiſti ego tibi calamitatũ: & vero oſtendiſti hodie priſcorũ te habere iuſtitiã. Quis enĩ inimicos ſuos in deſerto cõprehenſos ſaluãdos eſſe duxerit. Confido namq; q̃ deus regnũ tibi cõſtruet & oĩm hebreorũ poteſtas expectat ſi; da mihi iuriſiurãdi fidẽ ne meũ gñs extermies & q̃ nõ habẽs malorũ memoriã ſtudeas meum germẽ eradicare ſed vt meã domũ ſerues. Iurante vero dauid qđ poposcerat: ſaul qđẽ ad ꝓpriũ ẽ reuerſus iperiũ dauid aũt cũ ſuis abceſſit in anguſtijs maſpha ¶ Mortuo Samuele qui iuſte ſolus hebreis .xij. annis p̃fuit & cum ſaul decem & octo miſit dauid nuncios ad nabal abigail pulcherrime & honeſtiſſime mulieris virũ in honeſtum & ingratum vt eum ſalutarent optantes vt aliquid ſua largitate p̃beret quibus inhumane reſpondes opprobria in dauid adijecit vnde iratus dauid ibat cõtra nabal ipſum & omnẽ eius poſſeſſionẽ exterminare ꝓponens ſed prudẽs abigail ipſi cum victualibus obuiam veniens pacificauit atq; paulopoſt nabal pre triſtitia mortuo dauid ipſe abigail vxorem ſibi aſſumpſit.

Fugit dauid ad deſertũ maon.

Saul cõtra philiſteos dimiſſo dauid iuit.

Iterũ perſequit ſaul dauid habitantem in montibus engadi.

Miſeratio dauid erga ſaulem qui cũ eum occidere potuit ſolum veſtis ſũmitatem abſidit.

Dauid ad ſaulẽ verba pacifica.

¶ Capitulum .xvj.

1.r.c25 IN Occitaq; tempore & ſamuel propheta defunctus eſt vir qui non fortuitum honorem apud hebręos habuerat cuius virtus apparuit etiam in hoc tempore quod pro eius deuotione populus multo tempore luctum duxit circa ſepulturam eius: atq; ſolemnium largitarum ſtudium magnum competẽter exhibuit. Sepelierũt autem eum in patria ſua ramatha in multiſq; fuere diebus non inconuenienter hoc facientes velut extranei

Mors ſamuelis preciosa qui ſolus prefuit. xij. annis & cum ſaul .xviij.

mortem:sed tanq̃ proprium singuli lugentes. Fuit enim vir iustus & natura benignus & propterea magis amicus deo. Qui prefuit populo solus post mortem quidem sacerdotis hely annis duodecim cum D
saul vero rege annis decem & octo Et samuel quidem huiusmodi habuit finem. ¶ Erat igitur quidam ziphinorum de ciuitate maon diues & multa pecora possidens. Trium miliũ namq; ouiũ gregem habebat in pascuis: & mille caprarum: has etgo dauid illesas & sine vexatione suos custodire precepit vt neq; desiderio neq; egestate perdere in loco deserto & abire potuisset & latenter aliquis eorũ vexare presumeret. Super hęc autem illud seruandum dicens vt nihil iniustum fieret: & aliena tangere pessimum iudicarent neq; deum offenderent. Hoc autem dicebat eos homini bono prestare se credens & dignũ eum esse beneficium huiusmodi promereri. Erat enim illi nomen nabal vir durus & studijs malignissimus habens vitam detestabilem. Cui erat vxor bona simul & casta & specie nimis eximia. Igitur ad hunc nabal tempore quo tondebat oues misit dauid viros decem vt eum salutarent & optabat vt hoc multis annis efficeret: & quod esset possibile sibi abeo preberi popposcit cognoscens scilicet a suis pastoribus q̃ nihil eos aliquando nocuerit: sed etiam custodes eorum gregumq; fuerint. dum multo tempore in deserto pariter habitassent: & q̃ eum non peniteret si quid dauid sua largitate preberet. Nabal autem his qui missi fuerant inhumane nimis: & dure respondit. Dum enim interrogasset eos quis esset dauid & respondissent filium iesse ait. Nunc video quia valde in semetipsis superbiũt fugitiui & gloriã tur suos dominos relinquẽtes. Quod cũ fuisset dauid renũciatũ iratus & quadringẽtos quidẽ armatos E
sequi se precipiens: ducentis q̃ rerũ custodia derelictis ibat cõtra nabal iurans illa nocte domũ se & omnẽ possessionẽ eius exterminare. Non solũ enim ob hoc iratus est dauid effectus: quia ingratus nihil dedisset eis qui multam benignitatem circa eũ habuerant sed etiam quia blasphemasset & maledixisset eis a quibus in nullo fuerat contristatus. Interea seruus quidam custos ouium nabal domine quidem sue: illius vero coniugi dixit: quia miserit dauid ad virum eius et non solum nec aliquid ~~velet eum per~~ cipere: sed etiam iniuriam et pessimas in eum dixerit blasphemias dum omni prouidentia & custodia circa eos vsus fuerit in gregibus: affirmãs hoc in malo domini sui & ipsius profuturũ. ¶ Quo dicto: abigail vxor nabal eijciens asinos & oneranseos cunctis muneribus nihilq; marito dicens cum per ebrietatem ipse sensu careret. profecta est dauid. Cui descendenti montis angustias: dauid occurrit cũ quadrigentis viris veniens sup nabal. Quẽ cũ vidisset mulier de asina exiluit: & prostrata i faciẽ adorauit supplicãs vt nequaq̃ verba nabal respiceret qui vtiq; nabal recte vocaretur: quod nomen dementem lingua significat hebrea. Satisfaciebat aũt dicẽs nõ se vidisse qui ab eo fuerãt missi & debere se veniã promereri vtiq; magis ipse ageret deo gratias qui eum a sanguinis humani pollutione phibuit exorabat. F
Nã cũ tu inquit benignus sis: ille vindicat in malignis. Quę enim inquit nabal mala sustineat: sup capita inimicorũ tuorũ euenient. Esto quidẽ mihi ꝓpitius & iudica me dignã per quã hec dona suscipias: irã ergo atq; furorem quem super maritum meum & eius habuisti domum mihi remitte. Hęc enim te decent cũ ills placidus atq; clemens dns & q̃maius est regnaturus. Susceptis aũt ille muneribus ait. O mulier propitius te ad nos hodie deus adduxit. Nam ne futurum videres. Nam cum iurassem domum nabal hac nocte disperdere vt nullus vestrum penitus remaneret: cum vtiq; vir ille ingratus & callidus sit i.r.c.25
circa me & socios meos: nunc autẽ venisti & meum curante deo mutasti furorem. Et nabal quidẽ licet modo propter te relinquatur inultus non tamen effugiet penas: sed alia causa quę eum competit euenniet: ei hec dicens dimisit mulierem. ¶ Illa autem domum reuersa est & inueniens virum cum multis solutum & in ebrietate iacentem tunc quidem nihil horum quę gesta fuerant indicauit. Cui altera die cũcta significauit: & sic eum tristem reddidit vt ad solutionem membrorum & pene ad mortem vsq; deduceretur. Et non amplius q̃ decem dies postea viuens nabal: defunctus est. ¶ Dauid autem audiens mortem eius vltũ se quidem dixit. Nabal vero propria malignitate defunctum & dedisse deum illi penas seq; seruasse ab eis sanguine mundã habẽtem dexteram tunc etiam agnouit q̃ maligni diuinitus vi i.r.c.25
geant & nullus inter hoies despiciatur a deo qui dat quidem bonis similia: malis vero refert digna supplicia. Et mittens ad eius vxorem petit quo eam sibimet copularet. Illa vero his qui missi fuerant dicẽs se non dignam fore vt illius vel pedes tangeret tamẽ cũ omni apparatu proprio venit eiq; cõiuncta est Quę ad hunc honorem venire ꝓmeruit: tam pro modo castitatis atq; iusticie q̃ pro specie sue forme. ¶ Habuit autem dauid vxorem quam primitus duxerat de ciuitate bisar alias ehisar. Michol autẽ saul regis filiam quę fuit dauid vxor: pater eius phalti filio lais coniunxit: qui erat de ciuitate galim.

¶ Accusantibus zipheis dauid in eorum regione esse eũq; ꝓdere ꝓmittentibus saul contra eum venit cuius dormientis castra ingressus lanceã ad caput fixam & stratum pro signo assumens dauid neq; alios ipsum saul occidere ꝓmittens secundo misertus est saul qui suam culpam cognoscẽs dauid gratias egit fugiensq; dauid venit ad Achi Geth regẽ qui ab eo cum suis honorifice est receptus moransq; in ceilla latenter cõtra palestinos insurgens de eorum preda veniebat.

¶ Capitulum.xvij.

Conditio nabal & ihonestas & ingratitudo erga dauid.

Abigail nabal vxoris pulchritudo & hõestas

Responsio opprobriosa Nabal seruis dauid vn de iratus.

Prudentia abigail quę pacificauit irã dauid.

Nabal pre tristicia mortuus.

Dauid duxit abigail vxorem mortuo nabal & michol filiam saul alius duxit.

A Cumq; fuissent hęc gesta quidam ziphinorum venientes ad Saul indicauerunt ei q; rursus in eorum regione Dauid esset: & possent volenti eum comprehendere sua prębere solatia. At ille cum tribus milibus armatorum super eum egressus est. Cumq; superuenisset nox: castra posuit in quodam loco qui dicitur Ceila. Audiens ergo Dauid contra se venire Saul: missis exploratoribus iussit sibimet nunciari ad quem locum iam veniisset. Quibus dicentibus in Ceila eum esse. surgens nocte ita vt lateret suos venit ad castra Saul ducens secum Abisay natum sororis sue saruię. & abimelech getheum. Saul itaq; dormiente circa eum per circuitum armatis & Abner principe militię constitutis: Dauid ingressus castra eius nec ipse peremit eum inueniens stratum eius & lanceam quę erat fixa ad caput eius nec alijs permisit volentibus eum occidere & in hoc vehementer instantibus. sed dicens ordinatum a deo regem occidere esse nimis iniquum: licet ille malus sit vt nec formidet iram quę ei penam oportuno tempore collatura est ab eo qui ei prębuit regnum. retinuit impetum. eum nolens occidere: & pro signo q; potuisset eum interimere. se potius abstinuerit. sumens eius lanceam & vrceolum aquę appositum: dormiente Saul: nullo sentiente in exercitu cūctisq; iacentibus latenter egressus est: cum omnia facere potuisset: quę & ipsum tempus offerret & contra regem digna presumptio suaderet. Transiens vero torrentem: & in verticem montis ascendens vnde potuisset audiri clamans voce magna militibus Saul & Abner principi militię excitauit eos a somno. Nunc enim vocabat & populum. Audiente vero principe militię. & requirentem quis eum vocasset. ait Dauid. Ego sum quidem filius iesse: vester vero fugitiuus. Cur inquit cum sis magnus & apud regem honore precipuus. corpus eius ita custodis: vt somnus sit tibi dulcior q̄ illius salutis effectus. Hęc quippe digna sunt morte atq; supplicio. Dudum enim ingressos quosdam in vestro exercitu super regem & super alios vniuersos non agnouisti. Quere lanceam regis & vrceum aquę: & cognosces, quantum malum vos latuit intrinsecus constitutos

Ziphei Dauid accusant sauli q̄ dere promittentes contra quę Saul &c.

Secūda misericordio Dauid erga Saul qui nō permisit eum occidi sed pro signo lāceam accepit.

¶ Saul autem cognoscens Dauid vocem & videns q; dum eum captum habuisset sopore cōfectum cum stodibus negligentibus non occidit: sed pepercit ei quę iuste perimere potuisset: pro salute sua gratias egit. & rogauit vt confidens nihilq; mali ab eo metuens iret ad propria affirmans credere q; nec semet ipsum aliquis ita diligeret & sicut a Dauid Saul amaretur. & accusans semetipsum q; eum quidem qui illum custodire posset & multa indicia circa eum sui fauoris ostenderet persequeretur iniuste & tanto tēpore hesitantem de anima sua degere in fuga compelleret ab amicis & cognatis propriis desolatum. ipse vero ab eo sepius liberatus non qui faceret: sed eius animam aperte desideraret auferre. Quo facto Dauid iussit vt aliquis veniens reciperet lanceam & vrceum aquę dicens. Deus vtriusq; nostrum &

Saul culpaz suā cognoscens Dauid gratias agit

B actuum iudex sit qui nouit q; etiam presenti die cum te occidere potuisse: tui misertus abstinui. Et saul quidem secundo Dauid manum refugiens ad proprium regnum remeauit. ¶ Metuens autem Dauid

¶ Dauid fugiēs Saul venit ad achi regem geth q eū cū suis honorifice recepit

1.r.c27 si permanens ibi aliquando in Saul manus incideret. decreuit in palestinos discedere. & illic habitare. Tunc cum secentis qui erant circa eum venit ad achim regem Geth. Erat autem hęc vna palestinarū vrbium. Cumq; eum rex suscepisset cum viris & habitaculum prębuisset habente eo simul & duas vxores achinoen & abigail morabatur in geth. Saul autem hęc audiens. vlterius voluntatis non fuit vt mitteret super eum: aut ipse forsitan properaret cum secundo pene tale periculum pertulerit. vt ab illo potuisset potius comprehendi. ¶ Porro Dauid non placuit vt in ciuitate Geth habitaret sed regem rogauit qui eum clementer exceperat vt ei locum aliquem in prouintia donaret: vbi cum suis degere potuisset pudori esse dicens vt in ciuitate maneret. & se ei onerosum existere. Cui dedit rex quendam vicum ficela (alias Sicelech) nuncupatum. Quem vicum ita dilexit vt cum regnasset Dauid. eum ipsi & pueri eius quasi possessionem propriam honorarent. Sed de his quidem in alio loco dicemus. ¶ Tempus ita q; quo commoratus est Dauid in ficela palestine fuit mensium quattuor & viginti dierum. Vnde latenter insurgens contra palestinos in vicina regione constitutos ferritas & amalechitas: eorum prouintiam deuastabat multamq; prędam iumentorum & camelorum sumens reuertebatur ad proprium. Ab hominibus abstinebat metuens ne eum indicarent ad regem: partem tamen prędę ei dono mittebat. Cuz vero requireret rex quos vastasset. predamq; tulisset dicendo eos q ad austrum iudeę conuersantur. & in

Dauid ficelech vicū ad habitādū

In biblia tantuz habetur quattuor mensium.

C campestribus habitant esse se depopulatum satisfecit regi. Sperabat enim q; Dauid odio haberet propriam gentem & seruus eius foret. donec apud eum consisteret.

Modus viuendi Dauid iter infideles.

¶ Philisteis bellum contra hebręos parantibus: amicosq; ad auxilium incitantibus Dauid cum armatis suis (hoc procurante Archi regem) contra hebręos solatium prębere promittit. Saul autem (qui phitones & ventriloquos a regione expulerat) deo sibi non respondente phitonissam consulit: quę animam suscitans Samuelis proximam mortem suam suorumq; filiorum prędicentis & regni sui finem ipsum super oraculo tristantem cibum gustare (vituli carnibus prępparatis) compulit. Cuius mulieris largitatem Sauliscq; magnanimitatem & fortitudinem Author magnis extollit laudibus.

Capitulum decimumoctauum.

Apparatus belli philisteorū cōtra hebreos.

Quomodo dauid promisit regi Achis eu; iuuare contra hebreos. Vide de lyra & additionē & correctionem.

COdem vero tempore palestinis contra israhelitas pugnare volentibus & mitentibus ad omnes amicos vt eis adessent in bello in ceilla vbi congregati erant exituri sup hebreos amicum sibi achis rex geth Dauid rogauit vt cum armatis ei solatium contra Hebreos D.
præberet. Illo vero gratissime promittente & dicente inuenisse tempus in quo eius beneficijs responderet: & susceptionis munus exsolueret: promisit rex custodem corporis post victoriam & belli certamen eum se esse facturum honoris & fidei promissione stu- I.r.c.28
dens voluntatem eius augeret. ¶ Saul itaq; rex hebreorum omnes diuinos & ventriloquos & omnem huiusmodi artem de sua expulerat regione absq; prophetis. Audiens autem palestinos iam esse præsentes & iuxta summam ciuitatis in campo posita castra fixisse. ad eos cum omni exercitu profectus est. cū q; venissent ante montem quendam nomine gelboe: & vidisset ediuerso hostium multitudinem: timore fortuito conturbatus est dum esset eorum exercitus potior & multo melior deumq; consuluit per pphetas. vt ei de prelio & eius fine prediceret. deo autem non respondente: saul magis expauit & animo corruit. malum sibi aperte imminere prospiciens cum vtiq; deum arbitraretur præsentem sibi non esse: iussitq; sibi queri mulierem ventriloquam habentem spiritum & vocantem animas defunctorum: vt valeret agnoscere si in rebus imminentibus prœualeret. ¶ Genus enim ventriloquorum euocando mortuo
¶ Saul cōsuluit phitonissaꝫ sibi deo nō respondente.

Genus ventriloquorum.

tum animas per eas solet poscentibus futura predicere. Cumq; fuisset a quodam famulo nunciatum esse huiusmodi mulierem in ciuitate endon/alias endor/latēs omnē exercitum: exutus veste regali sumēs duos famulos quos nouerat fidelissimos venit in endor ad mulierem rogaut eam vt diuinaret & animam suscitaret cuius ipse dixisset. Muliere vero repugnante atq; dicente non se posse regem spernere: quigenus hoc diuinantium expulisset. sed nec illum benefacere qui dum nihil per eaꝫ fuisset lesus: ei pa- I.r.c.28
raret insidias vt prohibita facientem penę contraderet: iurauit se nec cuiq; eius diuinantiam prodere nec periculum fore. Cumq; iureiurando satisfeciisset non eam debere metuere. iussit vt ei animam Samuelis euocaret. Illa vero nescjens quis esset Samuel. eum ex inferno vocabat. Cumq; apparuisset. Videns B
mulier virum sanctum deo docibilem conturbata est. & tunc eius faciem obstupescens. nonne inquit tu es rex Saul? Hoc enim Samuel ei indicauerat. Quo confitente & perturbationem eius querente: ait vidisse se virum ~~senem formatum~~. Eoq; iubente ad imaginem eius: formam & statum eius quem viderat explanare significauit se senem iam & glorioſum & sacerdotali pallio vidisse circum amictum: ex quibus cognouit hunc Samuelem esse. & procidens in terra salutauit & adorauit. Anima vero Samuel inquirente cur eam amouisset: Saul necessitatem ingemiscebat incumbere & hostes sibi grauiter immi-
nere: & esse in hesitatione rerum præsentium constitutum a Deo vtiq; derelictum/ & neq; responsum promereri/neq; per prophetas/neq; per somnia. & propterea inquit ad te qui mihi pius semper extitisti confugi. Samuel autem videns eum fini vitę iam proximum: ait. Superflue a me aliquid vis agnoscere cum a deo sis derelictus. sed aut regnum tuum quidem a ~~Dauid & in bello victurum~~ te vero tuum q; principatum cum vita esse finiendum quoniam inobediens fueris deo in Amalechitarum bello & eius nequaq; mandata seruaueris. sicut viuens tibi prophetaui. Igitur scito te subdendum & populum inimicis: & te cum filijs die crastina in bello cadentes: mecum esse mansuros. ¶ Hæc audiens saul tristicia faciente loquendi amisit officium & prostratus in terra tam propter dolorem qui ei fuerat indicatus q̄ propter abstinentiam. non enim præcedenti die ac nocte cibum susceperat non facile consurgere valebat. Cum surgeret vix recipientem spiritum coegit mulier vt gustaret. Hoc munus ab eo petens sibimet repensari pro diuinatione quā sub periculo ei prœparabat: cū ei propter timorem ipsius non licuisset quę licet non ignorasset qui fuerit: tamen ei prœualuit vt concederet pro quibus rogauit appositum cibum sumere quatenus recepta virtute ad castra propria remearet. ¶ Cumq; ille refutaret & minis adueraretur in angustia constitutum compulit & persuasit ei & habens vnum vitulum mansuetū suę domui nutritum in quo solo requiescebat eum occidit & carnibus prœparatis: ei vt comederet eiusq; seruis apposuit. Quo facto Saul noctanter ad sua castra reuersus est. ¶ Iustum est autem laudare mulieris largitatem q̄ licet eius ars fuisset a rege exerceri prohibita tamen dum aduenissent domū eius quos nunq; viderat prius non habuit mali memoriam vituperandi eu; qui eius prohibuerit disciplinam: nec F.
aduersata est peregrinum & eius consuetudinem nequaq; habuerat. sed condoluit & consolata est dum eum cognouisset regem & circa quem potuit animis ingrata existere eum potius vt comederet inuitabat. & q̄ ei solummodo in paupertate fuerat: hoc libenter hilariterq; conferebat aliquam retributionem eius expectans non munus aliquod occupans quem proxime moriturum agnouerat cum plerumq; sit natura hominum boni aliquid: aut repensaturis beneficium exhibere: aut a quibus se aliquid credunt accipere his mutuare & bonum est ergo illam imitari mulierem & benefacere cunctis egentibus. nichil arbitrari melius esse. nec amplius aliquid generi humano competere potius q̄ vt Deum propicium & boni largitorem semper habeamus. Igitur de illa muliere dixisse sufficiat. ¶ Sermonem vero nunc

Laudatur mulieris largitas.

faciamus ciuitatibus & populis gentibusq; profuturum & bonis omnibus congruum. ex quo prouocentur vniuersi dari virtutem vniuersę glorię. Qui sapientibus & regibus gentium & pincipibus populorum multum desiderium & studium rerum bonarum adiiciat. & pro salute patrię ad pericula mortis libenter adducat. & cuncta quę videntur grauia doceat esse tenenda. Habeo namq; huius rei auctorem Saul regem hebreorum. Hic enim licet futura iam nosceret & mortem sibi imminere propheta prędicente cognosceret: nec amore vite suum exercitum prodidit inimicis: nec regie contumeliam intulit dignitati. sed potius semetipsum cum omni domo tradens simul & filijs optimum iudicauit cum eis magis cadere pro subiectis pugnando & filijs & vna perire: licet boni ei fuissent: q̃ eos in incerto reliquere. quasi regni successionem & generis habituros. ¶ Is ergo iustus & castus & fortissimus mihi esse videtur. & si quis fuit talis aut fuerit: et cunctorum testimonio virtutis adeptione dignissimus. ¶ Nam eos qui sub spe victorię proficiscuntur ad bellum et incolumes se redire confidunt. quidq; gesserint clarum: Non mihi videntur benefacere qui eos fortes voluerint appellare. Quod et alibi in Hystoriis et alijs conscriptionibus inuenitur q̃is & illi sint approbandi. Magnanimes autem & grandia presumentes et rerum terribilium contemptores soli dicendi sunt omnes qui Saul imitantur. Illi namq; qui nescientes quod in bello futurum est nequaq̃ animo deficiunt. sed incertum semetipsos emittunt: licet aliquid grande faciant non tamen valde mirandi sunt. Cum vero nihil vtile venturum animo cogitatur: sed etiam mors futura prescitur. & hoc solummodo passuri dimicant aliqui neq; terrentur neq; pro mortis periculis obstupescunt. huiusmodi perfecte fortitudinis esse decerno: hoc ergo fecit Saul ostendens quia cunctos
A. B. glorię palmam desiderantes habere post mortem talia conuenit adimplere: & maxime reges quos propter cumulum principatus non solum malos non licet circa subiectos esse: sed neq; mediocriter esse bonos. Plurima quidem de Saul magnanimitate potui dicere maximam michi hoc argumento prębente materiam: sed ne diu videar inherere: denuo ad ea reuertor vnde egressus esse agnoscor.

Laudat saulem qui sibi & suis populo suo nõ pepercit.

Qui vere dicẽdi sunt magnanimi & fortes.

Nota bonitatẽ principibus req̃sitam,

¶ Dauid cum palestinorum exercitu veniens suspectus remittitur quo morante Amalechitarũ gens Sicelech vrbem incendunt eam deprędantes duasq; vxores suas & eorum qui cum eo erant accipientes cum filijs in captiuitatem duxerunt. quo desolatus Dauid deum consuluit/victoriamq; cõtra Amalech obtinuit: eorum prędam & hijs qui ad sarcinas manserant sicut his qui ad bellum properauerant equaliter distribuit: distribuendę prędę legem statuens.

Capitulum decimum nonum.

Dauid cũ exercitu palestinorũ venit sed suspectus remittitur.

1.r.c29 DAlestinis igitur castrametantibus per singulas generationes & tribus & satrapas exercitũq; disponentibus. ibat cum suo exercitu rex achis: & post eum dauid cum armatis sequebatur. Et dum duces palestinorum viderent inter eos hebreos quibus aduenissent tunc euocantibus percunctabantur a rege. Qui dixit dauid esse qui fugerat Saul dominum suum. quem ad se venientem ipsę susceperat: & nunc velle sibi beneficia repensare: & Saul interficere: propterea in solatio ipsius aduenisse. Quo dicto culpatus est a ducibus palestinorum eo q̃ virus inimicum ad solatium duxerit. eumq; redire suadebant. ne forte latenter mali aliquid circa eos efficeret. habendo tempus & causam per quam suum dominum placare posset. sed si vellet ei prospicere: remitteret eum cum suis ad locum quem dederat illi prius. Adijciebant autem. Nonne hic est Dauid de
C quo canebant virgines hebreorũ: q̃ dena milia peremisset. Et cum audisset rex gethuri. vtiliter dicta cognoscens vocauit dauid & ait. Ego quidem cum sim testis studij tui circa me atq; deuotiõis. propterea te ad solatium meum adduxi. Principibus autem non placet sed facto die perge ad locum quem dedi tibi. & ibi meam custodi prouintiam. ne quis hostium ad eam accedat. Fit enim animo tuo pars magna
1.r.c30 solatij. ¶ Dauid itaq; iubente regem geth: [illegible] sicela (alias sicelech) Nam eo tempore quo egressus ad solatium palestinorum gens amalechitarum aggrediẽs sicela. fortissime coeperat eam. Qua incẽsa multaq; pręda ex ea & alijs palestinorum regionibus sumpta diceserat. Inueniẽs ergo dauid vastatam omnino prouintiam & omnia fuisse direpta. & duas vxores suas & eorum qui cum eo erant vna cum filijs in captiuitatem ductas continuo vestem scindens flens & gemens cum socijs & amicis ad hoc vsq; peruenit vt etiam dolentibus captiuitatem vxorum ac filiorũ lachrimę nimię eorum fletu deficerent. sed & ipse periculum passus est ita vt a socijs dolentibus captiuitatem vxorum ac filiorum pene lapidaretur. ipsum enim solum rei principem vnusquisq; malorum dicebat auctorem. ¶ Igitur sternebat & mentem suam ad deum. rogauitq; abiathar sacerdotem vt indutus veste sacerdotali consuleret & propheta ret. si persequens Amalechitas comprehenderet & liberaret vxores & filios & vlciscereturin hostibus. Sacerdote vero iubente vt eos persequeretur. consurgẽs cum armatis persecutus est hostes. Cumq; veniret ad torrentem bosor inuenit virum errantem egyptium genere ethiopem & fame defectum: qui tribus diebus in deserto sine cibo permanserat. Primum cibo eum potuq; confortans & reficere faciens. inquirebat cuius esset aut vnde. Tunc quidem ille se genere significauit egyptium & propter infirmita

Amalech/incẽsa Sicelech ciuitate/depdauit eã ablẽte dauid

Dauid desolatus deum cõsulit hostesq; amalechitas psequit.

tem a suo domino derelictum eo q̄ non valuerit sequi. Pariter etiam indicauit se ex eis qui incēdissent
Victoria dauid cōtra amalech. & diripuissent iudeam simul & sicelam. ¶ Hunc ergo dauid habens ducem super amalechitas apprę- D.
hendit eos in terra iacentes & alios quidē prandentes: alios iam ebrios & vino solutos & de re acta &
captiuitate vxorum ac filiorum Israhel prēda gaudentibus & fruentibus deosq̄ suos laudantibus. irru-
ens repente super eos & letitia qua gaudebant frustrauit. Nudi namq̄ & nihil huiusmodi suspicantes
sed ad potum & ad epulum conuersi oēs remissiores erant: & alij quidem mensis adhuc appositis ap-
prehensi super eas extincti sunt: & sanguis eorum cibo permixtus est: alios vero inuicē se ad pocula in
uitantes occidit. multos etiam in soporem conuersos extinxit. Quicunq̄ vero occurrerunt & armis in
In biblia habe- uolui. & ex aduerso consistere potuerunt. Hi etiam facilius q̄ illi qui iacebant in terra nudi perēpti sunt
tur Et percussit Quos ab hora prima interficientes vsq̄ ad vesperam permanserant. ita vt amalechitarum non remea-
eos dauid ave- rent amplius q̄ quadringenti qui tamen in camelis curruscibus ascendentes. vix euadere potuerūt. Eri
sperauſq̄ ad ve puit vero Dauid omnia quę de sicela tulerant hostes: sed & vxores suas & sociorum. Cumq̄ reuerten-
sperā alterius tes venissent ad locum. vbi ducentos qui eos sequi non potuerunt reliquerant ad castra custodienda:
diei. illi quidem quadringenti partem prędę eos accipere non censebant qui secum non fuerant: sed labo-
re molliores extiterant: recipere autem vxores iudicabant. Dauid autem malignam hanc & iniustam
dixit esse sententiam. cum essent digni deo prębente. vt & vlciscerentur in hostibus: & omnem prędam
cum his qui vna ad persequendum egressi fuerant ex equo diuiderent quando ad vasorum custodia;
remansissent. Et ex eo ab eo lex ista permansit. vt tantum accipiant qui custodiunt castra q̄tum illi qui
Equalis prędę pugnant. ¶ Veniens ergo Dauid in sicela: omnibus in iudea amicis & necessarijs prędam direxit. Et va
diuisio & diui- statio quidem sicele & amalechitarum: huiusmodi fuit interitus.
dēdę prędę lex ¶ Palestinis graui pugna dimicantibus contra hebręos Saul rex ab hostibus sauciatus ne viuus ab E
hostibus caperetur ab Amalechita quodam educto gladio ipso regnante, interimitur in Gelboe mon
te filijq̄ eius cum innumera hebręorum multitudine occisi sunt reliquis fugiētibus hebręis. hostes ve-
ro Saul & filiorum mortua corpora exuentes capita quedam truncauerunt corporaq̄ super murum ci
uitatis Bethsani suspenderunt viri autem Iabes cum omni populo flentes eorum corpora sepelierunt.

Capitulum vigesimum.

Animosa saulis & filiorū fortitu do contra philī steos q̄ illo bel- lo mortui sunt. Fuga hebręorū & interitus. Modus mortis Saulis q̄ seipsum interemit ne vi- uus ab hostibus caperetur.

PAlestinis igitur dimicantibus & pugna graui commissa: palestini quidem vlciscuntur: & multos i.r.c.31
suorum hostium peremerunt. Saul autem rex israhelitarum & eius filij fortiter decertantes &
vtentes omni fiducia. tanq̄ gloria eorū in bona morte & in hostium dimicatione consisteret ni-
hilq̄ hoc precio sius esse iudicantes: omnium inimicorum cohortem contra se conuertentes: vndiq̄ cir-
cundati pene sunt extincti. multos tamen palestinorum forti dimicatione perimentes. Erāt autem saul
& ionathas & Aminadab & melchis. ¶ His ergo cadētibus hebręorum populus in fugam conuersus: & i.r.c.31
turpitudo & confusio facta est & interitus grauissimus hostibus vtiq̄ super eos reuertētibus. ¶ Saul aūt
hoc modo peremptus. Dum esset hostium multitudine constipatus: palestinis crebro super eum iacula
dirigentibus. omnes pene prostrauit. paucis exinde fugientibus. Ipse vero clarissime decertatus. & mul-
ta vulnera in se gerens. ita nequaq̄ possent tolerare. nec ferre plagas. semetipsum quidem perimere erat
inualidus. sufficit autem armigero suo vt eū gladio educto perimeret. vt nequaq̄ viuum cōprehenderent i.r.c.31
hostes. Armigero vero non presumēte dīm suum occidere. Ipse gladium suum educens & in terra con-
figens irruit in mucronem. ¶ Et cū nequiret sibi vi vltime mortis inferre cum nec ferrum eius membra
transiret. conuersus & videns quendam iuuenem. requisiuit quis esset quem cū cognouisset amalechi-
tam. rogauit vt educto gladio eum morte q̄li vellet occideret. Quod dum fecisset sublato auro ex eius
brachijs: & corona regali fugit. Videns autem armiger eius saulem extinctum: occidit & semetipsum.
Nullusq̄ de custodibus corporis est derelictus: sed omnes ceciderunt in monte qui dicitur gelboe. Au- i.r.c.31
Gelboe mons. dientes autem hebręi qui habitabant in conualle transiordanem & qui in campestribus ciuitates habe F
bant q̄ Saul cecidisset & eius filij & omnis cum eo periisset exercitus: relinquentes proprias ciuitates:
Crudelitas phi- ad loca occultissima fugerunt. Palestini vero inuenientes vrbes derelictas atq̄ desertas habitauerunt in
listeorū i mortu eis. Cumq̄ venissent hostes exuere: inuenerunt corpus Saul & filiorum eius. Quos expoliantes eorū
os Saul & filios capita truncauerunt & in omnem prouintiam diuulgauerunt hostes suos cecidisse. Quorum arma qui
dem consecrauerunt in templo astaroth: corpora vero suspenderunt super murū ciuitatis Bethsan quę
Sepulti saul & fi nunc Scitopolis appellatur. ¶ Cum vero audissent habitatores ciuitatis Iabes galaad die tertio q̄ trū-
lij per iabitas q̄ cassent Saul mortuum & eius filios palestini. crudele iudicantes eum insepultum despicere. egressi vi-
mortem eorum ri fortissimi & presumptione precipui: cum ipsa ciuitas & corporibus & animabus viros habuerit valde
flentes ieiuniū robustos. tota nocte iter agentes venerunt ad ciuitatem Bethsan. Et accedentes ad muros hostium &
septem dierum deponentes corpus Saul & filiorum eius detulerunt in Iabes hostibus propter fortitudinem eorum
celebrauerunt. nequaq̄ prohibere valentibus aut presumentibus. Viri autem Iabes cum omni populo flentes sepe-

lierunt eorum corpora in optimo loco prouintię quem ſegetem appellant: & ieiunium ſeptem dierum
A cum mulieribus & infantibus ſuper eos celebrauerunt tundentes pectora ac lugentes Regem & filios
eius nec cibum deſiderantes guſtare nec potum. ¶Hunc itaq; finem Saul prophetante ſamuel habuit
q̄ obediens deo non fuit propter mandata quę contra amalechitas acceperat & q̄ Abimelech ſacer-
dotis generationem & ipſum abimelech & ſacerdotum vna peremit vrbem. ¶Regnauitq; ſaul. ſamuel
quidem viuente annis decem & octo: mortuo autem. aliis duobus. qui huiuſmodi habita conuerſatio-
ne defunctus eſt.

Cauſæ mortis Saul.

Saul cū Samue le. xviij. annis & mortuo ſamue leſecūdus annis regnauit.

¶Explicit liber ſextus.

¶Incipit liber ſeptimus qui continet tempus annorum quadraginta.

¶Nunciata Saulis morte dauid nunciantem interfectorē iuſſit interfici qui dauid Sauli ſepulchrō & Ionathę cōſcripſit Epitaphia/vngiturq; in regem a tribu iuda in Ebron iabitas/qui Saul inhumaue-
rant/laudans. Contra quem Abner/ Iſboſech rege in Nonaim ordinantem ordinato/ bellum parat cui Ioab & fratres ocurrentes/ conuentione tamen inter eos duodecim pugnaturis viris vtroq; exercitu eli gendis/vincunt Iſboſech exercitum. Occiditur tamen Aſahel velociſſimus curſu Ioab frater ab Abner qui inducias petit & a ionatha obtinet. Capitulum primum.

¶HISTORIA LIBRI SECVNDI REGVM INCIPIT.

Nūciatur mors Saulis dauid & alioruꝫ quos dē fleuit amare.

2.r.c.1. ¶Redictum itaq; prelium geſtum eſt die qua dauid victis amalechitis reuerſus eſt in ſicella. alias Sicelech Et cum iam ibi duos haberet dies: tertia venit quidā liberatus a pugna quę contra paleſtinos fuerat geſta & qui ſaul interemerat ſciſſaveſte & operto capite cinere. qui cum adoraſſet dauid interrogatus vnde tali modo venerit ait. Ab iſrahelitarū pugna. Q ui bus infelicem terminum prouenuſſe dicebat. & multa quidem hebręorum milia fuiſſe neca ti. & regē pariter eorum ſaul cū filiis interemptum. Significabatq; vidiſſe ſe & hebręorum fugam & fu gienti quoq; regi fuiſſe p̄tem: quem etiam ne cōpręhenderetur ab hoſtibus ipſe rogatus ab eo ſe iugu
B. laſſe fatebatur: q̄m dum gladio ſuo incubuiſſet propter vulnerum magnitudines non ſe valebat occide re. Cū hęc dixiſſet ſigna mortis eius oſtendit. aurū brachiorū regis atq; coronaꝫ quę cū expoliaſſet mor tuū ſaul ei detulerat. ¶Dauid itaq; cū iā diſcrederet ſed aperte mortis eius ſigna inſpiceret veſtē qui dem dirupit: deflens autē & lagentiens. cum ſuis totā diē in fletu & lamētatione protraxit. Cui maior triſtitia nata eſt pro amore ionathę qui ei fideliſſimus amicus fuerat. & ei cauſa ſalutis extiterat. Tātam em̄ virtutē ſui dauid circa deuotionem ſaul oſtendit: vt non ſolum finem eius luctuoſe ſatis habuerit. li cet ſepius per eum mortis pericula paſſus ſit. ſed etiam punierit eius interfectorem. Nam cuꝫ dixiſſet ei q̄ ipſe ſui accuſator eſſet qui regem occiderat. & cognouiſſet quia de gñe amalechitarū eſſet. repēte eū
2.r.c.2 precepit iterimi. ¶Conſcripſit autē dauid epitaphiū ſicut fieri aſſolet in ſepulchris. qd lamentationes cō tineret: & laudes ſaul & ionathę qd etiam vſq; ad meū permanſit tempus. ¶Cum vero hoc modo regi exhibuiſſet exequias: finito luctu per prophetam conſuluit deum quam ei ciuitatem daret ad habitan dum de tribu iuda. Cumq; dixiſſet daturū ſe ei ebron derelicta ſicella alias Sicelech venit ad eam: dedu ctis duabus vxoribus ſuis & qui erāt cū eo cūctis armatis. Ad quem conueniens oīs populus illius tri bus: eum conſtituere regem. Q ui cum audiſſet q̄ ſaul & eius filios ſepeliſſent viri iabes habitatores ga laadis miſit ad eos laudans & approbans eorum virtutem & agens gratias pro ſtudio quod circa defun ctos habuerant: pariterq; dicens q̄ tribus iuda eum conſtituiſſet regem. ¶Abner itaq; princeps militię ſaul: filius autē abner vir efficax & optimus valde natura: cognoſcēs cecidiſſe regē & ionatham & duos alios filios eius. veniens ad caſtra filium ſaul qui relictus fuerat nomine iſboſech arripiens: regem ſuper eos qui tranſiordanem erant & totius populi pariter ordinauit. preter tribū ſcilicet iuda ſtatuitq; regnū eius in terra quę ſecundum patriam quidē linguam vocatur manaim ſecūdum greꝯos autem dicitur ca ſtra. ¶Abner itaq; exinde permouit electum exercitum nimis vt congrederetur cum tribu iuda: iraſce-
C batur enim aduerſus eos a quibus rex dauid fuerat ordinatus. Huic autē occurrit miſſus a dauid ioab filius ſaruię ſororis eius de patre Sar natus. Hic autem erat contra abner conſtitutus princeps militie: cum quo etiam fuerant & ſui fratres abiſay Aſahel: & omnes armati dauid. Itaq; veniens ad quendam fontem in ciuitate gabaa: aciem conſtituit ad pugnandum. Dicente vero ad eum Abner velle ſe proba re quis eorum robuſtiorem haberet exercitum: conuenit inter vtroſq;. vt duodecim viros pugnaturos mitterent: & procedentes inter medias acies. qui ex vtraq; parte ducum fuerant ad certamen electi e ductiſq; gladiis viri dauid & tenentes capita hoſtium eorum lumbos & latera ſuis gladiis perforarunt donec omnes quaſi ex vno conſtituto perimerent. His autem cadentibus. etiam reliquus directus eſt exercitus. Et dimicatione fortiſſima procedente: Abner populus victus eſt. fugientesq; Ioab perſequi non ceſſabant. precipiens armatis vt poſt eorum veſtigia feſtinarent & nequaq̄ occidendo deficerent

Nota miſeratio nē dauid i morte inimici. ſaulis qui iterfectoreꝫ iuſſit interfici.

Epitaphiū ſaul cōſcripſit dauid

Vnctio dauid in regem in ebron a tribu iuda qui iabitis nuncios mittens lauda uit eos &c.

Abner Iſboſech filium ſaul regē ſup iſrahel ordi nauit in manai.

Bellū parat ab ner cōtra dauid cui ocurrit ioab & fratres.

Conuentio iter Abner & Ioab de duodeciꝫ vi ris pugnaturis eligendis &c.

Asahel velocitas commendatur q̄ velocius equis currebat.

Asahel occiditur ab Abner. Abner inducias petit quas ioab concedit.

Numerus mortuorum ex vtroq; exercitu & sepultura.

Bellum inteſtinum fit inter hebreos p̄ualente exercitu dauid. Filij dauid i hebron ſex geniti ſunt.

Occaſio federis abner cū dauid

¶ Abner mittit ad dauid pro federe in eundo. Vxore; Michol repetit Dauid quę ei redditur Abner exhortatio ad populu; vt Iſboſech dimiſſo tranſeant ad dauid.

Abner ad tribū Beniamin quę etiam cōſenſit.

Cuius et iam fratres decertati ſunt proniſſime. Inter quos clarior p̄cipue fuit iunior Aſael qui tantam gloriam habuit in pedum velocitate vt non ſolum homines ſed etiam equos ad currendi certamina ſuſuperaret. Is igitur perſequebatur principem abner recto greſſu in neutra parte declinans. Cumq; reſpexiſſet Abner & conſideraſſet impetum ſequentis. & dixiſſet vt vnius militus arma ſumens ab eius perſecutione quieſceret. & rurſus illę nequaq̄ a ſuo conamine penitus abſtineret: monente illo denuo vt recederet: ne coactus eum percuteret: & ante eius fratrem vlterius fiduciam non haberet. verba eius illo deſpiciente. fugiens poſt tergum lanceam coactus emiſit eumq; repēte mortali vulnere penetrauit. Hi vero qui cum eo perſequebantur Abner cum veniſſent ad locum vbi iacebat Aſael mortuus circunſtantes. nequaq̄ perſecuti ſunt hoſtes. Ioab autem & frater eius Abiſay pertranſeuntes cadauer illius & maiorem ire fomitem contra Abner habentes pro morte fratris: magna vſi velocitate vſq; ad quendam locum nomine Gabaon perſecuti ſunt Abner. Et cum ſol occumberet aſcendens in quendam collem cum tribu beniamin. expectabat hoſtes ſimul. Et abner quidem clamauit & dixit ad ioab: non eū oportere viros contribulos tanto certamine p̄liſs exacuere. ſed etiam fratrem eius aſael deliquiſſe: qđ dum eum moneret vt a perſecutione ceſſaret. nec acquieſceret. propterea percuſſus occubuit. Sapienter ergo faciens ioab & hęc verba ſatiſfactionem eſſe decernēs: miſſa tuba reuocauit exercitum & a vehementi perſecutione retinuit. Et ioab quidem in illo loco moratus eſt. Abner autem tota nocte iter faciens & tranſiens fluuium iordanem venit ad caſtra iſboſech filij ſaul. ¶ Altera vero die ioab dinumerans corpora defunctorum: ſepeliuit vniuerſos. Ceciderunt autem de exercitu Abner milites quaſi trecenti & ſexaginta: de dauid vero decem & nouem & Aſael. Cuius corpus reportantes ioab & abiſay in bethleem & in monumento paterno ſepelientes: ad dauid reuerſi ſunt in hebron. 2.r c.2 E

¶ Bellum inteſtinum fit inter hebreos dauidq; p̄ualeſcente exercitu & filij ſaul defluente Abner ſapiens pro in eundo federe, ſederūt ad dauid nuncios mittens populum & tribum beniamin hortatur vt (Iſboſech dimiſſo) tranſeat ad dauid quibus conſentientibus vt promiſſam iuriſiurandi religione; firmaret venit ad Dauid quem ſplendidę opulentis & precioſis conuiuijs per multos dies refecit. Sed eu; recedentem Ioab amicitię ſigno perdere timens principatum doloſe interfecit. Cui Dauid grauiſſime flens maledixit; eumq; ſepelierunt honorifice in Ebron appoſito ſepulturę epitaphio quo Abner amici conſolati de dauid pacificantur qui etiam excuſationem fecit coram populo. Capitulum ſecundum.

COepit igitur ex illo tempore bellum inteſtinum inter Hebræos fieri: & multo tempore permanſit proficientibus ſemper eis qui cum dauid erant & amplius ad bella creſcentibus. Filij vero Saul exercitus pene quotidie defluxit. ¶ Quo tempore nati ſunt Dauid filij numero ſex: ex totidem mulieribus quorum ſenior qui de achinoe matre progenitus eſt appellatus eſt. Ammon. Secundus autem de vxore abigail, nomine cebal (alias Celeab) tertius abſalon qui natus eſt de machamis (alias Maacha) filia ptholomei regis geſſur. quartū vero de muliere habuit aggith quem vocauit adoniam. Quintum habuit filium Saphatia de abital: Sextum autem Gethiaan de egla natum denominauit. ¶ Cumq; inteſtina bella conſiſterent. Et ſepius ad opera belli contra ſe venirent vtriuſq; regis exercitus. Abner princeps militię filij Saul cum eſſet ſapiens & valde a populo veneraretur: valde deuote egit vt omnes cum Iſboſech eſſent Qui etiam cū eo magna deuotione conſtricti multo tempore permanſerunt. Poſt hęc autem abner in quodam crimine compręhēſus, cuius cauſa fuit q̄ cum ſaul concubina q̄cumberet nomine reſpha filia Achia. culpatur a rege. Qui dolens & grauiter indignatus quod non iuſtam retributionem mereretur ab eo pro quo tanta inſtantia laborabat: interminatus eſt regnum ſe tranſlaturum ad dauid. & oſtenſurum q̄ non ſua fortitudine ſapientiaq; regnaret ſuper eos qui erant vltra iordanem. ſed illius potius, operibus atq; fide. Tunc mittens in Ebron petijt vt a dauid fidei iuſiurandum acciperet & eum ſocium & amicum haberet. promittens ſe perſuaſurum populo vt a Saul filio recederet & ipſum regem totius prouintię conſtitueret. Dauid autem quę poſcebat impleuit. ¶ Letus enim in his quę Abner apud eum egiſſet primum initium fœderis hoc petijt vt ei ſuam vxorem reduceret quam magnis laboribus & periculis comparaſſet: quippe pro qua ſecenta capita paleſtinorum Saul optulerat regi. Et vxorem quidem eius Michol ſublatam falthi cui tuncerat copulata remiſit Abner ad Dauid. vt vxorem ſuam. iuſte reciperet. Conuocatis itaq; ſenioribus plębis & tribunis & millenarijs: hec verba retulit ad eos dicens. Sepius quidem paratos vt ab Iſboſech recederetis & pergeretis ad Dauid: ab hac vos ego voluntate retinui: nunc autem ſi vultis hoc implere promitto ſciens quia Deus per Samuel prophetam Dauid promiſit hebreorum omnium regnum. & prædixit q̄ paleſtinos ille vaſtaret: & ſubiectos efficeret. Hæc audientes ſeniores & principes q̄ & Abner principis militię voluntatem cum ſua quam & primittus habuerant circa rerum effectus haberet: vnanimes conſenſerunt vt Dauid regno ſe traderent. ¶ Cumq; ad talia conſpiraſſent: conuocauit Abner tribum Beniamin. Omnes enim cuſtodes corporis erant Iſboſech. Quibus etiam iſta locutus eſt. Cumq; mul- 2.R.c.3 F

lum videret ſibi reſiſtere ſed magis ad omnia que vellet ipſe paratos haberet Sumens ex eis viginti ve
nit ad dauid vt promiſſam iuriſiurādi religionem firmaret. fideliora enim erunt que per noſipſos geti
A mus: q̄ que per alios pro nobis aguntur: vt & verba que cum eo haberet principibus diceret & ad om
nem tribum que ipſe per ſe gereret indicaret. Quem dum ſplendide ſuſcepiſſet & per multos dies opu
lentis et precioſis conuiuijs refeciſſet: petijt vt dimiſſus ab eo deduceret ad eum populum. quo preſen
te atq; vidente ei traderet principatum. ¶ Cumq; dimiſiſſet dauid abner adhuc eo ab Ebron non pro
culabeunte venit ioab qui erat pro eo militie princeps. Et agnoſcens quia veniſſet ad regem abner. &
ante paululum dimiſſus eſſet fedetibus celebratis pro regno dauid metuens ne illum quidem in hono
re primi ordinis conſtitueret aut haberet regni participem & cum in rebus alijs eſſet aſtutus & proui
dus. Ille certe proficeret temporibus: ipſe vero decreſceret & militie amitteret principatum viam peſ
ſimam & maligniſſimam cogitauit. Et primum quidem tentauit vt ei detraheret apud regem moneris
vt ſe cuſtodiret & promiſſiones non reſpiceret abner que faceret dicens: vt ſaul filio confirmaret impe
rium: & quia fallacijs & dolo veniſſet ad eum vt vellet ſpem & diſpenſationem regni eius agnoſcere:
& ſic ad propria remeare. Cum vero his verbis non potuiſſet perſuadere regi ne eu3 videret ex hac via
deteriorem ruinam rurſus aggreſſus eſt. Et cum deliberaſſet vt abner interimeret. miſit qui perſeque
rentur eum & comprehenſum dauid nominis preceptione reuocaret. tanq̄ eſſet aliquod ei detecturus:
quod ipſo preſente videbatur oblitus. Abner autem dum hæc audiſſet a nunciſs. apprehenderant eū
eum in quodam loco nomine Syra: qui aberat ab Ebron quaſi ſtadijs viginti: nichil metuens futuroru3
reuerſus eſt. Cui occurrens Ioab ante portam & ſuſcipiens eum quaſi maxime deuotus pariter & ami
cus. Sepe enim fingunt vere ſe eſſe bonos & maligne ſuſpitionis extraneos qui aliquid iniquū temptare
preſumunt: ſegregauit quidem eum ab alijs hominibus tanq̄ ſecreto locuturus. & in locum porte deſer
tiorem ductum cum eſſet ipſe ſolus & abiſai frater eius. euaginato gladio eius latus effodit. Et Abner
quidem hoc modo a ioab dolo peremptus eſt. pro morte ſicut ipſe dicebat fratris Aſael quē perſequen
B. tem interemerat Abner in pugna facta gabaon: vt tamen veritas habuit pro metu proprij principatus
& honoris quem habere poterat apud regem. ¶ Ex his itaq; habet conſiderare quilibet quāta & qua
lia preſumunt homines propter auaritie zelum. & principatus affectum: cum nulli hec cedere volunt.
Nam concupiſcentes hec adipiſci: per multa mala ad ea perueniunt. Que rurſus metuentes amittere:
multo deterioribus actionibus vt ea retineant implicantur: tanq̄ non ſit equale malum adipiſci velle tā
tummodo magnitudines poteſtatis. & dum aſſecuti fuerit quilibet eius bonis vti: ea rurſus noluerit amit
tere cum in retinendo potius excellior ſit erumna & propterea crudeliora moliantur. & pre timore ne a
mittant que adepti ſunt committere grauiora preſumant. Sed de his quidem breuiter indicaſſe ſuffici
2.r.c.3 at. ¶ Porro dauid audiens interitum Abner animo quidem grauiſſime doluit & coram omnibus teſti
ficatus eſt tendens ad deum dextram ſuam & clamans q̄ non fuiſſet in Abner interitu conſentiens:
nec eius mandato aut conſilio fuiſſet extinctus: & maledicta poſuit valde grauiſſima contra eum qui il
lum occiderat: & domum eius vniuerſam. & eos qui hec egerāt pro defuncto penis eſſe ſubiectos. Erat
enim ſollicitus ne contra fidem & iuſiurandum ageret: que exhibuerat Abner. Precepit autem defle
re & lugere & lamentationem fieri ſuper virum. & eius corpus ſolennibus honorari exequijs: cum ipſe
veſtem is ſuperet ingemiſcens. & ſacco videretur indutus. Het quidem facere precepit precedentes
loculum. Ipſe autem lugens & flens ſequebatur cum ſenioribus atq; proceribus oſtendens deuotionem
circa viuos. & triſtitiam circa defunctos & q̄ non eius conſilio fuiſſet extinctus. Sepelierūt autem eum
in hebron: ve dicentes & conſcribentes lamentationes ſuper eius ſepulchrum. Stans ipſe ſuper monu
mentum fleuit primitus: & alijs hoc celebrare contradidit. Sic autem mors Abner eum afflixit vt neq;
cibum cogentibus amicis ſumeret. ſed iuraret nichil ſe guſtaturum vſq; ad ſolis occaſum. hoc itaq; fa
ctum deuotionem populi generauit. Nam amici Abner honorem collatum mortuo ſuſceperunt: & da
uid cuſtodem fidei crediderunt. & q̄ omni dignitate & rebus ſolennibus eum tanq̄ parentem & ami
cum colere potuiſſent. cui non vt inimico contumeliam fecerat: nec turpi eu3 aut neglecte ſepulture tra
diderat. Omnes ergo optima & mitiſſima regis natura letabantur. vnoquoq; credente talem futuram
C regis in ſe prouidentiam: qualem eum in Abner morte videbat. In his ergo geſtis Dauid preciptiam
gloriam habere videbatur. Vnde factum eſt vt nullus ſuſpicaretur Abner voluntate eius occiſum. Lo
cutuſq; eſt & ad populum q̄ ipſi quidem triſtitia nō fortuita proueniſſet optimi viri ſanciato morte nec
parua detrimenta fore hebreis illius virtute priuatis: qui eos conſilijs optimis & virtute manuum con
tra hoſtium fortitudinem defendere potuiſſet. Sed deus inquit cui cura eſt rerum omnium. vltor huius
ſanguinem deſeret indefenſum. Ego vero noui q̄ Ioab & Abiſay ſaruie filijs nichil preualeo facere cū
ſint me ipſo potentiores: ſed vicem eis reddat pro huiuſmodi preſūptione diuinitas. Igit Abner hoc
modo defunctus eſt.

Proditio ioab q̄ ſigno amicitie i terfecit Abner.

Doloſitas Ioab in verbis.

Doloſitas Ioab in facto.

Notandaverba contra cupidos pricipatus et pe cunie.

Maledixit Da uid Ioab occiſo ri Abner eū ſiēs grauiſſime.

Sepultus abner in Ebron.

Conſolantur a mici abner et pa cificantur ex in gēti triſticia da uid et honore mortuo ipenſo.

Dauid ad popu lū excuſatio de morte Abner.

¶Isbosech mortuum Abner deflens paulo post a suis dolose interemptus caputq; eius ad dauid deportatur. Qui interfectores interfici iubet & interfecti caput inhumari quo facto omnes vltro ad dauid venientes seipsos illi tradunt quos grate suscipiens illis opulentissima conuiuia populo vndiq; conuocato preparauit. Conuiuarūq; in tertia vnctione dauid & regni confirmatione per singulas tribus assignatur numerus.

Capitulum tertium.

¶Isbosech mortuum Abner deflet qui paulo post a suis dolo interemptus est

AVdiens autem mortem eius saul filius isbosech non leuiter est afflictus. cum fuisset cognato priuatus: & qui ei causam regnandi prebuerat: multumq; cōdoluit & mortem abner vehementer ingemuit. Sed nec ipse multo tempore super eum vixit: sed a filijs Remmon id est Ban & Naa Rechab passus insidias interemptus est. Isti enim 2.Reg.4 cum essent genere beniamite in priori ordine cōstituti. cogi tauerunt quia si perimerent isbosech. maxima a rege dauid dona & principatum militie aut aliud quoddā munus accipere mererentur. Solumq; reperientes eum meridie dormientem. & neq; presentes esse custodes: neq; puellam que ianuas erat obseruare solita vigilantem: sed & ipsam labore & opere consueto simul & estu in soporē esse conuersam. ingressi domum i qua saul filius dormiebat occiderunt eum: eiusq; caput abscidentes tota die iter egerunt & velut fugientes eos quos leserant: & festinantes ad eum cui erant sua beneficia prebituri & accepturi securitatem: venerunt in hebron. Ostendentesq; dauid caput isbosech commendabant semetipsos quasi deuotos & iterfectores inimici eius imperij. At ille non sicut sperabant eorum scelere delectatus ait. O pessimi viri & vltionem repente suscepturi. nescitis q; ego interfectorem saul peremi: qui mihi eius coronam auream deportauit: licet ille rogatus hoc fecisset ne saul comprehenderent hostes. An certe mutatū me & nequaq̄ huiusmodi esse credidistis: sed quasi letarer cum malignis hominibus & munus crederem pessimas actiones: interfectorū proprij domini & necantium in suo lecto virum iustum qui nihil operatus est mali & vos ipsos in multa E prouidentia & honore glorificauit. q̄propter nunc illi quidez debetis penas a me vero excipietis digna supplicia. qui putastis me libenter mortem illius habiturum. Non enim aliter gloriā meaz sedare potuistis: q̄ vt me talia velle credentis. Cūq; dixisset hec omni eos tormēto puniri iussit. Caput vero isbosech in tumulo abner honore maximo sepeliuit. His igitur finitis: venerunt omnes maiores natu hebreorum 2.Reg.5 ad dauid in hebron: & millenarij & duces eorū. tradideruntq; semetipsos deuotione quam circa eū ad huc viuente saul habuerant recordantes pariter & honorem quem eis cum esset millenarius prebuisset necnon & quomodo per samuel prophetam rex a deo fuerat ordinatus & quomodo Hebreorum prouintiam eius dimicatione contra palestinos habita deus liberari concessit. Ille vero hūc fauorem grate suscipiens. rogauit vt in hac voluntate persisterent. nec eos huius rei causa peniteret. His ergo conuiuijs opulentissime saginatis misit vt omnem populum vndiq; conuocarent. Et congregati sunt ex tribu quidem iuda quasi sex milia octingenti ferentes arma & scuta & lanceas. Isti namq; Saul filio ministrabāt. Quibus pretermissis: tribus iuda regem fecit dauid. Ex tribu autem symeon: septem milia centum. Ex tribu Leui: quattuor milia septingenti habentes principē iudā: cum quibus erat princeps sacerdotum sadoch. cum viginti & duobus cognatis & ducibus. De tribu autem beniamin: armati quattuor milia. ¶Hec enim tribus adhuc sustinebat: credens quemq̄ de genere Saul regnaturum. De tribu autem effrem. viginti milia & octingenti potentissimi & summo robore precellentes. de dimidia vero tribu manasse. sexdecim & octo milia. De tribu autem ysachar: ducenti quidem futura prenoscentes. armati veso viginti milia. De tribu autem Zabulon. armati electi quinquaginta milia. hec enim tribus sola ad dauid tota conuenit. Isti siquidem eadem arma habuerant. que & tribus gad. Ex tribu autem Neptalim: viri insignes & principes mille. armis vtentes scuto simul & lancea quos sequebatur tribus sua. que numero comprehendi non poterat. Ex tribu autem dan: electi viginti septem milia quingenti. Ex tribu F aser. quadraginta milia. Ex duabus autem tribubus & media Manasses que transiordanem habitabāt armati scutis & lanceis & cassidibus & loricis & gladijs centum viginti milia. Sed & reliquę tribus gladijs vtebantur. Hec itaq; multitudo congregata est ad Dauid in hebron. cum multo apparatu panis & vini & omnium que ad cibum pertinere noscuntur & vno decreto Dauid confirmauerunt imperium. Cumq; tribus diebus festiuitatem populus celebrasset & in hebron epulas habuisset. exurgens inde dauid cum omnibus venit in hierosolymam.

¶Venienti dauid hierusalem hiebusei irridentes claudos cecos & leprosos super muros ciuitatis collocantes quos tamen vincit inferioremq; primo ciuitatem capiens communitiones: vt animosiores sint munera promittit & honores. Cunctisq; confendere festinantibus Ioab agnes preueniens arcem. Syon ascendens militie principatu; obtinuit. Sicq; expulsis hiebuseis hierusalem reedificauit dauid eam hierosolymam appellans que prius Solima vocata est ipsiq; confederatur hiram munera mittens & dona Quicq; deum consuluit per prophetā palestinis bellū ei parantibus quos victoriose superauit. Regi. iiij.

Interfectores Isbosech caput eius dauid portauerunt.

Iustitia & virtus dauid.

Dauid interfectores puniri iubet & interfecti caput inhumari.

¶Tertia vnctio dauid in regē super oēm israelē.

Numerus conuiuarum in tertia vnctione dauid & regni cōfirmatione.

A ¶ Veniente dauid hierusalē Iebusei irrident claudos cecos & leprosos super muros ciuitatis collocantes quos tū vincit inferiorēq; primo ciuitatem capiens cōmilitōes (vt aiosiores sint) munera promittit & hōres/ Cūctisq; cōscendere festinantibus Ioab oēs p̄uentēs arcē Syon ascendēs militię principatum obtinuit Sicq; expulsis iebuseis hierusalē reedificauit dauid eā hierosolymā appellās quę prius Solyma vocata est ipsiq; confederatur hirā munera mittens & dona Quiq; deum cōsuluit per prophetam palestinis bellum ei parantibus quos victorioſe superauit. Capitulum. iiij.

2.r.c.5. IEbuseis aūt habitantibus ciuitatē q̄ erāt ex genere chananeorū. & claudentibus eis portas. & cecos aspectu & claudos omnesq; leprosos ad derisionē regis cōstituentibus super muros & dicētibus q̄ prohiberēt eū cecꝰ ingredi ciuitatē: quę tñ agebāt despicientes eū pro maxima munitione murorū. iratus rex hierosolymā obsidere cœpit: & multo studio & labore conari vt eā caperet: quatenus in ipso pricipatus initio suam fortitudinē demōstraret. Interminatus itaq; rex & ipsis & alijs si qui forte haberent aduersus eū resistendi conamē inferiorē ciuitatē magna virtutę cœpit. ¶ Cū
2.r.c.5. q̄ adhuc arcem obtinere non posset. cœpit honores & munera promittendo rex promis ad opus belli cū cōmilitones ꝓuocare vt quicūq; p̄ subiectos colles in arcem cōscēderet eāq; caperet: principatū militię totius populi posslideret. ¶ Cūctis itaq; conscēdere festinantibus & nullo labore pro muneris pro missi retributione tardantibus saruię filius Ioab preuenit vniuersos. & ascēdēs in cacumie clamauit ad regem. exigēs militię principatū. Expulsis itaq; rex de summa arce iebuseis & reedificans ciuitatē. eaq; hierosolymā nuncupauit: & omni tempore in ea sui habitauit imperij. ¶ Tēpus aūt quo super tribū iuda habuit principatum in hebron. fuerunt anni septem & menses sex. Cumq; regnū suū constituisset in
2.r.c.5. hierosolymis: rebus potius clarioribus vtebatur: deo sēp meliora ei prouidēte & gloriā eius latius āpliāte. ¶ Inter hęc autē misit ad eū hyram rex tyri. & amicitias cum eo societatēq; firmauit. Missiq; ei etiā dona: id est ligna cedrina & artifices viros fabros lignarios & instructores: qui regiam domum in hierosolymis construxerunt: dauid autem superiorem muniens ciuitatem: eiq; copulans arcē vnū vndiq; corpus effecit & cunctā muro circundedit. sūper opus autem murorū constituit esse ioab. ¶ Primus ita
B q̄ dauid iebuseis expulsis. Hanc vrbem nuncupauit hierosolymā. Nam sub abraham nostro parēte solyma vocabatur Quidam veroꝺicunt q̄ & homerus polbea hierosolymam nominauit. Ieron enim hebraica lingua munitio est. ¶ Fuit autem omne tēpus quo Ihesus princeps israhelitarum contra chananeos pugnauit: eisq; deuictis terram eorum diuisit hebreis prēter hierosolymam: vnde israhelitę non potuerunt expellere chananeos vsq; dum eos dauid obsediſſet: annorum quingentorum quindecim. ¶ Faciam vero memoriam cuiusdam nomine orphā Ophni viri quidē inter iebuseos valde locupletis qui tamen in obsessione hierosolymorum nō fuerit interfectus a dauid propter fauorē quem habuerat apud hebrēos & quoddam beneficium vel studium quod etiam circa regē ipsum ostēdisse videbatur. quę tamē post paululum oportunius declarabo. ¶ Accepit autem dauid extra eas quas habuit alias vxores & concubinas. & filios genuit numero nouem. quos etiam nominauit. Amna alias Samna Acellon/Natham/Salomonem/Iobar/alias Iobaar/Helliſel/ alias helieb phalnamna/ alias phalna Iuna/alias Iuas/Heliab alias heisalim necnō filiā thamar quorū nouem quidē ex generosis fœminis erāt nati. duo vero quos vltimos nominauimus de concubinis Porro thamar consanguinea fuit absalon.
2.r.c.5 ¶ Agnoscentes itaq; palestini regem factum dauid ab hebreis. venerunt super eum in hierosolymam & apprehendētes conuallē quę vocatur gigantum est enim locus non procul ab vrbe. illic castra posuerūt. Rex autē iudeorum quoniam nihil asq; dei propheta deiq; iussione faciebat: volens agnoscere voluntatem & uelut astipulatorem eum habere. precepit principibus sacerdotum: vt quid deo placeret &
C qualis terminus foret in hoc loco belli eo consulto prędiceret. Quo prophetante victoriam contra palestinos eduxit exercitum & habita pugnę congressione. ipse post tergū irruēs sup hostes: alios robore magnę virtutis occidit: alios effugauit. Nemo tamen credat modicum fuisse palestinorū exercitū super hebrēos: eo q̄ ab hostibus fuerit sic facillie supati & vt nihil aut forte nō dignū aut aliqd mēoria fecerit sz cūcti sciāt oēm syriā & vniuersos phœnices & sup hęc alias multas expugnatas gentes fuisse hac dimicatione communes. Cuius rei hoc maximum erit indicium. q̄ cum sepius iam palestini deuicti fuissent & de exercitu multa milia perdidissent: sine dubio cum maiori veniebant virtute super hebrꝰeos.
¶ Denicq; & hoc prelio victi denuo cum triplici manu sup dauid venerit. & i eodē loco castra posuerut Quo facto. rursus israhelitarū rex consuluit deū de prelij huius euentu. prophetauitq; sacerdos vt i filia quę vocatur planctus retineret exercitum. erant autē nō procul ab hostibus & nec primitus se moueret nec incipet. donec arbores vēto nō flāte mouerētur. Cū vero silua cōcussa fuisset & tps qd ei predixerat deus aduenisset. i nullo moratus egressus ē q̄si iā ad p̄patā certāq; victoriā. Cuius ipetū nō potuit hostiū multitudo sustinere. sz pxia ac pria cōgressiōe i fugam cōuersos palli psequēdo prostrauit quos eqdē psecutus ē vsq; ad citatē gezachē/alias Gazathenā Nāq; horū terminum & regionē vastauit: di-

Dauid veniētes hierusalē irridēt Iebusei claudos cecos & leprosos sup muros ciuitatis collocātes. Dauid inferiorā ciuitatē capiens cōmilitonibus (vt aiosiores sit) munera promittit & honores. Epilogus tēporis regni Dauid In hebrō Anni septem & menses sex in hierosolia āni. xxxvij vt infra habetur. Vnde hierosolima nomiata sit quę prius vocabatur Solima. Epylogus tēporis a Iosue vsq; ad Dauid. Orphā vir iebuseus Filij dauid Hierusalez in biblia ponuntur vndecim & etiam in scola hy. Dauid deū consulit per prophetaz palestinis ei bellū parātibus Victoria prima dauid cōtra palestinos. Secunda victoria ipsius dauid cōtra palestinos dato ei diuinitus signo.

rupit autem eorum castra in quibus multas diuitias comperit: & deos eorum simul exterminauit

¶ Consilio inito de reducenda arche de domo Aminadab in domo Obededom reponitur cui propter eam benedixit dominus quam ad sua regalia fecit apportari fecit dauid quenq; ante eam saltantē plaudentem irrisit Michol quę ex dauid filios non habuit Deinde dauid indignum indicans se domibus habitare cedrinis archa despecta in tabernaculo templū pro eo voluit ędificare Quod ei deus per Natham prohibuit Sed hoc filio reseruatum fore nunciat. D

Capitulum quintum

Cōsilium de reducenda archa de domo Aminadab in hieru salem.

HOc igit̄ bello hmōi qualitate finito: placuit dauid habito cōsilio cum senioribus & pricipibus & millenarijs: vt ex oi prouitia & ex oībus tribubus cūctā pubertatē ad se faceret euocari dei de sacerdotes atq; leuitę exeūtes in cariathiarim: vt archā dei exide in hierosolymā deduceret. & culturā dei dilectā exiberēt sacrificijs & honoribus quibus moris est placari diuinitatē. 2.r.c.6
ret: innotuit Ionathę cuidam cognato eius pariter & amico. Erat vir iste sapiens: & intellectu nimis a-
cutus Videns ergo quotidie ammon non naturale corpus habentem. accedēs interrogauit vt ei causam
Consilium Iona
thę datū ammō
huius rei ediceret: dicebat arbitrari se hæc illum amoris occasione perferre. Cumq; confessus fuisset ei Ammon passionem suam & quia sororem suam consanguineam concupisceret: consilium ei suum desiderium adipiscendi hoc modo dedit. monens vt egritudinem simularet & venientem ad se patrē peteret. vt ei sororem destinaret. vt competens egro tanti ministerium exhiberet. Quod si fieret: priua retur citius a langore. Ammon ergo ponens semetipsum in lecto secundum ionathę consilium simula-
bat infirmitatem. Et dum ad eum visitandum venisset pater poposcit vt sororem ei dirigeret. Quam
Collirida
cum pater incunctanter iussisset adduci: ea veniente precipit vt ei manti sua faceret panes frixos suaui ter sedicens ex eius manibus commessurum. Illa vero (vidente fratre) conspersa farina faciens collirid as eas q; frigens obtulit fratri. Et ille quidem nequaq̄ gustauit sed iussit famulos vt omnes a domo repelle-
rentur: vt quasi facta quiete dormiret. Cumq; famuli quod iusserat impleuissent. iussit sororem vt ei ci-
bum ad interiorem locum domus afferret. Quod dum puella fecisset. Apprehendens eam vt cum eo concumberet suadere temptabat. Puella vero clamabat dicens. Noli violentiam facere: nec impieta-
B tem mihi frater inferte: noli leges transcendere & te iniquissima confusione miscere. sed quiesce a tam
Stuprum & vio
lētia āmon i tha
mar quā statim
odio psecutus ē
iniusto & sceleratissimo desiderio ex quo obprobrium & turpitudo nostrę domui perpetua conferatur adijciens quia si de hac re loqueretur patri. coniugium eius non denegaret ei. Et hæc quidem dicebat volens ad presens impetum eius petulantem declinare: At ille nō acquieuit sed nimietate amoris eius
Collobiū
inflammatus & robore eius passionis valde perplexus vim intulit ei. Quem repente odium post stuprū sororis inuasit & iniuria perpetrata: eam surgere & abire precepit. Cumq; illa in hoc deteriorem procla
maret iniuriam sibimet irrogatam. nec vsq; ad noctem eam manere permitteret: repente eam iussit in-
de recedere. vt etiam testimonium suę confusionis incurreret. Qua resistente: iussit famulo. vt eam prot
sus expelleret. Illa vero dolens iniuriam simul & violentiam: dirupto collobio quibus antiquę virgines
Desolatio Tha-
mar a fratre vio-
late:
vtebantur: habente manicas: & ad talos vsq; perfuso: ne facile viderentur. & cinere aspersō capite ibat per mediam ciuitatem clamans & ingemiscens violentiam sibimet irrogatam. Ad quam dum venisset frater Absalon: requisiuit qua causa pro veniente hoc ageret. Et cum sibi factam dixisset iniuriam. qui-
escere & mediocriter ait ferre germanam: & iniuriam non putare q; corrupta fuisset a fratre. Cui dum satisfactum fuisset: clamare & violentiam suam multis indicare cessauit: & multo tempore apud fratrem absalon vidua permansit. Quod dum cognouisset dauid doluit quidem sed cum ammon seniorem fi-
lium valde diligeret: eum noluit contristari. Quem absalon crudeliter abhorrebat & latenter opportu-
2.R.C.13 num temptus vitionis delicti illius expectabat. ¶ Igitur secūdus iam annus corruptionis sororis eius ac
Absalon ꝓpter
raptū sororis in-
sidiosę occidi fa
cit Ammon.
cesserat. & cum greges suos tonsurus ascenderet in ciuitatem Balasor: est autem hæc in sorte tribus ef-
frem: rogauit patrem vt cum fratribus ad eius conuiuium conueniret. Quo recusante ne illi grauis vide
C retur existere vel fratres dirigi: supplicauit. Quibus destinatis. iussit absalon famulis propriis vt cum vi-
derent ammon ebrietate dissolutum. nullo anuente interficerent eum nullumq; metuerent. Quo facto
Maxima dauid
tristicia audita
morte filiorum.
grauis terror cunctos fratres & tumultus inuasit & de se quoq; singuli formidantes: ascēdentesq; in eos
reuertebantur ad patrem. Quidam vero precedens nunciauit patri. quasi cunctos fratres interfeciſſe
absalon. Tunc dauid (quasi omnibus vere simul extinctis & hoc a fratre) tristicia (quę vsq; ad mortem
fere videretur amara) nimis inuasit. Eo dolore neq; causam requisiuit nec aliud quicq̄ post hoc tāti ma
li facinus cognoscere voluit neq; sustinuit sed repente veste dirupta prostratus in terra iacebat lugens
vniuersos filios & qui mortui nunciati fuerant & simul qui eos occiderant. Ionadab vero filius Samaa
fratris Dauid consolabatur eum vt a tristicia tanta recederet: nec crederet alios filios interemptos. quia
nec causa talis existeret. sed esse credibile quia hoc fecisset Absalon in solum Ammon propter Thamar
sororis suę iniuriam. Inter hęc autem sonus equorum & tumultus quorundam venientium eos attero-
tos fecit. Erant autem filii regis qui conuiuio fugiebant. His lugentibus tristis pater occurrit & prætet
Absalon interē-
pto fratre fugit
ad maternū auū
spem videns quos ante paulum periſſe crediderat: amplexatus est eos. Erat itaq; cunctis luctus & ge-
mitus. illis quidem super mortuo fratre. regi vero super filio interempto. ¶ Absalon autem fugiens in
2.R.C.13 gessur ingressus est ad auum maternum. virum prouincię illius potentem. apud quem trium annorum tempore commoratus est.

¶ Ioab Absalon reuocare procurante mulierem etate prouectam ad regem destinauit quę sub pa-

rabola ipſius abſalon a rege vt Abſalon in hieruſalem rediret (cuius ceſaries octo diebus vix tō deri potuiſſet) impetrauit. Sed cum patris faciem videre prohiberetur Ioab negligētis perfectam cum patre reconſiliationem facere ſegetem incendi precepit Sicq; tandem reconciliatus eſt patri. Capitulum. xi.

Ioab dauid incitauit ad reuocādum Abſalon.

Parabola mulieris a Ioab edocte pro reuocatione Abſalon.

Applicatio pa rabole.

¶ Vmq; dauid voluntatem haberet vt ad reuocandum abſalon filium deſtinaret non ad vindictam quando erat ira longo tempore leuigata. ad hanc rem militię princeps ioab eum potius incitauit. Preparauit enim mulierem quandā iam etate prouectam: vt eum ſubſcemate luctus interpellaret: & huiuſmodi verba proferret. Que ait. Duo filij mei rex in agro fuerant in contentione conuerſi: nullo; preſente qui eos placere potuiſſet: ab altero alter percuſſus iterijt. Cognatis autem interfectorem petentibus & volentibus eum occidere ſupplico vt mihi ſalutem filij precipias condonari nec reliquam ſpem ſenectutis meę auferri. & prohibeas cunctos qui meum filium interficere moliuntur. Non enim aliud illi poterunt ſequi niſi q; timor regis impetrauerit Rege ſiquidem mulieris precibus annuente. reſpondens mulier. denuo regi. gratias inquit ago tuę benignitati qui meam miſeratus es ſenectutem & pene ſine filijs deſolatam filium habere feciſti. Sed vt firma mihi ſint tua dona clementię. precor tuo filio eſto propitius. eiq; remitte delictum. Quomodo enim creditura ſum ſecuritatis mihi in hoc prebuiſſe beneficium: cum te videam in cauſa ſimili cum tuo filio ſemper manere iratum. Fedum namq; eſt vt cum vnus contra voluntatem patris mortuus ſit. ſponte huic caſui appo natur & alius. ¶ Intellexit itaq; rex hoc conſilium ſtudio Ioab immiſſum: & interrogata mulierecula: dum cognouiſſet hoc verum eſſe. reuocans Ioab: ait impetraſſe ſtudij ſui votum eumq; abſalon reuocare precepit. Non enim circa eum iam vlterius dixit ſe eſſe crudelem ſed iram indignationemq; remittere. Ille vero cum adoraſſet regem. & eius ſermonibus gratias retuliſſet. repente profectus eſt in geſſur. & aſſumpto abſalon in hieroſolymam reuocauit. ¶ Premiſit autem rex dum venire filium cognouiſſet. & precepit vt ad domum propriam remearet. Non enim iuſtum eſſe credidit: vt mox venientem ſuſciperet aut videret Ille vero patre iubente eius declinauit aſpectum cui tamen a familiaribus debitum exhibebatur officium. ¶ Huius itaq; pulchritudo licet in triſticia poſiti. diligentiam competentem regis filio non habentis nequaq depoſita eſt. ſed erat ſpecioſus & ſplendebat omni decore. & corporis magna proceritate ita vt eos qui erant in epulis conſtituti tranſcenderet. Cuius capitis tanta erat ceſaries vt vix octo diebus tonderi potuiſſet: & erat tonſura eius pondus ducentorum ſiclorum qui faciunt quinq; mnas. ¶ Habitauit autem in hieroſolymis annis duobus habuit tres filios maſculos: & vnam filiam nimis ſpecioſam quam rex poſtea roboam ſalomonis filius accepit vxorem: ex qua natus eſt puer nomine Abias. ¶ Inter hec itaq; mittens abſalon ad ioab popoſcit ab eo vt perfecte placaret patrem & peteret quatenus eum ad ſuum aſpectum & colloquium reuocaret. Negligente vero ioab: & mittens aliquos ſuorum confinem eius ſegetem incendit. Quod cum ille cognouiſſet: ad abſalon venit culpans eum: & ex eo cauſam huius rei inquirens. Cui reſpondens ait. Hoc conſilium comperi vt te ad nos adducere potuiſſem. negligentem verba que tibi pro paterna reconſiliatione mandaueram. Quapropter preſentem te depreco vt mittiges genitorem meum. Ego namq; peius a fuga eſſe iudico huome modo veniſſe patre michi hactenus iraſcente Ioab autem neceſſitatem eius agnoſcens & miſeratus mediator extitit apud regem eiq; locutus de filio: egit vt libenter eum repente ſuſciperet. Quo veniente & in terram proſtrato ac ſupplicante vt peccati veniam impetraret. porrecta dextera alleuauit eum & geſtorum obliuionem ſe habere pollicitus eſt.

Regreſſus abſalon in hieruſalē qui tamen faciē dē tūle nonvidit

Pulchritudo abſalon.

Ceſarie pōdus quę vix octo diebus tonderi potuiſſet.

Filij abſalō tres & filia vna.

Negligētes ioab reconſiliationem.

Abſalon cū patre dauid ſeges a ſeruis Abſalō incenditur.

Perfecte reconſiliatus abſalon danid patri.

¶ Reconſiliatus patri Abſalon. doloſe contra patrem coniuratuit nitens paternum regnū vſurpare Cui Achitoſel fauebat in malo Tunc quoq; audita Abſalon regni vſurpationem fugit dauid de hieruſalem relictis vxoribus quem fideles miniſtri ſecuti ſunt inter quos Chriſi fideliſſimus dauid amicus erat qui ipſius dauid precepto ad Abſalon (vt eius ſecreta conſideraret) redijt Siba quoq; Mēphibolech ſeruus ſilon magiſtrum ſuum ſeditionis contra dauid participem accuſat ſicq; domini ſui hereditatem impetrauit Semei inſuper ipſi dauid obprobria & iniurias inferebat quas dauid tulit patienter. Capit. xij.

Simulatoria abſalon deceptio vt corda hominum ad ſe traheret & fauores Cōiuratio Abſalon cōtra dauid prem doloſe nitētis paternum vſurpare regnū

¶ Abſalon autem dum hoc fuiſſet ei a patre conceſſum: in paruo tempore multos equos & currus inſtituit & armigeros quinquaginta. & diebus ſingulis ſurgens diluculo ad regalia veniebat: & qui cauſas habebant & minores inueniebantur in eis delectabiliter loquebatur: quaſi non habente bonos conſiliarios patre. ſed iniuſtos in ſuis ſentencijs exiſtentes: quorum iuditio grauarentur. Pro qua re fauorem ſibi omnium collocabat. addijciebatq; pariter dicens quia ſi haberet hanc poteſtatem ipſe cuncta ſub legum equitate diſponeret. Hec itaq; agēs populo ſibi placato cū iam deuotionem cunctorum ſe obtinuiſſe conſideret ¶ Poſt reconſiliationē patris annis quattuor iam tranactis ſupplicauit vt ei pater in hebron ire permitteret. quatenus commiſſa deo ſacrificia celebraret: quę fugiens deuouiſſet. ¶ Dauid ergo concedente profectus eſt. Ad quem multus populus eo inuitante confluxit. Aderat autem ei & conſiliarius dauid achitophel Giloneus: & ducenti viri ex hieroſolymis

A nescientes quidem huiusmodi conamen: se velut ad sacrificium euocati. Hoc itaq; cōsilio rex ab oībus est ordinatus. Quod dum fuisset nunciatum dauid & inopinabiliter hoc fecisse filium cognouisset metuēs impietatem presumptionemq; eius miratus quia nec peccati veniam recordatus est sed super illa scelera potiora & iniquiora commiserat: primo quidem vt regnum a deo datum vellet auferre secundo vt patrem vita priuaret: deliberauit vt fugeret transiordanem. Et vocatis amicis ac necessarijs & de filij superbia eis participato consilio cunctaq; cōmittens deo decem concubinas custodes regalīū derelinquens discessit ex hierosolimis & alia multitudine fiducialiter cum eo egrediente simul & secētis viris armatis qui saul viuente fuerant ei i fuga priori participes. Abiathar autem & sadoch sacerdotibus & omnibus leuitis volentibus simul egredi cum archa domini suasit magis vt in ciuitate consisterent: cum eum posset deus etiam archa non portata liberare mandauitq; vt ei latenter gesta queq; nunciarentur. Habuit autem fideles ad omnia ministros achiniam filum sadoch & ionatham filium abiathar. Ethai autem getheus cum eo profectus est licet dauid eum in ciuitate manere voluisset Cui dum acquiescere noluisset ei puritatem potius suę deuotionis ostendit. ¶ Ascendente autem dauid per montem oliueti nudis pedibus & cunctis cum eo flētibus: nunciatum est achitophel esse cum absalon & eius parti fauere. Quod dum audisset tristitia eius magis accreuit: deumq; rogabat & eum suppliciter orabat. vt alienaret mentem absalon a consilijs achitophel. Formidabat enim ne contrā se ei dando consilia prealeret. Erat enim vir ille astutus & ad prospiciendam vtilitatem nimis acutus.

2.r.c.15

Cumq; in montis verticem peruenisset ciuitate respecta cum multis lachrimis quasi amisso regno domino supplicabat. Occurrit autem equidem vir fidelis nomine chusi & ipse amicus. Qui cum eum vidisset scissa veste & aspersо capite cinere flentem atq; lugentem: consolatus est eum & a tristitia cessare poscebat: & post hęc supplicabat vt iret ad absalon quasi ei consentiens: & eius secreta consideraret consiliisq; resisteret achitophel: quia si cum dauid pergeret tantum prodesse non posset. Obediens ille dauid eo relicto venit in hierosolimam: quo etiam non post multum venit absalon. ¶ Paululum itaq; exinde procedente dauid siba famulus memphibosech quem curatorem instituerat possessionū quas donauerat filio ionathę occurrit cum duobus asinis oneratis rebus in itinere necessarijs ex quibus ipse & qui cum eo erant refici debuissent: Requirente vero dauid vbi reliquerit memphibosech ait in hierosolimis expectantem ordinari se regem in presenti seditione propter memoriam beneficiorum saul. In his autem indignatus dauid omnia quecumq; gesserat memphibosech: sibe donauit multo iustius esse credens vt hic q̄ ille potius hęc haberet. Et siba quidē hoc facto gauisus est. ¶ Igitur veniente dauid in locum choram progressus est quidē de cognatione saul noie semei filius gere & lapidabat eum ac pessimis sermonibus accusat circunstantibus aūt amicis adhuc amplius blasphemat: & sanguinarium multorumq; malorum dicebat auctorem: increpans eum quatenus ex illa terra velut pollutus excederet: deo gratias referendo qui eum priuasset reguo per proprium filium pro eo q̄ peccasset in dominum et in eum rite penas exiget. Omnibus autem super eum mota iracundia prouocatis & precipue abisai volente interficere semei dauid eum ab ira retinuit dicens ne malis p̄sentibus opus nouę occasionis adijciamus. Non enim circa hunc rabidum canem michi respectus aut pudor est: sed ad deum intendo propter quem iste super nos ita videtur inuectus: nec est ammirandum ab isto me talia sustinere: quando etiam filij videor expertus impietatem. Sed forsam aderit nobis misericordia dei & prealebimus inimicis quo adiuuante securo itinere properemus. Semei autem per aliam montis partem currebat: & crebras faciebat iniurias. Cumq; venisset dauid ad iordanem: reficiebat ibidem suos itinere fatigatos. ¶ Igitur cum venisset absalon & achitophel consiliarius in hierosolimam cum omni populo venit ad eum amicus dauid chusi. Et cum adorasset absalon optabat regnum eius incolume & omni tempore permanere. Illo vero dicente cur cum precipuus patris eius esset amicus: eiq; fidelis ad omnia videretur non cum eo tunc esset: sed illo derelicto transisset ad eum temperate se facere dixit se qui eum & populi vniuersi iudicium. His inquit domine tecum manentibus: recte & ego te sequor. Regnum enim tibi a deo collatum est. Quapropter tandem fidem atq; deuotionem tibi prebeo quā patri. Non enim p rebus p̄sentibus indignari fas est quādo non in extraneam domum mutatū est regnū: sed permānsit in ea filius occidente patre. Hęc dicens satisfecit cū prius videretur esse suspectus.

¶ Absalon ad patris cōcubinas (hoc achitophel consiliāte) accessit. Qui etiā vt dauid patrē interimeret dedit consilium contra quod chusi dauid fidelis amicus aliud dedit consilium quod (deo faciente) elegit absalon achitophel quoq; (suo dissipato consilio) seipsum suspendit mittunturq; per sacerdotes ad dauid nuncij quos persequi iubet absalon sed ipsi a via parum per diuertentes per mulierē in puteo absconsi salui ad dauid peruenerunt secretum absalon ipsi nunciatus qui iordanem transiens venit in castra ciuitatem munitissimā vbi est honorifice a berzelao & alijs ciuibus receptus.

Audita absalō regni vsurpatione & eius impietate relictis vxoribus fugit dauid ā hierusalē

Fideles dauid ministri

Nudis pedibus dauid ambulās per mōtē oliueti figura fuit ieſuchristi passuri & achitophel inde ꝓditoris. Multa i hoc capitulo inuenies passioni christi applicabilia

Mentit siba mēphibosech seruus vt dñi sui hereditatē impetraret.

Semei opprobria dauid ferre quę ipse patienter suffert.

Chusi aici dauid ad absalon oratio.

Capitulo. xiij.

Absalon ad cō cubinas patris consiliāte achitophel cōpulatur.

VOcato autem achitophel: quid oporteret agi tractabat absalon. Qui suasit ei ad concubinas patris accedere. Ex hoc enim populum sciturum creditumq; dicebat quia circa patrē nulla ei iam reconciliatio superesset: & ob hoc multa fiducia aduersus eum omnis multitudo pugnaret. Hactenus autem apertas inimicitias eos habere metuere: credentes posse patrem cum filio quocumq; tempore concordare. Hoc etiam consilio flexus: iussit famulos vt tentoria in solario regio figerent et vidente populo accedens ad patris suis concubinas ingressus est. ¶ Hęc autem gesta sunt secundum natham prophetiam quam dauid olim de filij inuasione signauerat. Cum vero sciisset absalon que monuerat achithophel. rursus secundum consilium de prelio contra patrem eum proferre poscebat. Tuncq; ille decem millia electos sibi dari pecijt vt patrem eius interimeret & eos qui cum eo pergerent incolumes reuocaret & tunc firmum haberet imperium: cum pater eius extingueretur. ¶ Dum hęc sententia placuisset: vocauit chusi amicum sui patris antiquum. Sic enim ille eum vocabat. Cui dum sententia achitophel indicasset: quid etiam ipsi videretur de eadē causa requirebat. Ille vero cognoscens quia si fierent que suadebat achitophel: dauid in mortis periculum peruenisset contrariam sententiam nitiebatur afferre. Non ignoras inquit o rex tui patris & eorum qui cum eo sunt fortitudinem: quia multis prelijs dimicauit: & superatis hostibus est reuersus. Nunc equidem credo illum in exercitu constitutum est enim sicut nosti bellicosus idoneus & omnia prouidere & dolos superuenientium hostium declinare certissimus: circa vesperam autem derelinquere suos aut in aliquam aulam se celare: aut circa petras insidias facere. Dumq; contingerit vt congrediantur ad prelium illius quidem viri vt estimo modicum se subducent: & dum securi fuerint de regis auxilio resistēt Et inter hec illis pugnantibus repente cum alio exercitu tuus pater apparens: suis fortitudinem prębebit ad bellum tuos vero inopinato belli superuentu prosternet. Fac igitur comparationem mei consilij & cognoscens eius vtilitatem: achitophel quidem refuta sententiam. Mittens autem in omnem prouintiam hebreorum: precipe, vt contra patrem tuum cunctus congregetur exercitus: & sumens ipsi prelij militiam vniuersam esto dux: & nulli alij committas hoc prelium. Facillime enim te credo fore victurum si eum: cum paucis comprehenderis: cum tu multa millia pugnantium habeas deuotionem suam tibi prębere volentium. At si pater tuus fuerit obsessione circundatus machinationibus aut cloacarum alias trochlearum effusionibus ciuitatem illam facillime capiemus. ¶ Hęc cum dixisset probabilior apparuit q̄ achitophel. Nam vltra illius consilium absalon potuis huius elegit. Deus enim erat qui in eius mente consilium chusi melius esse faciebat. ¶ Quo facto festinabat chusi ad sacerdotes sadoch & abiathar consiliumq; achitophel nec non & suum & quia placuissent que ipse monuerat indicauit & exhortatus est repente vt mittentes hęc renūciarent dauid & quę ab aduersarijs structa vidēbantur aperirent adijcientes vt studerent velociter transire iordanem vt eum suus filius persequi festinaret: & anteq̄ illi monuissent posset a filio comprehendi. ¶ Sacerdotes autem oportune suos ad hoc officium extra vrbem celatos habebant. Quibus mādates per fidelem ancillam quę tractabat absalon preceperunt vt dauid hęc cum festinatione significarent. Illi vero nulla dilatione tardantes: sed mandata patrum seruantes: pij fideles q; ministri & officij velocitatem & necessitatis instantiā cito iudicātes implendā: festinabāt ad dauid. Cumq; duobus stadijs processissent a ciuitate vidētes eos quidā equites indicauerunt absalon ille cōtinuo vt eōprehenderetur misit. Quod cognoscentes filij sacerdotū: ab itinere declinantes in vicum quēdam non lōge a hierosolimis: cui nomen erat bochor alias bochom inuenientes quandam mulierculam rogauerunt vt eos celaret: & muniotionē metuentibus preberet. Illa vero iuuenes illos in puteum repente depositi. & extēsis desuper pellibus os eius operuit Cū q; persequentes eos venissent: & de eis mulierem requisissent: illa vidisse quidem non negauit: dicens apud se eos sumpsisse potum & continuo discessisse. Tamen si cum velocitate sequerentur: facille eos comprehendi posse dicebat. ¶ Cumq; diu secuti non comprehendissent: reuersi sunt. Mulier autem videns eos remeantes: & nullum jam periculum imminere conspiciens abstractos elacuenisit ad proprium itineris optus. Qui multo studio festinantes venerunt ad dauid: & cuncta que tractabat absalon subtiliter indicauerunt. ¶ Tunc ille licet iam nox esset precepit tamen suos iordanem transire cum festinatiore. ¶ Achitophel videns suam sententiam fuisse reprobatam ascendens iumentum suum venit ad regionem gilon. Conuocatisq; omnibus suis consilium (quod dederat absalon) exposuit: & quia q; auditus ipse non fuerat: non eius tardaret interitus indicauit Dicebat enim dauid post victoriam in regnum continuo rediturum & melius sibi fore vt libere & magnanime ab rumperet vitam: q̄ se dauid reseruaret ad penas contra qnem absalon talia consilia prebuisset. Et cum hęc dixisset ascendens in locum domus suę secretiorem laqueo se suspendit. Igitur achitophel sepulture tradi tertur. ¶ Dauid autem sicut prediximus transiens iordanem venit in castra optima & munitissimam ciuitatem. Susceperunt q; eū libentissime cuncte altiores prouicie & fugam illius

Consiliuꝫ achitophel de interimēdo dauid

Consiliuꝫ chusi amici dauid antiqui & fidelissimi consilium achitophel dissipāsdatū absalō

Acceptuꝫ (deo faciente) consilium chusi dissipato consilio achitodhel.

Declarat chusi cōsilium suum sacerdotibus amicis dauid q̄ dauid consiliū volūtatem manifestarunt.

Mulier nūcios p dauid in puteo absconditq; sequentibus seruis absalon

Reuelatur dauid absalon cō silium.

Achitophel quia eius consiliuꝫ fuit dissipatū se suspendit. Dauid in ciuitate castra honorifice recipitur.

2.Reg.17

2.Reg.17

2.Reg.17

2.Reg.17

2.Reg.17

A

B

C

D

E

F

filijs suis & uxori mortē damnatū deponentes sui de laqueo

temporis referentes: alias reuertentes & honorem et felicitatis pristine conferentes. Erant autem berzelleus alias berzelai galadites & sipha potentissimus & amandias & mathir terre galaditis primus. His namq; rerum copiam dauid & qui cum eo erant opulentissime prebuerunt: ita vt neq; lectistrati deessent neq; panes aut vinū sed etiam vbertatem pecudū ministrarent: quatenus & quietatē laborātibus & ciborum vtilium copiam eis ad sacietatem exhiberent. Et hi quidem hoc modo erant constituti.

¶ Absalon bellum contra patrem mouente (cuius exercitus militie priceps amasa cōstituitur) dauid (amicis eius exire in bellum non permittentibus) rogat milites vt puero absalon victo parcant sed conualescente dauid exercitu fugientem absalon arbori capillis suspensum ioab lancea transfodi cuius cadauer deponentes armigeri ipsum in foueam piecerunt ponito pro sepulcro lapidum aceruo cōtra eius superbiam qui marmoream statua iuxta hierusalem erexerat quo mortuo. Achimas sacerdotis filius victoriam (tacens absalon mortem) dauid nunciauit. Capitulum. xiiij.

Absalon bellum parat contra patrē cuius amasa fuit princeps militie.

Exercitus dauid ordinatio in tres partes

2.r.c.18 ABsalon aūt cōgregato magno hebreorum exercitu super patrem & trāsiens fluuium iordanē nō longe a castris venit in galaditen regionē: constituit principē totius exercitus amasā in loco ioab cōsobrini sui: Erat enim de patre getō & matre abigea progenitus Abigea vero & saruia mater ioab. sorores fuere dauid. Cū recēsuisset ergo dauid eos q cū eo erāt & inuenisset vsq; ad quatuor milia armatorū noluit expectare qñ super eū absalon veniret: sed eōstituens sup suos milenarios & centenarios diuiso exercitu tripatito: aliā quidē partē ioab principi militie dedit aliaq; vero fratri eius Abysai tertiam cōmisit et heo q erat eius amicus de ciuitate geth. ¶ Cumq; vellet ipse ad bellum simul exire amici non pmiserunt: cōsilio eū sapientissimo retinentes. Dicebāt enim quia si cū eo deuincerētur omnē spem vtilitatis amitterēt. Si vero vna parte victa ad eū reliqua remearet: possent denuo plium reparare: quando etiā hostes arbitrarentur alium exercitum remanere cum rege. Hoc consiliū libenter accipiēs

B dauid: ipse quidē in castris manere decreuit & duces & amicos ad prelium destinare & rogabat vt fortitudinem sui & fidē & memoriā haberēt vtq; puero absalon deuicto parcerent ne i[illegible] aliquid in se mali ipse cōmiteret: optansq; cunctis victoriā dimisit exercitū. Ioab itaq; aciē cōsti[illegible]tuit contra hostes in campo: que inito habuit post tergum siluā. ¶ Eduxit autē ediuerso & absalon sub[illegible] diligat & facta congressione belli: opera precipua manuū & maxime presūptionis ex vtraq; parte gerebat. Alij quidē vt regnum dauid reciperet elaborabant & omni magnitudine desuadebant: alij vero ne eo priuaretur absalon & daret patri pro sua presumptione supplitiū: in nullo segnes erāt aut facere aut pati quod cumq; belli casus afferret: insuper etiam metuebant ne ab ioab et eius paucis militibus tanta militudo subiugaretur.

Rogabat dauid vt puero absalō victo parcant.

Congressus belli inter absalon et exercitum dauid ipso dauid absente.

2.r.c.18 ¶ Inter hec igitur vicit dauid exercitus robore magnanimitate & exercitatione bellorum fugientesq; per siluas & colles persecuti sunt. & alios quidem cōperunt alios autem interfecerūt ita vt plurimi caderent fugientes q̄ in acie repugnantes. Et illa siquidem die quasi viginti milia virorum ceciderunt exercitus autem dauid accessit ad absalon. Frater enim cunctis proceritate & pulchritudine manifestus. Qui metuens ne eum comprehenderent hostes: ascendens in mula regia fugiebat ¶ Cumq; velociter veheretur et ipse in toro leuis existens: arbori maxime & ramis extense eius replexa cesarie inopinabiliter est appēsus. Et iumentum quidem velocitate sua quasi dominum adhuc portaret abcessit: ille vero ramis comarum alligatione retinebatur astrictus. Quem dum vidisset quidam militum dauid. ioab indicauit. Quo dicente. quinquaginta siclos se ei dedisse si peremisset absalon: nec si mille siclos ei promitteret: occidere se illum filium domini sui dixit: dum omnibus audientibus pater ei parci rogauerit. ¶ At ille ostendit sibi precipiens vbi eum vidisset appēsum: locum intueniens: in

2.r.c.18 C corde eum iaculans interemit. Armigeri vero ioab circumstantes arborem cadauer eius deposuerunt eumq; in foueam proicientes aceruū super eum lapidum posuerunt. Nam vt figura sepulchri fieret ingentem tumulum locus ille seruauit. ¶ Ioab autem dato signo a persecutione reuocauit exercitum parcens contribulis suis. ¶ Igitur absalon constituerat sibi statuam marmoream in valle regia que duobus stadijs ab hierosolimis abetat quam appellauit suam manum dicens: quia etiam filijs eius morientibus nomen eius in statua permaneret. ¶ Erant enim & filij masculi quidem tres femina vero vna thamar. Que coniuncta salomonis filio: roboam peperit filium abiam qui patris successit in regnum. Et de his quidem postea declarabimus. ¶ Igitur post mortem absalon: populus quidam ad propria loca dispersus est. Achimas autem sadoch sacerdotis filius rogabat ioab vt ipse preueniens dauid victoriam nunciaret: & quia dei solatium & prouidentiam ipsius habuisset. Cui non concessit hoc ioab dicens quia cum semper boni nuncij homo fuisset modo non deberet regi mortem filij nunciare: vocansq; chusi ei hoc opus iniungens ait: vt quod ipse vidisset etiam nunciaret regi cumq; iterum achimas rogaret vt eum nunciare permittere dicens quia rex circa solam victoriam attentus: nequaq̄ de absalon morte causaret concessit ei vt pergeret ad dauid. Tenensq; compendiosam viam quam ipse solus

Ioab absalon fuspensam lancea trāsfodit cuius cadauer deponentes eum in foueam piecerunt lapidum aceruo super eum posito

Filij absalō tres et filia vna que nupta roboam peperit abiam.

Achimasvi & oriam dauid nũciat tacens absalon mortem

nouerat preuenit chusi Cumq; sederet rex inter portas expectans quando ei aliquis gesta bellica nunciaret quidam exploratorum videns achiman currentem & non quis esset agnoscens. ait dauid videre se aliquem venientem. Qui cum dixisset bouum nuncium fore post paululum alium quendam sequi pronunciauit. Cumq; & ipsum bonum nuncium assereret: explorator precurrere videns & iam vicinum esse achiman sadoch sacerdotis filium indicauit. Qui gauisus eum bonum nunciũ dixit esse & aliquid optabile de prelio portaturum. Cumq; hęc dicerentur a rege veniens achimas apparuit & interroganti de pugna regi victoriam nunciauit. Quo requirente de eius filio quid cognouisset: ait quia mox vt vidisset fugatos hostes ipse ad eum pergere festinasset et audisse se magnas voces persequentium absalon: & nichil amplius potuisse cognoscere eo q; cogeretur missus a ioab victoriã nunciare. D

¶ Nunciante Chusi victoriam & absalon mortem dauid amarissime fleuit quod ioab & exercitus cognoscentes non triumphali scemate sed dolentes quasi victi ciuitatem sunt ingressi. sed ioab regem ingressus mortuum absalon flentem consolatus est publice vtilitatis causas adducens. Quo facto qui cum absalon fuerant inito consilio redire ad dauid procurabant mittentes vndiq; ad ipsum legatos: verecundantibusq; illis de tribu iuda redire vocauit eos per sadoch et abiathar sacerdotes. Amasamq; sub absalon militie principem reuocauit. Quos ad dauid imperium reuertentes omnes tribus iuda preuenit semeiq; & siba qui regi ad iordanis flumen occurrẽtes pontem fecerunt in iordane semei quoq; coram rege prostratus veniam obtinuit sed & dauid omnibus (qui eum offenderant) veniam dedit & abisai hoc impedire volẽtem increpauit.

Capi. xv.

Chusi victoriaz nũciãte & morte absalon dauid amarissime fleuit.

VEniente autem chusi & adorante regem & victoriam nunciante de filio eum dauid continuo requisiuit. Tunc chusi hęc inquit proueniant tuis inimicis: quę recepit absalon. Quo verbo victorie gaudium nec apud ipsum manere rex exercitum permisit. Ascendens enim dauid in locum ciuitatis excellentissimum flebat filium tundens crebro pectora capillos capitis sui dilacerans & omnisse afflictione castigans clamabat dicens vtinam michi & non tibi o fili aduenisset interitus. Nam si eum diligeret eum per naturam huiusmodi morti eius quam sibi potius condolebat. [illegible] ius autem & ioab audientes quia rex filium ita lugeret: reuersi sunt non triumphali scemate [illegible] ingredi ciuitatem: sed dolentes & flentes & quasi victi potius intrauerunt. Cumq; rex vel[illegible]e resideret & filij interitu ingemisceret: introiuit ioab ad eum & consolatus est eum dicens. O domine rex aperte demonstras ex his quę agis quia diligentes & pro te pericula sustinentes nec non & te & tuam generationem prorsus abhorres: & diligis inimicos & illos concupiscis potius qui iuste penas soluentes obierunt. Nam si absalon vicisset: & ipse regnum firmissimum tenuisset nullius nostrum cadauer remaneret: sed omnes a teipso & a tuis filijs incipientes fuissemus sine dubio prostrati: nullo nostrorũ hostium flente: sed cunctis potius gaudentibus insuper etiam punientibus eos si qui forte nostrorũ miserati fuissent. Tu vero hęc agere super maximo non confunderis inimico. Qui cum tuus filius esset: nequaq; inte impia committere formidauit. Igitur recedens ab hac iniusta tristitia procede & militibus teipsum ostende: eisq; pro victoria & labore certaminis gratias age. 2.r.c.15 2.r.c.18 2.r.c.9 F

Ioab cõsolatur regem flentem absalõ mortuũ aducẽs reipublice vtilitatis causas.

¶ Ego namq; optime noui quia si in hoc actu permanseris: hodie a te populus vniuersus abscedet & alij regnum tradet & tunc amarissimum & verum habebis luctum. Hęc dicens ioab regem a tristitia reuocauit: & ad causas rei publice vtilitatis adduxit. Transformatus enim a fletu dauid & oportune compositus pro aspectu populi sedit ad portas ita vt audiens populus vniuersus concurreret: omnesq; eum libentissime salutarent. Hęc itaq; tali modo gesta sunt. 2Re.c xix.

Cõsiliũ populi q fuerant cũ absalõ vt redeant ad dauid.

Verecũdãtibus illis de tribu iuda ad dauid redire vocauit eos per sadoch & abiathar sacerdotes.

Reuocauit etiã amasam principẽ militie absalon.

Porro qui cum absalon fuerant & de prelio fugerant reuertentes ad semetipsos singuli mittebant per cunctas ciuitates dauid beneficia commemorantes & libertatem quam eis resistendo cunctis hostibus prebuerant edicientes culpantesq; semetipsos quia eum expulisse niterentur a regno et alium ordinassent quo nunc defuncto principe qui ab eis fuerat ordinatus rogare debent dauid vt ab indignatione quiesceret eisq; faueret & recepto regno eis suam prudentiam non negaret. Hęc itaq; dauid crebro nunciabantur. ¶ Sed etiam ille nichilominus misit ad sadoch & abiathar sacerdotes vt principibus tribus iude loquerẽtur: quia turpe fuerit vt alia tribus ante illam dauid constitueret regem: cum illi & cognati essent & sanguinis eius participatione gauderent. ¶ Hęc eadem et ad amasam principem militie eius precepit edicere: quia cum filius eius sororis esset non suaderet populo vt dauid daretur imperium: pro qua re non solum regi reconsiliari posset: sed & totius militie principatum sicut absalon ei prebuerat optineret. Et sacerdotes quidem ad principes tribus iuda locuti sunt: & amasan deflexerunt promissiones regias edicentes vt in eius precipibus consistere. ¶ Hoc itaq; facto: tribus iuda misit ad regem legatos: ogantes vt ad proprium remearet imperium. Hoc autem & omnes israhelite fecerunt ad hortante eos amasa. Igitur accedentibus legatis ad eum venit in hierosolimam omnes tamen preuenit tribus iuda vt regi ad iordanis flumen occurrerent. ¶ Et gera filius semei cum mille viris quos de tribu beniamin ducebat & si- 2.r.61 F

balit ertus saul & filij eius quindecim: & viginti serui. Isti namq; cum tribu iuda pontem fluminis effecerunt: vt facile cum rex cum suo exercitu transiret. Cūq; venisset ad iordanē iuda eū libentissime saluauit. ¶ Qui dum pontem ascenderet: prostratus est ante eum semei: & detinens pedes eius veniam postulauit que in his peccauerat rogans vt non cireā eum esset acerbus nec potestate recepta eum iuberet dari supplitio sed potius consideraret et quia gesta penitentia in his que prius deliquisset primus ei occurrere festinasset. Cumq; in his supplicaret atq; deposceret tunc abisai frater ioab ait. Numquid non propterea morieris: quia constitutum a deo regem nequaq̄ blasphemare metuisti. ¶ Tunc dauid conuersus ad deum. Non cessabit saruie filij has cōmouere denuo nobis superiones turbas & seditiōes instantes. An ignoratis quia initium mei regni sit hodie. Quapropter omnibus in me impie agentibus iuro dimitti eis supplitia: & nulli sua delicta seruari. Nunc inquit o semei securus esto nullum mortis habeas metum. Eumq; mox adorans eum ceteris regredebat.

A

Semei prostratus corā rege veniā obtinuit.

Condonās dauid oībus (q eū offenderāt) veniā & abisai hoc impedire volentem increpat.

¶ Memphibosech in lugubri habitu pro tribulatione habitu tristis (quē iniuste siba eius famulus regi accusauerat) obiam venit se purgās cui medietatem substantie reddi precepit dauid & ipsum berezel antiquum in recompensationem bonorum secum manere in hierusalem exorat quo recusante & excusante eius filium achimam secum retinuit.

Mēphibosech in lugubri habitu tristis p tribulatione dauid ei occurrit obuius: quem iniuste siba accusauerat corā rege se purgans.

Capi.xvj.

2.Re. c.19

INter hęc autem occurrit & mēphibosech de cognatione saul sordida veste circumamictus comamq; gerens profusam & hispidam barbam. Nam post fugam dauid neq; tonsus fuerat pę nitentia nec vestem suā; deposuerat: segi hac afflictione deuouerat permanere donec regiam conuerti videret calamitatem. Hunc autem accusauerat siba seruus apud dauid iniuste. Quem dum salutasset eiq; prostratus esset cepit interrogare dauid cur non fuisset egressus & eius fuge particips. Ille autem sibam fuisse sibi obstaculo dicebat: cui dum iussisset vt ei itineris necessaria prępararet curare neglexit: sed velut quendam seruulum contempsisset. Qui si gressus habuisset incolumes non

B

ab eo aliquo modo recessisset cum posset etiam pedibus vti fuga. Adijciebat pariter non solum in his inquit domine nocuit michi: sed etiam apud tuam circa me pietatem de rogare & mētiri maligna voluntate presumpsit. Sed noui quia nihil horum tuam ēs recipit cōsit iusta & veritatē diligat quam vbiq; semp valere diuinitas. Dā cū a meo aio passus fuisses magna pericula: & oi mea generatio p filijs debuisset sceleribus deperire tu humilis & benignus existens & quod p̄cipuum est illorū malorū obliuionē agens quādo potestate sumpta priora vindicare potueras amicū me tuū esse iudicasti & in mensa quotidie regia potuisti: nihilq; mihi defuit quod honorato pareti debuit exhiberi. ¶ Cumq; hęc dixisset ille neq; mēphibosech rex voluit castigare nec siban tanquā fallacem abijcere sed cum oia iam

Dauid medietatē substātie reddi precepit mēphibosech

2.Re. c.19

donasset sibe q; cū illo mēphibosech regi nō occurrisset: & veniā mēphibosech dedit & medietatē substātie reddi p̄cepit. Cui mēphibosech cuncta inquit siba habeat o rex mihi vero iperiū te recepisse sufficiat. ¶ Berezel autē galaditanū virū precipuq; atq; bonū & qui in castris ei multa prebuerat: & regem

Gratitudo dauid erga berezel antiquum & bonum.

C

vsq; ad iordanem deduxerat rogabat dauid vt cum eo veniret ad hierosolimā: promittens eius senectutem omni re decorandam: & eius tanq̄ patris habere prouidentiam. Qui desiderio suorum cum eo se posse degere refutabat: dicens: senectutem sibi sic imminere vt etiam in rebus suauibus delectari nō posset: cum vtiq; octoginta esset annorum & de sepulchri termino cogitaret. Qui magis ediuerso rogabat vt si ei prestare vellet concederet eum ad propria remeare quando temporis longeuitate nec conuiuiorum epulas discerneret & auditus iam obturatos haberet: nec sonum clamorum aut modulationum aut aliorū instrumentorum que reges solent inter conuiuia mulcere sentiret. Quo nimiū supplicā te dauid ait. Te equidem dimitto quum vero filium achiman michi concede vt ei omnium rerum bona rum debeam munus impēdere. Tunc berezel dimisso filio adorans regem & optans ei vtilia proueniē sicut desiderabat domum reuersus est.

Achimam (qm biblia chamā dicitur) berezel filiū secum retinuit dauid vt ei p patre faciat.

2.Re. c.19

¶ Dauid in galgala cū media populi parte iam reconsiliata veniente seditio mouetur in populo peo reducto rege omnibus tribum iuda conuinciantibus regem cognatum appellantē sed & populi contra dauid seditioso siba procurante fit rebellio dauid quoq; vxores quas absalon polluerat in aliā domum transmigrauit eis necessaria ministrari precipiens qui amasan loco ioab militie principem fecit quem postea ipse ioab inimicus dolose interfecit siba etiam tunc in belmacha obsideur cuius sapiēs mulier abscisum caput per muru proijciens ciuitatem liberauit.

Capitulum.xvij.

Cōceratio populi & iudiā p reducto rege p̄ tribū iuda.

AUid autē venit in galgala habēs secum iam mediam partem populi: et pariter tribum iuda verūtq; ad eū in galgala primi quintie cū grandi pariter multitudine. Et tribum iuda culpabant eo q; latenter occurrerit: cum omnes ad eum debuissent vna voluntate cōcurrere. Principes autem tribu iuda hoc modo satisfaciebant dicentes ne irrent

Cōsitantur populi tribum iuda dicentem regē esse suum cognatum.

Rebellio populi contra dauid ad instinctum sybe et contra eum belli significatio.

Cōstituit dauid amasam loco ioab militie principem

Ioab dolose occidit amasam.

Nota contra inuidos.

Obsidetur syba in ciuitate belmacha a ioab quem mulier p liberatiōe ciuitatis allocuta ē puulas idutias obtinuit

Sapiētis mulieris consiliū quę caput sybe abscisum ioab per murum proiecit & ciuitatem liberauit.

grauiter eo q̄ illi processissent: qui tanq̄ eius cognati et propterea eum potius diligentes preuenirent & nō quasi munera percepturi hoc fecerunt: ne illi qui venerant postea monerentur. Hęc autem dicebant tribus: tribus iuda principibus nequaq̄ aliarum tribuum principes cessauerunt. sed dixerunt. Annuntiamur nos equidem fratres q̄ vos soli regem cognatum vestrum esse dicatis. Nam qui omnium nostrū potestatem a deo percepit omnium nostrum iudicatur esse cognatus. quapropter populus equidem noster vndecim partes habet vos autem vnam et seniores nos sumus. Non enim bene fecistis occulte et latenter venientes ad regem. ¶ Cum hęc igitur inter se tribuum principes loquerentur vir quidam iniquus seditione precipuus: cui nomen erat syba filius bochri de tribu beniamin stans in medio populi cum magno clamore dixit. neq̄ habet aliquis nostrum partem apud dauid: nec sortē apud filium iesse. Et post hęc tuba canens bellum significauit contra regem omnesq̄ secuti sunt eum relinquentes dauid sola tantummodo tribu iuda cum eo remansit eumq̄ in hierosolymis regem esse constituerunt. ¶ Qui concubinas quidem suas quas filius eius absalon in gressus fuerat in domum aliam transmigrauit: eisq̄ omnia precepit necessaria ministrari: ipse vero nequaq̄ copulatus est illis. ¶ Constituit quoq̄ amasam principem militie et locum ei in quo fuerat ioab dedit: iussitq̄ vt congregaretur quantum posset exercitus colligi ex tribu iuda: & post tres dies veniret quatenus ei militiam daret vniuersam eumq̄ pugnaturum contra sibam bochri filium dadi filium destinare. Egrediente vero amasa et circa congregationem exercitus remorante: dum die tertia non rediret dixit rex ad ioab. Non est vtile dilationem dare sibe ne longo tempore possit exercitum congregare et deteriorē cladis & absalon auctor existere. Nolis inquit tardare sed presentem sumens exercitum pariter et fecatos viros cum abisai germano tuo hostes persequi festinato: et vbicumq̄ tepueris ei congredere: et festina comprehendere ne capiens munitissimas ciuitates cert amina nobis et multos possit sudores inferre. Ioab autem in nullo morans: sed sumens fratrem pariter et fecentos viros et omnem exercitum qui erat in hierosolymis: secutus est cū omni festinatione sybā. ¶ Cumq̄ in gabaon victū peul ab hierosolymis stadijs quadraginta veniſſet occurrit ei amasa vt salutaret eum non multo adhuc exercitu congregato. Ioab autem accinctus gladio et lorica vestitus: veniente ad se amasa vt salutaret eum: arte quadam quasi caderet gladius de vagina finxit eumq̄ se de terra colligere et altera manu veniente proxime amasa quasi ei osculum daturus: a barba comprehensum improuido gladium iuncto in vero: eūq̄ peremit impiissimum: et sceleratissimum opus efficiens in bono iuuenculo pariter et cognato et qui nihil ei nocuerat: sed habens pro principatu militie et equalitate honoris inuidiā. Pro his enim causis et abner interemit sed in illo scelere occasione dictante: pro vltione fratris asael veniam habere videbatur. ¶ Peremptō autē amasa nullum formidem excusationis potuit impetrare. Tanto igitur peremptō patrie duce persequebatur sybam derelinquens vnum ad eius corpus qui clamaret exercitui quoniam amasa iuste peremptus esset: qui vero regi fauerant sequerentur ducem ioab et abisai fratrem eius. Cumq̄ cadauer illius iaceret in via: et omnis populus super eum cōfluerent: et cum quadam miserecordia defuncti morarentur et ioab se qui tardarent tollens inde cadauer illius custos eius posuit in quendam locum ab itinere segregatum: et illic eum positum veste cooperuit. Quo facto ioab vniuersus populus est secutus. ¶ Cumq̄ perse quereretur sybam per omnem israhelitarum prouintiam: quidam indicauit eum in ciuitate munitissima belmacha nomine residere. Quo dum venisset ioab obsidebat vrbem vallis vndiq̄ circunductis iussitq̄ militibus vt eius muros omni virtute deponerent. Nam dum eum cines loci illius suscipere noluissent. et super eum crudeliter: insisterent: tunc quedam mulier casta simul et sapiens videns patriam in nouissimo periculo constitutam: ascendens in muram vocauit inter armigeros ioab Quo veniente: cepit ad eum huiusmodi verba proferre. Quia cum deus reges et principes fecisset vt vt hebreorum hostibus resisterent: et israhelitis pacis iura preberent. Tu inquit festinas metropolim israhelitarum que nihil deliquit euertere atq̄ vastare. Tunc ioab orauit propitium sibi deum fore et quia non haberet huiusmodi voluntatem: nec vllum de populo vellet occidere quanto magis tantam perdere ciuitatem. Sed acciperet ab eis rebellem regis ad penam id est sybam filium bochri dadi: ab obsidione exercitum continuo reuocaret. ¶ Quod cum audisset mulier ab ioab paruulas indutias postulabat: vt hostis caput de muro repente proiiceret. Quo facto: descendit ad cines eius: locuta est dicēs cur vellent pessime cum filijs et vxoribus deperire propter malignum hominem nec cognitum vnde esset quem regem vellent habere pro dauid qui eis tanta beneficia contulisset vnam ciuitatem studeret tanto exercitui resultare hoc dicto: suasit eis vt sybe caput abscisum in ioab proiiceretur exercitu Quo facto: ioab missa tuba obsessionem repente dissoluit et reuersus in hierololymam totius postulī princeps militie constitus est. Ordinauit autem rex etiam banaiam super corporis custodes et super secentos exercentes. Adoramam autem fecit super tributa sybacha et bachilam super gestorum cōscriptores. Susan vero scribam sadoch autem et abiathar sacerdotes instituit.

D.

2 Re.c 20.

E.

2 Re.c 20.

F.

A. ¶Hebreis fame afflictis dauid deum orat cui cām ſciſcitanti dixerunt ꝓphete mortem eſſe gabaonitarum a ſaule occiſorum gabaonitis itaq; ſeptem viros de genere ſaul ad ſupplitiū petentibus cō ceſſit dauid ceſſauitq; fames rurſū dauid cōtra philiſteos bellū iniente achimon gigas contra eum fatigatum fecit impetum aquo per abiſai intēplo hoſte liboratur. Tunc quoq; ipſū dauid ſenio factum de cetero ad bellum nō accedere ordinatum eſt deīn ſecundo bello contra paleſtinos auctor victorie fuit ſaboch vnus fortiſſimorū dauid et in tertio bello contra eoſdem ephā alius fortiſſimorū in quarto autē ſemma filius ioeb victor fuit qui gigantē ſeuos digitos inquolibet pede et tot in qualibet manu habentem occidet vnde expeditus dauid a preliȝs cantica metrica compoſuit decantādaq; pro gratiarum actione cum diuerſis organis inſtituit deſcribuntur fortiſſimorum dauid nomina quorum tres cum maximo periculo inter hoſtes aquā de bethleem portauerunt.

Capi.xviij.

2Re.c xxj. IGitur poſt hęc cum fames prouintiam inuaderet: rogauit deum dauid vt populi miſereretur: et cauſam ei pariter et medelam peſtis illius indicaret. Cui prophete dixerunt velle deum vt gabaonite vidicarentur quos rex ſaul impie interficerat & conculcauerat iuſiurādum quod eis ieſus princeps militię prębuerat ſenioreſq; firmauerant. Et ſi vltio quā gabaonite ſeptē prodefunctis eis exhiberetur: poſſet propiciari deus et populum a peſte liberare. ¶Dauid autem audiens a prophetis hęc velle deū vocauit gabaonitas eoſq; quid vellēt fieri requiſiuit. Illis aūt peterēt de genere ſaul filios ad ſupplitium poſtulantibus: requirens rexdedit eis atq; tradidit parcēs tantūmodo mēphibo ſech filio ionathe. Sumentes autē gabaonite viros quo voluerūt: punierūt eos Quo facto cepit deus rem pēte pluere. & terrā ad fructū germina reuocare liberauitq; a priori peſte: & ad vbertatē hebreorū prouintiā hoc facto reſtituit. ¶Igitur nō poſt multo tēpore rex dauid caſtrametatus eſt contra paleſtinos & cōmiſſo prelio cū eos in fugā vertiſſet: ſolus perſequēdo repertus eſt. Cūq; eſſet fatigatus qdā hoſtiū noie achimon filius aſaphat: qui erat de ꝓle gygantū habebatq; haſtā cuius pōdus erat trecētorū ſiclorum et loricā cathenathā: & gladium: fecit impetum quaſi regem ſuorū hoſtium peremptur us. Erat enim iam labore diſſolutus. Tunc ſubito exortus abiſai frater ioab et regem a repentina morte protexit: et hoſtem pariter trucidauit. ¶Quo facto periculum regis pene mortem grauiter tulit exercitus eiuſq; principes coniurauerunt vt nequaq̄ cum eis exiret ad bellum: ne propter fortitudinem atq; fidutiam ſuam, aliquid mali paſſō: et bonis quę propter eum fuerant ſœpius ꝓſpera paſſurentur: & quę eo viuente adhuc poterāt adipiſci. ¶Conuenientibus itaq; in gazam ciuitatem paleſtinis audiens hoc rex miſit ſuper eos exercitum inter quos tunc debellator optimus extitit & probatiſſime dimicauit ſaboch alias ſaboch etheus qui erat vnus fortiſſimorum dauid. Hic enim multos hoſtium inclitos interemit ex prole gygantum nimis audatia ſuę fortitudinis exultantiū: fuitq; victorie huius auctor apud hebreos ¶Poſt hanc vero compreſſionem paleſtini denuo pugnauerunt ſuper quos exercitum mittente dauid: fortis apparuit effan cognatus eius. Nam contra ſingulos fortiſſimos paleſtinorum ſolus pugnando peremit eos: et alios conuertit ad fugam quorum etiam multi in prelio ceciderunt. ¶Paulo ſi quidem tempore paleſtini quieſcentes: denuo caſtra poſuerunt circa ciuitatem quę erat non longe a finibus hebreorum. Eratq; inter eos vir proceritate quidem ſex cubitorum enim digitos habens in vtroq; pede necnon & in manu vnum pluſq̄ ſolet natura conceſſiſſe hoc eſt ſenos: quem contra vnus de exercitu dauid ſammae filius ioab pugnans: eodeuicto totius victorie auctor effectus eſt maxime glorię nomen accepit. Nam et ille paleſtinus glorabatur ſeſe de prole gigantum exiſtere. Poſtq̄ pugnam nequaq̄ contra hiſrahelitas habuere certamina. ¶Expeditus itaq; dauid a preliȝs et periculis cum pace iam altiſſima frueretur cantica in deum hymnoſq; vario metro compoſuit: alios quidem trimetros alios quidem quinquemetros diuerſaq; coficiens organa: docuit vt leuitę ſecundum ea deo hymnos ediceret per ſabbatorum diem aliaſq; ſollemnitates. ¶Organorum autem ſpecies huiuſmodi eſt. Canora quidem eſt cithara: decem cordis coaptata. Hec cum plectro percutitur. Nabla vero duodecim ſonos habens: digitis tangitur. Erant et in & grandia & lata. Et de his quę dicta ſunt ſufficiant: ne omnimo horum organorum natura neſciatur. ¶Circa regem erant omnes valde fortiſſimi quorum inſigniores & actionibus clari octo & triginta fuerunt. Horum enim quinq; opera narrabo per quos etiam virtutes aliorum poterunt indicari. Erant enim ſic validi vt prouintiam regerēt: & gentibus prevalerent. Primus quidem euſebius filius achime qui aciem hoſtium frequenter irrumpens neq̄ pugnando ceſſauit donec ex eis nongentos occideret. ¶Poſt hunc eleazar filius dodi qui cum rege fuerat in ſarpha. Hic aliquando iſrahelitis formidantibus paleſtinorum exercitum: & ob hoc fugientibus ſolus reſtitit: irruenſq; ſuper hoſtes occidit eorum multos ita vt ſanguine occiſorum gladius eius hereret in dextera. Et cum iſrahelite tunc paleſtinos viderunt in fugam eſſe conuerſos deſcēdentes de montibus perſecuti ſunt eos: & mirabilis & famoſiſſima victoria tunc prouenit: cum eleaz

2Re.c xxij.

2Re.c xxiij.

2Re.c xxiiij.

Fame afflictis hebreis tribus ānis dauid deū rogat cui cām ſciſcitāti dixerunt ꝓphete mortē eſſe gabaonitarū a ſaule occiſorum.

Dauid iterū bellū contra philiſteos.

Achimon q̄ in biblia vocat ie. bibēdo) gygas impetū contra dauid fatigatū fecit a quo liberātur ꝑ abiſai interēpto hoſte.

Tertium bellū cōtra philiſteos cuius victorię auctor ephan vnus fortiſſimorum dauid.

Dauid poſt pre- Cantica dauid vario metro cō poſuit ꝑ gratiarum actione de cantādaq; deo ordinauit cum organis diuerſis in ſabbatis.

Cathalogus fortiſſimorū dauid

Eleazar ſecundus inter fortiſſimos dauid.

Nota quomodo con- fi fuerunt fortiſſimi cū Dauid

tantos interemiſſet eoſq; iſrahelitę perſequerentur & ſumerent ſpolia peremptorum. ¶ Tertius autē
Semeiastertius ſortiſſimorū da uid. fuit filius hely nomine ſemeas alias ſemeias vel ſemma. Et hic enim in paleſtinorum certaminibus dū D
in locum qui dicitur maxilla aciem poſuiſſet et rurſus hebręi metuentes eorum exercitum refugerent
Solus eorum aciem exercitumq; portauit. Quorū alios quidem proſtrauit: alio autem non ferentes
eius vim et fortitudinem perſecutus eſt conuerſos in fugam. Hęc igitur opera manuum ac prę liorum:
tres iſti demonſtrauerunt. ¶ Quo tempore cum rex eſſet in hieroſolymis: paleſtinorum ad bellan-
dum ſuperuenit exercitus. Tunc dauid quidem in arcem ciuitatis aſcendit ſicut prediximus vt de bel 2. Re.
lo conſuleret deum. Caſtra vero inimicorum erant in valle fixa vſq; ad ciuitatem bethleem: quę ab hie c xxiij
roſolimis procul eſt ſtadiis viginti. Dauid itaq; ſocis ait. Bonam aquam habemus in regione mea. Et
prę cipue laudabat eam quę erat in puteo iuxta portam mirabaturq; ſi eſſet qui ex eo poculum ei prę-
beret: quod magis optaret quam ſi quis ei magnaz pecuniam ad tempus offerret. Et hęc cum audiſ-
ſent iſti tres viri mox occurrentes et per medium hoſtium iter faciēdum iuerunt ad bethleem: & hau
Apportatio a quę periculoſa de bethleem p medios hoſtes danid eā appe tente qua dela ta noluit bibe re rex rientes aquam denuo ad regem per eorum caſtra reuerſi ſunt ita vt paleſtini eorum fiduciā & magna
nimitatem obſtupeſcentes quia ſic pauci eos contemnerēt et a dimicatione ceſſarent. Delata ſiquid ē
aqua noluit bibere rex quaſi de periculo et ſanguine hominum ſibi fuiſſet adducta: et propterea non
eſſet bibenda libauitq; eam deo: pro ſalute virorum gratias egit. ¶ Poſt iſtos autem fuit ioab frater
abeſſa. Is enim vna die hoſtium nongentos occidit. ¶ Quintus fuit banaias genere ſacerdos qui pro- 2 Re. c
uocatus a viris inſignibus in moabitide regione: ſua eos virtute interfecit. Rurſus autem cum vir egy- xxi iij.
ptius genere proceritate mirabilis eum prouocaſſet: nudus armatum ipſius iaculo proſtrauit: ac perdi
dit. Nam auferens eius iaculum: et viuum adhuc pugnantemq; ſpolians armis eum propriis ac intere
mit. Annumeretur autem et hoc predictis eius actionibus aut tanq̄ primum magnanimorum eius
operum: aut quaſi non diſpar. Quadam tempeſtate cum ningeret in puteum lapſus incidit leo: & cum
os putei anguſtum eſſet latebat abſconſus: nec apparebat. Erat enim ipſum orificium niue damnatū
Nullum ergo egreſſum leo videns nec ſalutis exitum rugiebat. Banaias autem audiens beſtiam pro
clamantem dum iter tunc ageret, accedens ad puteum in eo deſcēdit et baculo quem portabat in ma
Banaias leonez baculo proſtra uit. Alioruz for tiſſimorū no ia ponuntur in bi blia inter quos tamen nō noia tur ioab nota cauſam in glo nico. de lyra. nu beſtiam repente proſtrauit. ¶ Tales igitur virtute fuerunt et reliqui numero triginta tres. E

¶ Numerari populum mandat dauid moſaici mādati oblitus qui ſibi iratum deum (declaran-
tibus prophetis, cognoſcens orat veniam poſtulans qui per gad prophetam trium ſupplicionum optio
conceditur famis ſcilicet belli vel peſtis quorū communē regibus & plebeis paſſionem dauid elegit
ſtem qua ſeuiēte ab hora matutina vſq; ad horam prādij hebreorum ſeptuaginta milia peremit quo
dauid angelum euaginato gladio videntē ſuper hieruſalem petit deum vt ipſe qui peccauit puniatur
et ceſſet dei furor perſe gregem: qui nihil deliquerat. Exauditus itaq; dauid altare edificauit (altaris lo-
co ab o ma quinquaginta ſiclis cōparato) vbi prius Abrahā filium voluit ſacrificare ibiq; templum po
ſtea fore conſtruendum prophetice p filium ſuum dauid prędixit. Capi. xix.

Numerari po pulum mandat dauid moſaici mādati oblitus Numerū filiorū iſrael dedit io ab abſq; tribu beniamin quā non potuit nu merare neq; tri bum leui.

BEx autem dauid volens agnoſcere quod eſſēt milia populi totius eſt oblitus mandati mo- 2 Re. c
ſaici quod prędictum fuerat vt ſi dinumeraretur populus pro vnuſcuiuſq; capite deo ſiclus xxiiij.
pręberetur: prącepit ergo ioab principi militię vt pergens in vniuerſum dinumeraret exer-
citum quo dicente non eſſe neceſſe hoc: non acquieuit ſed iuſſit numerum hebreorum inſegniter ad-
implere. Ioab autem ſumens tribunos et ſcribas & peragrans iſrahelitarum prouintiam conſiderata
multitudine quanta eſſet hieroſolima remeauit ad regem poſt menſes nouem & viginti dies obtu- F
litq; numerum regi abſq; tribu beiamin. Hanc enim dinumerare non potuit neq; tribum leui. ¶ Peni-
tuit ergo dauid q̄ dinumeraſſet: eo q̄ deliquiſſet in deum. Fuit ergo aliorum iſrahelitarum numerus
nongenta milia virorum arma ferentium et militiam exercete valentium. Iuda vero tribus per ſe ſolā
habuit quadraginta milia. ¶ Prophetis itaq; declarātibus dauid quia ei deus iraſceretur upplicare ce
pit eumq; rogare vt propitius eſſet et veniam peccati concederet. Tunc gad prophetam miſit ad eū
deus: tres ſupplitij conditiones portantem vt earum quam probaret eligeret vtrum vellet famem in
prouintia generari annis ſeptem an tribus menſibus pugnando vinceretur ab hoſtibus an certe mor-
bus & langor accederet tribus diebus hebręi. Ille vero in anxietate huius electionis omnium rerum
peſſimarum incurrens tribulabatur: & vehementer animo videbatur eſſe confuſus. ¶ Cumq; pro- 2 Re. c
pheta diceret hęc omnimodis iminere & reſponſum velociter exigeret vt electam ab eo conditionem xxiiij.
deo renunciare cogitans rex quia ſi famen eligeret contra alios facere videretur: quando ipſe quidem
habens multa frumenta non pateretur inopiam: reliquis vero eſſet anguſtia: iterum ſi eligeret trium
menſium victoriam hoſtium ipſe quidem habens circa ſe viros fortiſſimos et cuſtodes nichil omnino
metueret: neci vero exercitus ſubiaceret: inter hęc autem communem potius paſſionem et regum
ſubiectorum elegit in qua timor omnibus eſt equalis: dicens quinq̄ multo melius eſt in dei magis q̄

Melius eſt in dei manus q̄ hoſtium.

in hostium manus incidere. ¶Hec audiens propheta renunciauit deo. Qui morbum misit & interitū
A in exercitum hebreorum. Moriebantur enim non vno modo vt facile languor potuisset agnosci/ sed
mors quidem inerat multis lāguorum occasionibus & quę non possent cognosci facile perībāt. Alius
enim super alium moriebatur. & latenter imminēs malum velociter ferebat interitum. Alij siquidem
repente cum vehementibus doloribus & amaro gemitu animam relinquebant. Alij vero ipsis passi-
onibus marcescebant: ita vt neq; curam exhibere corporibus prevalerent/ sed pro labore deficerent.
Alij autem repentinis tenebris abripientibus suffocati protinus expirabant. Alij autem super mortu-
os quos sepelliebant/ ipsi quoq; moriebantur: imperfectas pariter relinquentes sepultūras. ¶Incipien
te vero pestifero languore eos ab hora matutina perimere vsq; horam prandij: cōsummata sunt milia
septuaginta. Extenditq; angelus manum suam ad hierosolymā/ vt etiam illi pestem languoris inferret
¶Rex autem sacco indutus sedebat interrogans deum & supplicans vt morientium leuigaretur inte
ritus. Tunc rex respiciens inter ea & videns angelum euaginato gladio in hierosolymā ꝓphetante cla
mauit ad deum dicens iustū esse vt ipse puniretur qui pastor erat: & greges qui nichil dereliquerāt ser-
uarent. Et in se poscebat iram dei conuerti/ & in generationem propriam peruenire supplicium: vt in-
noxio populo parceret. ¶Exaudiens vero deus eius prēces/ cessare fecit interitum: & mittens Gad ꝓ
phetam prēcepit vt ad aream Iebusei ornei alias orna repente conscenderet: edificans illic altare deo
vt hostias immolaret. Audiens hoc dauid non siluit: sed mox in loco vbi prēceptum fuerat libauit. Or
na vero terebat frumentum. Cūq; vidisset regem/ & eius pueros omnes venientes: cucurrit ad eum &
adorauit. Erat enim quidam genere Iebuseus: Dauid autem prēcipuus amicus. & propterea ei nichil
B mali fecit quando ciuitatem sicut prędiximus deuastauit. Cumq; orna interrogaret cur dominus ve-
nisset ad famulū suum/ dixit vt aream compararet ab eo quatenus altare in ea constituens domino ho
stias immolaret. Qui & aream dixit & aratri boues ad holocaustum se prębiturum & deum oraturum
vt sacrificium grate susciperet. Rex autem eius quidem simplicitatem & magnanimitatem dīligere se
professus/ munusq; suscipere. prēcium vero eum rerum omniū accipere postulabat: dicens non esse iu-
stum gratis sacrificia celebrare. Dicente autem orna vtquod vellet efficeret quinquaginta siclis ab eo
comparauit. Et edificato altari sacrificia fecit/ & holocaustum celebrauit/ & hostias pacificas immola-
uit: quibus deum placuit. & denuo propicius est effectus. ¶In illo siquidem loco aliquando contige
rat abraham offerre filium suum ysaac: quādo cumiā paratus esset occidere filium & in holocaustum
exhibere iprouiso aries apparuit & altare circūstetit. quē abrahā pro filio suo sicut p̄diximus īmolauit.
¶Vidēs autē rex orationē suā exauditā a deo/ & sacrificiū grate iusceptū: decreuit vt ille locus area to-
tius ppli vocaret. Quā vocē nimirū oportune tam tunc ꝓ tēplo illic deo edificādo premisit. Deus eni
misit ad eū ꝓphetā & dixit tēplū illic eius filiū suū esse facturū qui esset ei successurus in regnū.

HYSTORIA TERTII LIBRI REGVM INCIPIT.

¶Prēparata p dauid ad tēplū cōstruēdū materia ordinatisq; artificibus & nūeratis salo. filiū regni suc
cessorē ad virtutes amplexādas exhortat: & vt tēplū deo edificet/ p̄cepitq; ppli pricipibus in hmōi cō
structiōe filiū iuuare cōstructoq; tēplo archā & sacra vasa illic mādauit recōdere.

Ca xx.

C POst hanc itaq; prophetiā iussit rex dinumerare colonos. & inuenti sunt centū octoginta milia
Ex his eni instituit lapidū cesores octoginta milia. aliam vero multitudinē vt lapides veherēt
deputauit: ex qbus tria milia quingentos laborātibus prepositi. ¶Prēparauit autem ferrum
& es ad opera: & ligna cedrina valde procera. hęc mittentibus sydonibus quibus mandauerat vt ei
hanc materiam ministrarent. amicis vero suis hęc dicebat se tunc gerere: vt regnaturo post se filio prę-
paratam materiam ad opus fabricę derelinqueret. & non tunc cum esset nouus & inexpertus propter
etatem circa talia laboraret. sed habens hęc prēparata citius opus impleret. ¶Vocans autem filiū sa-
lomonē p̄cepit ei vt succedens in regnū templū edificaret deo/ dicens quia eū volentē hoc facere pro-
hibuisset deus bellis & humano sanguine sordidatū. & prędixisset quia salomon iunior filius edifica-
ret tēplū. & quia vt hoc noie vocaretur nō ipse tanq; ꝓspexisset: ſ deus ei ꝓmisisset ꝓuinciā hebreorū
eius tpe sore fœlicē. & alijs bonis & pace quod est omniū valde prēcipuū: sed & bellorū atq; seditionū
intestinarū futuram maximam libertatem. Tu igitur inquit quando & ante natiuitatem a deo rex for-
monstratus es. enitere etiam in alijs prouidentia eius dignus esse & prius existere simul & iustus & fore
tis. Mandata quoq; eius & leges quas nobis per Moysen tradidit & tu conserua: et alios nequaq; prę-
uaricari permittas. Templū autem qđ te regnante sibi fieri ipse prēcepit deo reddere festinato. Nō pa
uescas magnitudine opis nec labore terrearis. Cūcta nāq; tibi añ meū obitū ꝓparabo. Scito siq̄dē auri
talenta iā collecta decē milia: argēti vero cētū milia talētoꝝ. Ferri vero & eris pōdus qđ & numerū pos

i.j.

Varia pestis spe cies sup hebre os.

Nūerus mortuo rū a mane vsq; prandium.

Exauditus da uid altare edifi cauit p̄cipiente gad ꝓpheta & libauit.

Orna Iebuse us dauid ami cus qui i biblia vocatus est area

Dauid locū alta ris ab orna qn qginta siclis si bi cōparauit.

Impositio nis loco illi vbi post ea tēplū p filiū fore cōstruēdū dauid p̄dixit ꝓ phetice

Colonoꝝ nūe rus quoꝝ partē lapidū cesores i stituit partē ali am vectores de putauit.

Dauid ad salo monē regni suc cessorē exhorta tio vt templum deo edificet.

Exhortat: da uid salomonē fi liū suū ad virtu tes ąplexandas

set excedere preparauit:lignorum & lapidum maximã copiam. habes autem & super hęc & qui lapides possint cedere & fabricas instruere multa milia virorũ:et si quid his defuerit adijcere non moreris. Esto igitur optimus gubernator deum habendo patronum. ¶ Precepit ergo principibus populi D
quos fabricare preceperat filium adiuuare & bonis omnibus abundantes circa dei vacare religionẽ
dicens pro his fruituros pace simul & quiete quę deus iustis & pijs omnibus cõsuetus est ꝓpensare
Precepit edificato tẽplo intus archã ponere. Edificato siquidem templo archam precepit illic & sancta vasa recondere.dicens q; ante multum tẽpus hoc templum habere debuerant nisi patres nostri deo inobedientes fuissent. cum deus vtiq; sibi templum postꝙ hanc terram obtinuerant edificare ꝓcepit.Hęc itaq; ad principes suos dauid et ad filium locutus est.

¶ Dauid senio confectum(concilio inito)abisach virgo dormiẽs secum calefaciebat quę integra permansit:adonias itaq; quartus filius dauid regnũ ambiens paternum(ioab & abiathar sibi fauentibus) fratres suos cum suis fautoribus ad cõuiuium vocat:spretisq; salomone fratre & sadoch sacerdote & nathan propheta.quo cognito bersabeę regem(consiliante nathã) pro regno salomoni ipetrando aggreditur.ad quem etiam propheta nathã accedit de futuro rege sermonẽ faciens quibus iurauit rex salomonem post se regnaturũ ipsumq; regio iumento impositum foras ciuitatem deduci & oleo sancto inungi in regem precepit. ficq; regio collocato salomone solio letati sunt populi magnam facientes festiuitatem.

Cap.xxj.

Dauid senio cõfectum cõcilio abisach virgo se cũ dormiẽs calefaciebat manẽs integra.

ET cũ esset iam senex & corpore frigidus:ita vt propter etatem sic algeret vt neq; multis pelli 3.R.c.i
bus adopertus calefieri posset.congregati medici & conciliũ facientes tentauerũt vt ex omni regione hębreorum speciosa virgo eligeretur quę cum eo dormiret.Hinc enim contra frigus fore remediũ vt eum puella virgo foueret. Ad quam rem adolescentula in ciuitate reperta est quę mulieres pulchritudine sua cũctas excelleret:nomine abisach:que dormiens solũmodo cum rege calefaciebat eum.Rex autem ad causas venereas(quę iam senectute defecerãt)ad coitum mulieris nõ valebat. E.

¶ Quartus igit filius dauid iuuenis speciosus atq; ꝓcerus ex muliere agith natus noie adonias q̃ post absalon fuerat procreatus habens regnandi superbiã dicebat amicis quia ipsum oporteret in regnum succedere:fecitq; sibi currus multos & equites/& quinquaginta viros procurrentes instituit.Quę cum videret pater non corripuit eum/neq; impetũ voluntatis eius abstinuit donec agnosceret pro qua causa talia cogitaret.Habuit autem adonias huius rei cooperatores principem militię Ioab & abiathar sacerdotem/ cui solummodo resistebat sacerdos sadoch/ & natham propheta & banaias qui supra corporis custodes fuerãt: & simas amicus dauid:& omnes viri fortissimi. ¶ Cumq; preparasset adonias cenam extra ciuitatem circa fontem qui erat in orto regali:& omnes fratres preter salomonem illic vocasset:necnon & principem militię Ioab et abiathar: & principes tribus iuda sadoch solũmodo sacerdotem & natham prophetam & banaiam & omnes diuerse voluntatis ad conuiuium non vocauit.

Adõias fratres ꝓter salomonẽ ad conuiuiũ vocat.

Cõciliũ nathan ꝓphete datum bersabeę pro regno salomoni ipetranda.

¶ Hęc autem mater salomonis bersabeę nathã propheta nũciauit dicens .Adonias rex est:.& dauid hoc ignorat.Deditq; illi conciliũ vt saluaret se & filium suũ salomonẽ/& ingressa ad dauid diceret ei sola/quia ipse quidem iurasset post se regnaturũ salomonẽ.& quia adonias iam teneret imperiũ.Qua regi loquente ,propheta se asserut ingressurũ & eius verba sub testimonio firmaturũ.Credens autẽ verbis prophetę bersabeę introiuit ad regem.Et cum solẽniter adorasset silentio ei omnia quę propheta monuerat explicauit conuiuiũ Adonię. & vocatos ab eo Abiathar sacerdotẽ/& Ioab principẽ militię & eius filios absq; salomone/& necessarios eius amicos non vocatos insinuans:dicebat ei quia omnis populus sustineret quẽ rex ordinare vellet/ rogans vt haberet in animo quia post mortẽ eius ille regnans eam & filium eius vna perimeret. F

Nathã ad dauid igressus de futuro rege sermonẽ facit.

¶ Cumq; adhuc loqueretur mulier cũ rege:nũciauerunt ei 3.R.c.i
quia nathã eum videre vellet rege iubente vt veniret. Ingressus natham interrogauit si ea die regem fecisset adoniam & ei principatũ populi tradidisset:dicens eum splendidũ valde fecisse conuiuium.& omnes regis filios preter salomonem ibidem inuitasse.& principem militię Ioab qui cum plausu nimio epularĩ/ & lusu alias lusso eternum eius optabant efficere principatum: adiciens.neq; me inquit neq; sacerdotẽ sadoch vocauit:nec banaiam qui supra corporis custodes erant positi:& iustum esse vt omnes agnoscerent si eius factum fuerat voluntate. ¶ Hęc dicente Natham precepit vocari bersabeę. Paululum namq; e cubiculo discesserat ingrediente propheta.¶ Cumq; venisset mulier:rex ad eam. Iuro te inquit tibi per deum nostrum excelsum:filium tuum Salomonem esse regnaturum sicut & primitus iurauit:& hunc super meum solium forę sessurum:& hoc hodie celebrandum.Cumq; mulier adorasset eum/& longeuam ei optasset vitam:sadoch sacerdotẽ & et banaiam vocari precepit. Quibus veniẽtibus iussit vt sũpto nathã ꝓpheta & armatis q circa aulam regiam residebant: imponẽtes eius filium salomonem in iumento regio foras ciuitatem ducerent:ad fõtem qui dicitur geon:& eum oleo sancto vngentes cõstituerunt regem, Sadoch sacerdotem & Natham prophetam hoc celebrare pre-

Iuramentũ dauid de salo. regnaturo.

Iubet dauid salomonem regio iumẽto ipositu; iungi in regem.

cepit: sequenteſq; per mediam ciuitatem tuba canerent clamantes ſeternum viuere regē ſalomonē &
A eum ſedere in ſolio regio conſtituerent: vt agnoſceret omnis populus q̄ ei traditum a patre fuiſſet im-
perium. Salomoni vero mandauit de regno: vt pie ac iuſte circa hebream gentem & tribum iuda vi-
ueret. Cumq; banaias optaſſet vt eſſet deus propitius ſalomoni: repente inſigniter & nullam habētes
moram impoſuerūt ſalomonem in regia mula / educenteſq; eum extra vrbem ad fontem & oleo vngē
tes introduxerunt rurſus in ciuitatē fauentes et longeuū fieri regnum eius deprecātes. Deinde veniē-
tes ad domum regiam eum ſedere fecerunt in ſolio regis. Tunc omnis populus mox cōuerſus ad epu
las & magnam feſtiuitatem: letatus eſt in calamis aliiſq; muſicis organis delectabatur exultans ita vt
diuerſitate organorum et melodia muſica omnis terra & aer vndiq; echo reſonaret.

Salomon in regio ſolio collocatus lētāte populo.

¶ Audita ſalomonis vnctione adonias & qui cum eo erant turbati ſunt et fugerunt: ſed ſalomon
(cognito q̄ adonias timens altaris cornu teneret) vocauit eum ſibi peccatum cōdonans cōuocatis in-
ſuper omnibus populi principibus ſacerdotibus & leuitis manifeſtauit dauid ſe Salomonem filium ſu
um regem effeciſſe: ordinauitq; circa templi fabricā officiarios iudices ianitores et cantores et ex do-
mo eleazar ſacerdotis ſexdecim. ex domo autem ithamar octo ebdomadarios inſtituit: & eos / qui de
germine moyſi erant) eminentes pręcepit honorare. diuiſit quoq; exercitum per duodecim cohortes
vnicuiq; cohorti iudicem inſtituens. Capi. xxii.

Audita ſalomonis vnctione timuit adonias & qui cū eo erant. Ionatha Abiathar ſacerdotis filio que fctā ſūt cōtra ſalomonē nunciante fugit adonias & qui cū eo erant.

3.r.c.i. CVmq; ſenſiſſet clamorē adonias & qui conuiuio eius pręſentes erant turbati ſunt. Dicebatq;
ioab non ſibi placere ſonum tubę quem audiebat. Dumq; de cunctis in conuiuio conſtitu-
tis nullus guſtaret cibū. ſed omnes diuerſis cogitationibus ihererent: cucurrit ad eos ſacer-
dotis abiathar puer nomine ionathas. Cumq; vidiſſet adonias iuuenē & dixiſſet boni eum
nūciį fore / ille eis pandit vniuerſa de ſalomone & volūtatem regis dauid aperuit. Exilienteſq; mox e
conuiuio adonias & omnes qui vocati fuerāt a ſede regali fugerunt. Metuens autem adonias regem
B pro his quę fuerant geſta: ſupplex factus eſt. ¶ Et dum cornu altaris teneret hoc feciſſe eum nūciatū
eſt Salomoni: & quia rogaret vt ab eo acciperet iuſiurandum: & quia non haberet rex circa eum hu-
ius facti memoriam: nec mali aliquid ſuſtineret. Ille vero manſuete miſit temperanter egens: et ab illo
quidem eum dimiſit illeſum. dicens q̄ ſi reperetur aliquid denuo nouitatis proferre: ipſe punitionis
auctor exiſteret. et mittens iureiurando prębito euocauit eum. Qui dum veniſſet & adoraſſet / iuſſit
eum ad domum propriam remeare nichil de cetero metuentē: vt tameri bonum pro ſua maxima vti
3.r.c.2. litate exhiberet admonuit. ¶ Volens autem dauid oſtendere totius populi ſe filium regem effeciſ-
ſe / cōuocauit principes vniuerſos in hieroſolyma & ſacerdotes et leuitas: & dinumerans eos primum
inuenit ab anno triceſimo vſq; in quinquageſimū exiſtentes triginta octo milia. Ex quibus inſtituit
curatores fabricę templi / viginti tria milia: iudices autem populi & ſcribas eorum ſex milia: ianitores
autem domus dei quattuor milia: totidē qui hymnos dicerent deo cantantes in organis quę dauid ſi
cut pręliximus inſtituit. Diuiſit autem eos etiam per generationes: & ſegregans ex tribu ſacerdotes /
inuenit eorum generationes viginti quatuor. ex domo quidem eleazar ſexdecim & de ithamar octo
& pręcepit vt vna / quęq; generatio miniſtraret deo per dies octo / a ſabbato vſq; ad ſabbatum omniū.
et ita generationes ſortem acceperunt pręſente dauid & ſadoch et abiathar ſacerdotibus & principi
bus vniuerſis. Et prima quidem generatio conſcendens ſcripta eſt / prima & ſecunda pariter & tertia.
et conſequenter vſq; ad viceſimam quartam: & hęc diuiſio permanſit vſq; ad pręſentem diem.

Dauid (omnibus cōuocatis principibus & ſacerdotibus & leuitis) manifeſtauit ſe filiū regē effeciſſe.

C ¶ Fecit autem & de tribu leuitarum partes viginti & quattuor: et ſortiti eodem modo cōſcenderunt /
vt ſecundum ſacerdotium octo diebus ipſi quoq; miniſtrarent. Inſtituit autem eos qui erant ex ger-
mine moyſeos eminentius honorare. & fecit eos cuſtodes theſaurorū dei atq; vaſorum quę reges deo
dicare contingeret: Iuſſitq; omnibus de tribu leui ſimul & ſacerdotibus vt ipſi die noctuq; deo ſerui-
rent ſicut eis pręceperat moyſes. ¶ Poſt hęc autem diuiſit exercitum in cohortes duodecim cum du
cibus ſuis & centenariis et tribunis. habebat autē vnaquęq; cohors viginti quatuor milia virorū quos
obſeruari pręcepit per trecentos dies a prima hora vſq; ad nouiſſimam ſalomonē regem cum cente-
nariis & millenariis. ¶ Conſtituit autem iudicem vniuſcuiuſq; cohortis quem bonum iudicauit & iu
ſtum: & tutores theſaurorum & vicum & agrorum: alios autem iumentorū quorum nomina non cre-
didi neceſſarium reminiſci.

Diuiſa tribu leuitarū ſecundū ſortē eos qui ex germie moyſeos erant pcepit dauid magis honorare.

Vnicuiq; cohorti iudicē inſtituit

¶ Conuocatis in eccleſias principibus populi & ducibus de templo edificando verba facit:
monetq; filios ſuos vt non grauiter q̄ ſalomonē fecerit regem ſed eum tanq̄ electum vt dominū ho-
norarent: hortaturq; ſalomonem mandata dei cuſtodire: cui omnibus videntibus deſcriptionē tem-
pli & cōſtitutionē tradidit quāq; edificationem omnes magno ſtudio amplexati ſunt oblationes ma
ximas condonantes proſtratiq; in terra gratias ipſi dauid referunt. ſecundo quoq; & ſalomonem in
regem vnxerunt. Capitulum. xxiij.

Dauid ad oēs officiarios de edificando tēplo verba facit.

QVmq; hęc singula prędicto modo distribuisset: conuocans in ecclesiam iudices hebreorum & principes tribuum & duces cohortum & qui in vnoquoq; actu aut qui super possessionē regiam fuerat constitutus: stansq; in excelsiore solio rex ait. Fratres nosse vos volo quoniam templum deo edificare deliberans: aurum multum preparaui pariter & argentum centum milia talentorum. Deus autem prohibuit me per nathan prophetam propter bella quę pro vobis gessi ex inimicorum cedibus pullutam habens dexteram/ ei templum edificare sed filium michi successurum in regnum hoc implere precepit. Nūcio itaq; quoniam dum pater noster iacob duodecim filios habuisset in istis iudam fuisse regem. & meipsum cum sex fratres haberem prępositū: et ab eo percepisse regnū et nullum meorum grauiter hoc tulisse. Et ego posco meos filios vt non inter alterutros seditiones exerceant: salomone regnum suscipiēte: sed agnoscentes q; eum deus elegit ferant eum libēter vt dominum. Non enim grauis debet esse dei voluntas quando nō extraneo seruiūt sed magis letentur in fratrem honorem imperiumq; possidentem: eiq; participantes. Oro itaq; vt promissiones dei perducantur ad finem: et fœlicitas in cuncta prouincia seminetur/ omniq; tempore teneatur: sicut etiam sub rege salomone est ipse pollicitus prebiturū. Erunt autem hec firma & terminū bonum habitura. si piū & iustum et custodem paternarū legum temetipsum o fili prebueris. Si vero has non custodieris/ mala scito te esse passurum. Rex itaq; dum hęc complesset verba: cessauit. ¶ Descriptionē vero et constitutionem edificij templi omnibus videntibus salomoni tradidit quemadmodū fundamenta domus & superiora et quanta & qualis altitudo & latitudo fieret: necnon quanta vasa aurea & argentea: quorum pondus ipsa decreuit. Monuitq; eum sermonibus vt omni instātia immineret in opere vtq; principes & leuitarum tribus cum eo pariter laborarent propter eius etatem: & q; cum deus illum eligeret qui & fabrice templi & presul esset imperij/ facile illis & non valde laboriosum edificium fore dicebat. cum ipse auri multa talenta plurima vero argenti & ligna: dum & fabrorum multitudinem & lapides cedentium prępasset: necnon smaragdos & alios lapides preciosos. sed & nunc oblationis primitias faciens. alia tria milia talentorum auri purissimi se prębiturū esse dicebat: ad aditum & cursum dei faciēdum de quo cherubin essent: sub quibus cōstituerent archam. ¶ Cumq; tacuisset dauid principibus & sacerdotibus atq; leuitis multum studium oblationis habentibus & promissiones claras & magnificas exhibētibus/ quę etiam sunt implete oblata ab eis sunt auri quidem talēta quinq; milia & stateres decem: argenti vero talenta decem milia/ ferri talenta multa milia. Sed & quicunq; preciosos lapides habuit/ obtulit. et inter thesauros dedit cōseruādos quorū agebat curam pronepos moyseos Iahis. In his itaq; omnis populus exultabat/ sed & dauid videns studium & munificentiā procerū ac sacerdotum & simul vniuersorū deum benedicebat magna voce patrem eum & genitorem omniū esse proclamans. sed & opificem rerum humanarū & diuinarum & quibus eum ipse prępossisse pręsulem simul & curatorem fecisset generis hebreorū & fœlicitatis eorum quorum ei prębuerat principatum. Inter hec autem orans & omni populo bona semper optans & salomoni filio mētem sanam & iustam et in cunctis partibus virtutem incolumitatē iussit: vt etiam populus benediceret deum. Illi vero prostrati in terra/ adorauerunt & egerunt gratias dauid pro omnibus quę eo regnante potiti sunt.

Oblatiōes principū sacerdotū & leuitarū & aliorū p tēpli edificio.

Populi grās dauid in terra prostrati agunt.

¶ Altera vero die deo hostias celebrauit: vitulos mille/ & totidem arietes: et agnos mille. quos in holocaustis obtulerunt. Sacrificauerūt pariter & pacificas multa milia ouium occidentes: & tota die rex festiuitatem habuit cum omni populo. Sed et salomonē secundo vnxerunt oleo regem fecerunt & sadoch pontificem vniuersę plebis: deducentes ad regalia salomonē et sedere facientes in solio patris. Ab illo namq; tempore ei cunctus populus seruiebat.

Secūda vnctio salomonis in regem.

¶ Monet moriens dauid salomonem iustum esse circa proximos & pium erga deum sed & iniquitatem ioab punire cōmendatq; berzelai filios in recompensationē patris et semei blasphemiā decenter pręcipit vlcisci. Sicq; mortuus dauid anno etatis septuagesimo laude dignissimus & a principibus imitandus sepultusq; in hierusalem diuitias tantas reliquit q̄tas nullis neq; hebreorum neq; gentilium rex habuisse dignoscitur: quarum diuitiarum tempore hiscani & tempore herodis manifestum habitum est testimonium.

Cap. xxiiii.

Monitio dauid morientis ad filiū salomonē.

POst paululum vero tempus & dauid egritudine et senectute cōfectus sciensse moriturum. vocauit filium salomonem & hęc ei locutus ē. Ego quidem o fili iam ad vniuersorū debitum ad pres procedam meos cōmune gradiens iter oim q̄ nūc sunt qq; futuri sunt: illic pgens vñ nō licet vlterius remeare. & quę in hac vita gerūt agnoscere. Quapp̄ter adhuc viues iuxta mortē cōstitutus ea te moneo quę dudū edixi suadēs tibi vt sis qdē iustus circa subiectos: pius aūt circa deū: q; tibi dedit iperiū: atq; mādata serues & leges q̄s ad nos p moysen ipse trāsmisit: et neq; gra neq; inimicitijs neq; cōcupiscētia neq; alia passione cōstrictus: has forte cōtemnas. Dei namq; fauorē amittis si legis pręuaricator fueris. et ediuerso eius prouidentiam in te conuertis si talis fueris qualem oportet esse

Debitū vniuersorū est mors

rectorem imperij. Sed etiam ego deum exoro vt genus nostrum regnum tēpore vniuerso possideat
A nec altera domus habeat hebreorum principatū: sed vt nosipsi per secula eterna regnemus. ¶ Esto
autem memor iniquitatis ioab: qui per zelum occidit duos militię principes iustos et bonos abner
3.r.c.2. filium ner et amasam filium iethra: quorum mortem vt fuerit visum tibi defende: quoniā potior atq; potentior existens ioab penam hactenus declinauit. ¶ Commendo autem tibi et filios berzellei galaditis quos in omni honore et prouidentia conseruabis: hoc munus prestando michi. Non enim initium benefaciendi conferimus sed potius repensamus: quia pater eorum michi in fuge tempore ministrauit. ¶ Sed & semei filium gera de tribu beniamin qui multum mihi in fuga posito blasphemauit profic iscenti et postea remeanti recurrit ad fluuium iordanis et fidem accepit q̄ nihil mali tunc pateretur: nūc causam rationabilem requirens decenter vlisceret. ¶ Dumq; hęc filium monuisset de omnibus & amicis & his quos nouerat pena digitos: defunctus est cum vixisset annis septuaginta ex quibus regnauit septem annis in hebron super tribum iuda & menses sex: hierosolymis autem regnauit super prouinciam vniuersam annis triginta & tribus. ¶ Hic enim vir fuit optimus et omni virtute p̄enus quas esse oportet in regibus quibus tantarum gentium committitur salus fortis qualis non fuit alius. Nam in certaminibus quę propter subiectos habuit primus ad pericula properabat laborare et pugnare milites inuitans: ipse operando potius nō sicut dominus imperando. Ad intelligendum et considerandum de futuris et dispensationem presentium nimis idoneus castus: māsuetus benignus circa eos qui calamitatibus erant iustus et nimis humanus. In his autem quę regibus precipue co nueniunt in nullo penitus nisi q̄ circa vxorē vrię magnitudine potestatis deliquit. ¶ Re
B. liquit autem & diuitias quantas nullus alius regum: neq; hebreorum neq; gentium aliarum. ¶ Sepeliuit aut eum filius salomon in hierosolymis decenter nimis et alias res quę solent circa exequias regias ministrari: et multas diuitias cum eo recondidit. Magnitudinem ex his quę dicturus sum poterit quilibet agnoscere. ¶ Post tempus enim annorum mille trecentorum hyrcanus pontifex dum ciuitas obsideretur ab anthiocho rege qui pius cognominatus est filio demetrij volens dare ei pecunias: vt ab obsessione recederet et exercitum suum auferret: non habens vnde hoc adimpleret aperuit vnum locum sepulchrorum dauid: et sublatis tribus milibus talentorum partem dedit anthiocho: et ita nimitatem obsessionis amouit: sicut etiam in alijs indicabimus. ¶ Post hęc autem multo annorū tempore iā transacto: rursus herodes rex alium locū aperiens plurimas exinde pecunias tulit nullus autem eorum loculos regum inuenit. Erant enim sub terra mechanico modo reconditi: vt ingredientibus in monumentum nullatenus possent esse manifesti. Sed et his quidē hęc non indicasse sufficiāt

¶ Explicit liber septimus

¶ Incipit liber octauus antiquitatum

¶ Salomon regi (mortuo patre / omnibus fauentibus adonias / bersabee mediatricę) / Abisach petit vxorem quem iniuste petentem iracundia motus rex iubet occidi / matri sue prius constituto iuxta regnum solio) abiathar quoq; sacerdotem in exilium mittit domo ithamar priuata sacerdotio ioab quoq; (audita adonie morte) perterritus fugit ad altare vbi banaia (iubente rege) occiditur qui (occiso
C ioab / princeps militie constituitur et sadoch solus sacerdos semei quoq; / cui preceptum est in domo manere nec torrentem cedron transire) precepti transgressor occisus est.

Capitulum primum.

Dauid salomonē iniquitatem ioab punire admonet

Cōmēdat filios Berzelai recōpensationē bonorum receptorum ab illa.

Oblitus dauid anno etatis sue septuagesimo et regni eius sepi logus.

Laudes dauid valde notande et a pricipibus imitande.

Diuitie dauid

Sepultura dd in hierusalem.

Diuitiarūq; dauid testimoniū tēpore hircani pontificis aperietis dauid sepulchrum

Salomōi regiones pre mortuo fauerunt.

Adonias bersabee mediatricē procurans abisach petit vxorem.

3.r.c.2 Auid itaq; regis virtutem: quantorumq; bonorum auctor extiterit contribulibus suis qnantaq; pugnans gesserit: q̄ longeuus sit mortuus: in precedente declarauimus libro. Salomone vero eius filio adhuc etate iuueniculo susc̄ipienti regnum quem viuens adhuc pater dominum populi vniuersi voluntate dei constituit sedente videlicet eo in solio patris omnis equidem populus: sollemniter fauit. vt assolet in regis initio quatenus eius res optime gerētur: et usq; ad senectutē feliciter permaneret in regno. ¶ Adonias autē quietā patre adhuc viuēte tēpe fauerat regni culmē iuadere ingressus ad eā regis matrem bersabee eaq; hūiliter salutata requisitus ab ea si p̄ aliqua petitiōe venisset ediceret p̄mittēte se ei tota volūtate cōferre. Adonias ita locutus est nosti qdē: & ipa regnū: & ꝓpter etatē & ꝓpter populi volūtatē fuisse meū sed decreto dei ad salomonē tuū filiū peruenisse: me tñ dilecti profitetur: & gratis seruire. et libēter agere que gesta sunt, His dictis pariter postulauit vt apud filiū eius fratrē suum intercederet: eiq; suaderet dari sibi abisach quę cum patre eius dormierat vxorē dicēs quia pro senectute non eam pater agnouisset sed adhuc virgo consisteret. Berzabeę vero et ministraturam se in hoc negotio studio promisit: & nuptias promereri: propter vtrumq; quia & rex vellet ei prestare aliqb: & illa p̄ eo p̄na voluntate deposcere. Adonias autem spe nuptiarum letus abcessit Salomonis

Salomon matri solium iuxta regnum iussit apponi.

Petitio bersabee pro adonia quam salomon iniustam iudicauit

Iubet salomon adoniam occidi banaie

Salomon abiathar in exilium mittit ipsum a morte ꝑseruãs.

Domus ithamar sacerdotio priuatur.

Ioab (audita adonie morte) perterritus fugit ad altare

Iubet salomon caput ioab abscidi in sacrario.

Banaias princeps militię occiso ioab constituitur & sadoch solus sacerdos.

antem mater repẽte perexit ad filium locutura de quibus adonie supplicãti promiserat: & occurrẽte filio sibi eãq; complectente cum deduxisset eam ad locum vbi solium erat regiũ cõstitutum rex aliud soliũ a dextris matri iussit apponi. Cumq; sedisset bersabee: vnum inquit o fili munus petendi michi D. cõcedere nevelis q̃si difficille denegare tristẽq; discedere. Cui salomõ vt ipleret quod vellet ait: quia sanctũ esset matrimonia ꝑbere. Culpabat tamẽ eius petitionis initiũ: quia tanq̃ non habẽs firmissimã adeptionis spẽ: huiusmodi verba ꝓferret: et adhuc quicq̃ sibi negare metueret: Tunc illa rogabat vt virginẽ abisach adonie fratri donaret vxorẽ. Hoc verbum rex iracunde susciꝑs: dimisit matrẽ dicẽs quoniam adonias causas nimis eminẽtes appeteret & mirari se quomodo nõ posceret etiã regnum quę quasi seniori abisach dandam rogaret vxorẽ: qui potẽtes haberent amicos Ioab principem milicię: et abiathar sacerdotem. ¶ Mittens itaq; Banaiam q erat supra corporis custodes: fratrẽ adoniã precepit occidi. ¶ Vocans aũt et abiathar sacerdotem dixit. Dignum quidẽ mori hoc te liberat quia et cum patre meo sepius laborasti et archam cum eo in hac regione vexisti. Hoc aũt tibi ꝓpono supplicium eo q; fueris cum Adonia cõductus & consenseris: vt neq; hic moreris neq; ad faciẽ meã ingrediaris: sed pergens in tuã patriã inagris dẽgas. et hanc conuersationem donec viuis exercet o quoniã peccasti: et non est iustũ habere te sacerdotium. ¶ Sic igitur domus Ithamar sacerdotij honore priuata est ꝓpter ꝓdictã causam sicut deus anteaHely ꝓdixerat: trãsiuitq; ad genus phinees. i. ad sadoch ¶ De genere vero phinees: tẽpore quod ad domũ Ithamar sacerdotium trãsmigrauit: hely primo põtificatum accipiẽte: isti descendisse nꝓscuntur: qui a sacerdotio sunt priuati Vachar filius ioseph sũmi sacerdotis huius autẽ filius ioathan autem. Ioathan autẽ marioth Marioth vero asaphi. Asaphi vero 3.R.c.2 achitob. Achitob autẽ sadoch q primus a rege sacerdos est effectus. ¶ Igitur ioab militie priceps per emptũ audiẽs adoniã valde perterritus est: erat enĩ eius amicus potius q̃ salomonis & hoc periculum propter eius fauorẽ non irrationabiliter suspiscatus: fugit ad altare credens sibi cautelam religionis. interuentu pietatem regiã profuturam. Quod dum fuisset regi nunciatum mittẽs baniam iussit eum adduci: vt in eius iudicio satisfaceret. Ioab autẽ ait non se relicturum esse sacrarium: sed ibi potius q̃ in alio loco moriturum. Quod cum banaias renũciasset regi: ꝑcepit salomõ ibi sicut vellet caput abscidi E & hanc eum recipere penã pro duobus militie pricipibus quos indecẽter occiderat & eius cadauer sepelire vt peccata que gessit eius nunq̃ desererẽt genus: et ioab morte ipse paterq; eius esset inoxius Quod cũ fecisset banias: princeps ipse militie totius constitutus est exercitus. Sadoch autẽ solũ sacerdotẽ fecit in loco abyathar quẽ remouit. ¶ Semei vero precepit vt domũ sibi edificaret in hierusalem ibiq; maneret. et torrentem cedron transgredi non auderet Quod si trãscederet vltionẽ mortis incurreret. Super hãc minationẽ iurisiurãdi eum religione constrinxit. Semei autẽ hoc precepto salomonis gaudere se dicẽs atq; seruare: insuper adiciẽs iusiurandũ: relicta patria in ierosolimis habitabat. Transactis autẽ annis tribus audiens duos seruos qui ei fugerãt in geth cõmorari perrexit vt quereret eos Quo cũ eis reuertẽte. cognoscens rex quia & mandatũ eius & iusiurãdum spreuisset: grauiter hoc tulit eoq; vocato tu inquit iurasti: nõ te me esse relicturũ neq; ab hac ciuitate aliquatenus ad aliã recessurũ. Nõ ergo iurisiurãdi effugies vltionẽ: sed etiã pro quibus patrẽ meũ fugientẽ iniurijs affeciſti dabis nunc penas: vt cognoscas quia non impune lucrantur qui non repente pro sua iniusticia puniuntur: sed omni tempore quo se putant nihil patiendos in timore consistere crescit eorum pena: et causa maiore persentitur qua peccasse noscuntur. Tunc semei banaias iussu regis occidit.

¶ Salamone muris potioribus iherusalem edificãte egiptiorum regis filiam duxit vxorẽ Cuiq; in mõte hebron sacrificanti deus per somnũ apparuit promittẽs quicquid vtiliter vellet peteret optineret cuius petitio exaudita est & maiora sibi promissa sunt Cuius vtiq; approbata est sapientia prolata. inter mulieres meretrices indicio eius gloria in expensarum magnitudine manifestatur et sapientia in conscriptis canticis & parabolis Necnon scientia ipsius in omniũ arborũ iumẽtorũ aquatiliũ aialiũ 3.R.c.3 volatiliũ & terrestriũ naturali cognitione Sed etiã incãtationũ contra demones ad hominum vtilitatẽ noticia et institutione coniurationum' ostensa est.

Capitulum secundum.

Salomon regis egiptiorum filiam duxit vxorẽ muris q; hierusalem potioribus edificauit

OVmq; salomon iam regnum haberet firmum punitis omnibus inimicis duxit vxorem filiam pharaonis regis egiptiorum edificatis muris iherosolimorum multum potioribus atq; munitionibus: q̃ primitus extiterunt. De cetero maxima pace gubernabat imperium in nulloper iuuentutem circa iusticiam: legumq; custodiam aut paternorum mandatorum memoriam minor existens: sed cuncta quacumq; etate prouecti sapientia perfecti faciunt: & in tegritate precipua celebrabat. ¶ Placuit ei vt veniens in hebron in altari ereo quod fecerat moyses sacrificaret deo. Tunc ille mille oues obtulit in holocaustum Quod dum fecisset precipue deum visus est honorasse apparuit que ei ea nocte per somnium precipiens vt quedam sibi ꝓ cultu pie

A tātis peteret confiteri. Salomon autē optima et eximia postulabat: quę deus grate prębęret & viriliter homo perciperet. Non igitur aurū non argentum: non alias diuitias vt hō iuuenis sibi dari deprecatus est hęc enim apud multos sola putantur magna: et dei esse dona precipua. ¶ Redde michi domine mētem sanā: & prudentiam bonam vt circa populum iustum possim verumq; proferre iudiciū Hijs petitionibus placata diuinitas gloriam de inimicis & victoriam: prę omnibus intellectum ac sapientiam quale nullus alter hominum habuit: nec regum nec priuatorum seruaturumq; se etiam nepotibus eius imperium multo tempore esse promisit si iuste viueret: et ei obediret: patrisq; sui in optimis actionibus imitator existeret. Hęc audiens salomon dicta repente exiliuit a somno et adorans eū i hierosolimā remeauit et ante tabernaculū sacrificijs celebratis epulas vniuersis exhibuit. ¶ Hijs 3.r.c.3. itaq; diebus iudicium apud eū deductum est cuius terminum erat inuenire difficile. Cautā vero vī iudicium salomon prouenerat necessarium iudico proferre: vt legētibus iurgij nota sit difficultas Et si talia quidem inferātur: quasi ex imagine egregij decreti cito possint huiusmodi proferre sentētiā. ¶ Due ad eū mulieres socia cōuersatiōe venerūt quarū quę lesa videbatur prima cœpit hęc verba pferre habitabamus inquit o rex ego et hęc mulier in vna domo. Contigit autē ābabus vt vna die eadem hora pareremus transacta iam tertia die dormiēs hęc super suum filium incubuit & eū violēter occidit. Tollensq; meū ad se cōtulit: et mortuū in vlnas meas dormientis apposuit. Mane factō dū vbera porrigerem filio meū quidē nō repperi huius aūt mortuū michi adiacere cognoui. Et misera certius hoc turbataq; considerans: factum scelus ispexi vnde repetens meum filium et non recipiens: ad tuum domine remediū cōuolaui. Dum enim sole simus et nullum qui nos arguat metuamus contēpnens hęc denegare persistit. Hijs dictis: requisiuit rex quid allegare velletet altera. Qua negāte q; hoc fecisset: et dicente suū viuere filium: et aduersarie sue fuisse defunctum. Cū nullum posses inuenire huius rei iudicium: sed in eius descriptione omnium mens cohereret solus rex hutusmodi

Petitio salomonis a deo exaudita & vltra maxima pmissio.

Iudiciū salomonis inter mulieres meretrices.

quęstionem inopinanter exoluit iussitq; deferre et mortuum & viuum infantem locauitq; quendam
B armigerum prępiens vt euaginato gladio ambo diuiderentur infātes: vt vtreq; medietatē: et eius qui mortuus erat & qui viuebat acciperet. In hoc autē iudicio omnis quidam populus ignorans sententiam deridebat quasi ab adolescente rege prolatā. Inter hęc autē vera matre proclamāte ne hoc fieret: sed potius vt infantulus eius socie traderetur: sibiq; sufficere dicente vt tantum viueret eumq; videret: licet alterius esse putaretur: et ediuerso altera preparata vt diuisum videret infantē: insuper veram matrem tormentis affici postulante cognoscens rex vtriusq; voces de vero cordis fonte prolatas. reclamante quidem ne perimeretur infantulus iussit filium redonari. veram matrem eam esse cognoscēs. Alterius vero malicia accusauit quę necato proprio filio etiā suę amice natum videre cupiebat extinctum. ¶ Nocitaq; magnum exemplū & precipuum sapiētie & prudentię eius iudicium populus credidit vniuersus: & ex illo tanq; diuinum habētem sensum omnis inspiciebat. ¶ Isti siquidem principes militie & duces erant in omni prouincia. In tribu quidem effraim vrias in regione autem bethleem d'chis. Dorosen autē & maritimorum regionē abiā. Asaph habuit sub potestate sua
3.r.c 4 duces: duxitq; filiam salomonis vxorem. Campus autē maximus erat sub banaia filio bachi cui adiecta est terra ad iordanem vsq; protēsa. Galaditē vero & gauladiten vsq; ad montem libanū & censum sexaginta ciuitates maximas atq; munitas habēs sub se gabiar gubernabat eas. Achinadab aūt totius galileę vsq; ad sydonem curam habebat: & ipse duxit filiam salomonis nomine basina. Maritima vero quę circa arcē ciuitatis sunt posita habuit banach. fabath aūt montē tabir alias tabirū & car
C melum et inferiorem galileam. Regionē autem vsq; ad iordanem fluuium constitutā basan dispone bat. Semei autē sors beniamidis erat munita. Gabar autē habuit regionem positam transiordanem Et super omnes hos vnus positus erat princeps. Mirabile siquidem incrementū habuit & populus hebręorum & tribus iuda: conuersi ad terre culturam. Nam pace potiti. & ad bella atq; tumultus vlterius non abstracti insuper & desideratā libertatem adepti intemperantes erant circa substātias cōgregatas & eas potius semper extendētes. ¶ Erant autē regi & alij duces qui syriorum terras & alie
rorem illis annis in ea ꝓuincia ſe miſſurum niſi ipſe rurſus apparuiſſet. Et in his dictis cum iuraſſet abſceſſit ad partes auſtrales & habitauit circa torrẽtem quẽdam vndę poculi habebat auxilifi. Nam corui ei cibum quotidie deferebant. ¶ Cũq; fluuius ſiccitate nimia defeciſſet in ciuitate Sarepta nõ ꝓcul a ſydone tyroq; deuenit: quę ciuitas in harum medio conſtituta eſt: deus enim pręceperat cuidam illic mulieri viduę vt cibum ei pręberet. Et cum non procul eſſet a porta: vidit mulierẽ viduam ligna ſibimet colligentem cui cũ deus ſignificaſſet hanc eſſe quę ei cibum miniſtratura foret: accedẽs ſalutauit eam & ad bibendũ aquam ſibi tribui poſtulauit. Quę dũ prędederet denuo vocãs eam etiã panem ſibi popoſcit afferri. Illa cũ iuraſſet nichil intus ſe habere niſi modicũ farinę & paululum olei Et propterea prexiſſe ad colligenda ligna vt cõſperſa farina faceret ſibi ſuoq; filio panes cũ aliud nichil ſupereſſet niſi vt fame morerentur: ait propheta. Confidens perge & ſpe meliore conſiſte faciẽſq; primitus michi pabulum defer. Prędico namq; ꝙ tibi non deficiet hydria farinę neq; vas olei: donec dei gratia ymbrem fundat in terras. Hęc ei dicente propheta. veniẽs ea quę dixerat fecit & ipſa habuit pabulum & filio miſtrauit & prophete. nichilq; horũ defuit eis donec ſiccitas deficeret. ¶ Meminit etiam huius ſiccitatis & menãder in geſtis ithabali tyriorum regis ita dicens. Et ſiccitas ſuper eos facta eſt menſe yperberitheon: vſq; ad alium annum yperberithei. Qui dũ deo ſupplicaret. multa flumina ſunt emiſſa. Namq; ciuitatem botrã edificauit in phœnice: & aazan bliphſa. Et hęc quidẽ ait ſub achab factam ſignificans ſiccitatem. ¶ Hoc enim tempore etiam Itabulus alias ithobulus cuius fecit menander mentionem regnauit in tiro. ¶ Mulier itaq; quã pauloante diximus pabulũ prę-
3.r.c.17 buiſſe prophetę cum cecidiſſet eius filius in languorẽ ita vt animam dimitteret & mortuus eſſe videretur deflens & manibus ſemetipſam valde diſcerpens voceſq; quas dictabat luctus emittens. accuſabat apud ſe factam prophetę pręſentiam quaſi ipſe peccata eius arguerit. & ideo puer fuiſſet extinctus. Ille vero eam equo animo eſſe prącipiens. Et ſibi filium contradi dicens viuum ſe eum reſtituere promiſit. Qua tradente. portans eum ad locum in quo degebat & in lectulo collocans: clamabat
B ad deum dicens ꝙ nõ fuiſſet mulieri bñ repenſatũ quę illum ſuſceperat & nutrierat. cũ filius eius eſſet ablatus. Rogabatq; vt denuo animam puer reciperet atq; viuendi copia pręberetur. Cumq; deus & matris habuiſſet miſericoriã & velle prophetę rogantis annuere ne videretur ad eam pro leſione veniſſe cõtinuo vltra omnem opinionem reuixit puer. Illa vero gratias prophetę referens tunc apertę ſe cognouiſſe dicebat ꝙ loqueretur ei viuere diuinitas.

¶ Helia reuertente Abdian (qui ſeruiente hiezabel in prophetias dei centũ ocultans pauerat) ſibi occurrit quem ad regem mittit nunciaturũ ſe adeſſe. quo cognito Achab cõtra heliam iratus mox acceſſit ſed conſtãs helias populũ in mõte carmeli omneſq; filios prophetas petit cõgregari ſignoq; ꝓ veritatis experimento dato altare ex duodecim lapidibus cõſtruxit ad cuius preces ignis de celo ſcẽdens ſuppoſitas hoſtias cõcremauit falſis prophetis inutiliter ſacerdotibus quos omẽs occidi prę cepit orationeq; ſua pluuiam impetrauit. Ca.xix.

Ranſacto ſiquidem paruo tẽpore voluntate dei: pergebat ad regem achab futurũq; ei nũciaturus ymbrem. Erumna enim & neceſſarioꝝ inopia ꝓuinciam nimis inuaſerat: ita vt non ſolũ homines ꝓpter ſiccitatẽ ſed etiam cctera animalia fames afficeret
3 r.c.18 ¶ Rex igit̃ euocans quẽdam abdiam qui erat ſuper eius iumẽta. dixit ei vt ad fõtes aquarũ & torrentes ꝓgeret quatenus poſcua aialibus inueniret. Qui dum miſiſſet in cũctum orbẽ terrarũ ad querendum ꝓphetam helyam nec inueniſſet. precepit vt eũ etiam ipſe requireret. Quod dũ fieri placuiſſet & rex & abdiã ꝓ ſingula itinera prexerũt. ¶ Contigerat itaq; tẽpore quo hiezabel regina prophetas occiderat vt centũ prophetas iſte in ſpeluncis abſcõ-
C deret eoſq; ſolũmodo pane & aqua nutriret. ¶ Cum igitur abdias receſſiſſet a rege ꝓpheta helyas occurrit a quo requiſitus quis eſſet & agnoſcens eſſe ꝓphetam protinus adorauit. Cui propheta perge inquit ad regẽ & dic ei qm̃ adſum: cui ille reſpondit. Quid malę paſſus a me: illuc me dirigis. quo poſſim indubitãter occidi. An ignoras quoniã nullum reliquit locum quo nõ dixerit: vt te repertum ad caſum necis adducat. Putabat alias pręcauebat enim nedum regi nũciaret helia alibi diſcedẽte mẽ-
3.r.c.18 tiri videretur ac morti ſuccumberet. Commemorabatq; ei quãadmodũ cum hiezabel prophetas occideret. centum ipſe abſconſos et multos alios in ſpeleo liberaſſet. Cui propheta. Nichil inquit metuens ad regem feſtinans accede. Prębuitq; ei iureiurando religionem: quoniam illa die ad achab ipſe quoq; veniret. ¶ Dumq; regi nunciaſſet ꝙ vidiſſet heliam mox occurrit achab requirens cum grandi ira ſi ipſe eſſet qui in populo hebreorum ſopię auctor exiſteret. Tunc propheta in nullo formidãs ait eum potius mala omnia ꝓpetraſſe eiuſq; genus in illa prouincia deos alienos introduxiſſe & deũ qui ſolus eſt reliquiſſe. Sed nunc inquit omnem populum ad montem carmelũ prącipe congregari necnon prophetas tuos pariter & vxoris tuę ſacerdotes quotcũq; ſũt numero. ꝓphetaſq; lucorũ qua

Corui cibũ deferebant helię.

Helyas in ſarepta ciuitate apd viduã receptus farinã & oleum nõ deficere ꝓdixit.

Menander meminit huius ſiccitatis.

Helias mortuũ filium viduę ſuſcitauit.

Oro helyę ad deum ꝓ ſuſcitatione filij viduę.

Helias reuertit ad achab

Rex abdiã ſuę domus diſpenſatorẽ mittit vt fõtes aut torrentes inueniat.

Helias occurrit abdię quẽ mittit ad achab nũciaturũ ſe adeſſe.

Nunciante abdia heliã adeſſe achab mox occurrit cũ ira cõtra heliam.

si quadringentos qui dñ omnes ad prędictũ montem achab euocante veniſſent ſtans in medio helyas ait. Quousq; diuiſam mentem & voluntates habentes: in hac conuerſatione conſiſtitis. Siquidẽ putatis noſtrę puincie verũ deum & ſolum eũ ſequimi & eius mandata ſeruate. Si vero hoc nõ exiſtimatis ſed peregrinos creditis & illis exhibẽdam etiam putatis eſſe curam alias culturã eis nichilo minus obedite. ¶ Cumq; populus nichil ad talia reſponderet petit helyas pro experimento fortitudinis alienorum deorũ & ſui cuius remãſerat ſolus ipſe propheta. cũ illorum eſſent numero quadringẽti: vt ſumeret bouẽ & eum occiſum ſuper altare poneret nequaq̃ igne ſuppoſito ſimiliter etiam eis facientibus inuocari proprios deos quatenus eorum hoſtias concremarent. Hoc inquit facto cognoſcetis veram dei prẽualere naturam. Quod dum placuiſſet: ait helyas vt eligentes bouem illi prius occiderent & deos proprios inuocarent. Quorũ dum non audiretur oratio deridens helyas magna voce eos deos ſuos clamare monebat: qui aut[illegible] profecti aliquo fuiſſent: aut forte dormirent. Illis autem a matutino vſq; ad diem mediam hoc facientibus & ſemetipſos more patrio cultris & gladiis incidentibus & nichil agentibus cum ipſe eſſet iam hoſtias oblaturus illos quidem abire prẽcepit populum vero in proximo iuſſit accedere vt viderent & cuſtodirent eum ne lignis ignem latenter imitteret. Cumq; populus acceſſiſſet ſumens duodecim lapides ſecundum tribus hebraici populi conſtituit ex eis altare & circa eum fecit foueam valde profundam & impoſuit ligna ſuper altare & in eis ſuppoſuit hoſtias prẽcepitq; vt quatuor ydrię de fonte complete deferrent ſuper altare donec foueã illam quę aquã ſparſam ex altari ſuſcipiebat impleta maneret. Quo facto cepit orare deum atq; clamare vt erranti populo multo iam tempore ſuam manifeſtam faceret poteſtatẽ. ¶ Cumq; hęc dixiſſet. repente ignis de celo vidẽte populo cecidit ſuper aram. & cõſumpſit hoſtias vniuerſas ita vt etiã aqua ipſa cõcremaretur & locus hactenus vſq; perduret. Hoc videntes iſraelitę ceciderunt in terram & adorauerũt vnum deum ſolum maximum verumq; proclamantes alios vero fallaciter ſe & vana opinione coluiſſe. ¶ Tunc comprehendentes prophetas ſuos cunctos helya prẽcipiente peremerũt. Dixitq; propheta regi. Perge ad conuiuium tuum nichil de cetero cogitans. Poſt paululum namq; a deo ymbrem largiſſimum videbis effundi. Igitur achab poſt hec verba diſceſſit. ¶ Helyas autẽ in culmen carmeli montis aſcendens. poſitis in terra genibus eiſq; cõiungens caput orauit. Quo facto iuſſit vt eius miniſter pergens in quendam ſcopulum ad mare reſpiceret ſi aliunde nubem ſuſcitari videret. ¶ Tunc etenim aer erat valde puriſſimus: & ſerenitate perſpicuus. Quo aſcendente ſepius: nichilq; videre ſe dicente. dum ſepties hoc feciſſet ait ſe videre aerem aliquomõ non tamẽ amplius q̃ vnius hominis veſtigio creſcentem. Quod dum audiſſet helyas miſit ad achab iubens vt ad ciuitatẽ citius abiret anteq̃ ymber dirumperet. Qui mox in vrbem hiezabel feſtinus aduenit. Tunc repente ſidem aere ſubducto alias obducto caligine & nubibus adoperto ſpiritus vehemẽs ortus eſt & vberrimus ymber effectus.

¶ Helyas (hiezabel eum occidere volente) timens (relicto miniſtro in berſabeę ciuitate (& orãs vt moueret ſub iunipero obdormiuit & excitatus inuento cibo comedit & virtute illius cibi venit ad montem ſyna vbi vox diuina eum non timere ſed reuerti prẽcepit iuſſitq; vt hieu regem ſuper iſrael inungat & azael ſuper ſyriam heliſeumq; vngat prophetã quod audiens helyas ad regionem hebreorum eſt reuerſus & inueniens heliſeum arantem ſecum adduxit diſcipulum. Nabot agrum ſuum vendare recuſantem hiezabel (filio contra eum adhibito teſtimõio (lapidari procurauit quo mortuo achab vineam rapuit ad quem helias, a deo miſſus futuram peccati prędixit punitionem ſed ipſo humiliter penitente dixit deus prophetię differendum fore ſupplicium. Ca.xx.

Ropheta vero diuinitus inſpiratus. ante currum regis ad ciuitatem hiezabel vſq; perrexit. Audiens autem vxor achab hiezabel & ſigna quę fuerant ab helya celebrata & q̃p phetas ſuos occidiſſet indignata miſit ad eam nuncios. & per eos iterminata eſt ſe eum ita interfecturum. ſicut prędixerat ille eius prophetas. Tunc formidans helias fugit in ciuitatẽ nomine berzabeę. hec autẽ eſt in vltimo ſortis iudeę in terra idumeorũ. ¶ Quo relinquẽs ſuum miniſtrum abſceſſit in heremũ. & orauit vt moreretur. non enim meliorẽ ſe eſſe patrum dicens vt illis perditis ipſe viuere aliquatenus exoptaret. Quo facto circa quandam arborem obdormiuit: & cum eum aliquis excitaſſet ſurgens inuenit cibum & aquam. Comedens autem & recipiens ex illius cibi refectione virtutẽ venit ad mõtẽ ſyna vbi moyſes leges a deo dicit accepiſſe inueniẽſq; in eo vnam ſpelunca ingreſſus in eam cõmorabatur. Cumq; eum vox quędam ex incerto requireret vt quid illic eſſet. & cur relinqueret ciuitatem aut quia eo q̃p occidiſſet prophetas alienigenarum deorum. & populo comprobaſſet quia vnus ſit deus quem ab initio conſuluiſſent: & ob hoc ad ſuppliciũ quereretur a regis vxore. ¶ Rurſus autem audiens vt ſub diuum procederet & quid oporteret fieri altera die cognoſceret. ex ſpelunca digreſſus eſt. Et facto ſubito terrę motu: ſplendorẽ fulgentis ignis

Petitio helię p experimẽto veritatis.

Sacrificiũ filiorũ ſacerdotũ inutile.

Sacrificium helię q ex.xij.lapidibus cõſtruxit altare & ad eius prẽces ignis de celo deſcendit cõcremans hoſtiam.

Filij pphetę iubente helya occiduntur.

Hiezabel indignata cõtra heliã & minãte ei mortẽ timẽs fugit ipſe.

Dimittit miſtrũ et fugit in deſertũ orans vt moreret obdormiuit.

Reuelatio helię vt redeat.

3.r.c.18

3.r.c.19

A inſpexit factoq; ſilentio: vox diuina nequaq̃ eum timere pręcepit quem nullus poſſet detinere inimi
cus Iuſſitq; vt domũ reuertens vngeret populi regem hieu nam ſi filium. in damaſco vero ſyrię aza
el pro ſe autem conſtitueret heliſeum de ciuitate abela vt totius imperij populi perimeret: alios qui
dem azabel alios aũt hieus. Hęc audiens helyas ad regionẽ reuerſus eſt hebreorum. Et inueniẽs he
lyſeum filium ſaphat arantem: & cum eodem alios vſq; ad iuga duodecim accedens proiecit ſuper
eum palium ſuum. helyſeus autẽ cepit cõtinuo propheare. & relictis bobus ſecutus eſt eum rogans
vt ei pmitteret quatenus parentes proprios ſalutaret. Quo iũbente vt faceret: vale dicens eis ſecutus
eſt & fuit helyę cuncto tẽpore eius vite diſcipulus & miniſter. De hoc itaq; propheta hęc dixiſſe ſuf Heliſeus pphe
3.R.ca 22 ficiat. ¶ Quidã igitur naboth de azari ciuitate regio agro vicinus rogatus eſt a rege vt ei vicinum a ta ſecutus eſt he
grum quolibet pręcio venũdaret quatenus eo conuicto poſſeſſionem faceret potiorem: qui ſi nollet liam.
pecunias accipere ex eius agris quẽ vellet eligeret. Naboth dicẽte ſe hoc facere nolle ſed paternã ſor Naboth agrum
tem eligere, poſſidere cõtriſtatus rex qui alienum pręcium non poſſet accipere neq; lauacris vſus eſt ſuum venũdare
neq; cibis hiezabel autem vxore ſua requirente cur ita tribularetur: cum neq; balneas neq; prãdium recuſante cõtri
appeteret neq; cenam narrauit ei naboth ſuperbiam & quia dum ipſe manſuetis ſermonibus & infe ſtat rex achab.
rioribus a regia dignitate locutus ei fuiſſet nõ ipetrãdo q̃ poposcerat ptuliſſet iniuriã. Illa vero roga
bat vt a puſillanimitate triſticiaq; recederet ſuoq; corpori ſoleniter ,puideret dicens de naboth ſup
plicio cogitare. Quę miſit repente lras ad iudicẽ iſraelitarũ ex noie achab. iubẽs vt ieiunarent omẽs Hiezabel lras
& habito conuentu naboth facerent preſidere cũ vtiq; eſſet inſignis genere & inſtruerẽt tres quoſdã ad iudicẽ mittit
viros audaces qui cõtra eum teſtimoniũ dicerent: quaſi deum blaſphemaſſet & regem & hoc modo vt falſis teſtibus
perimeret. ¶ Naboth itaq; ſecũdum ſcripta regine: teſtimonio contra ſe perhibito quaſi deum blaſ naboth conui
phemaſſet & regem: lapidatus & mortuus eſt. Audiens autem hec hiezabel ad regem mox eſt igreſ ctus occidat.
ſa: dixitq; ei vt vineam naboth gratis acquireret. Achab autem letatus eſt in his quę acta ſunt exiliẽs
e lecto pergebat vineam naboth inſpecturus. In hoc indignatus deus miſit ,pphetam helyam ad a
grum naboth. quatenus ad achab accederet eiq; de his que geſta fuerant loqueretur. & q̃ occidens
verum dominũ agri ipſe hereditatẽ illius poſſideret iniuſte. Cumq; veniſſet ad eum dicente ad eũ re
ge quid vellet ait q̃ peccato pollutũ eum inueniſſet in illo loco in quo naboth mortuus a canibus vi
debatur fuiſſe deuoratus: eiuſq; ſanguinẽ & vxoris fundendũ & omne genus eius eſſe periturũ: eo q̃
B huiuſmodi impietatẽ effecerunt. & contra leges patrias ciuem iniuſte perimerint. ¶ Contriſtatus au Penitentia A
3.r.c.21 tem chab & penitentiam agens ingreſſus eſt & indutus ſacco nudis pedibus ambulabat. non appe chab & hũilita
tens cibum penitus & peccata ſua confitens: & deum hoc modo placare contendens. Tunc deus ,p te pacatus deus
phete dixit achab quidem viuente eius generis differendum eſſe ſupplicium: ſed eius filij tẽporibus
inferendum. Et hęc quidem helyas regi dixit.

¶ Adadus ſyrię rex (qui in biblia benadab dicitur) ad achabin ſamaria obſeſſum trinam mittit
legationem qua territus achab pro petitione eius paratus erat acquieſcere ſi populus non contradi
xiſſet poſtea tamen conſolatus (propheta victoriam ſibi promittẽte) exercitum parauit & ſiros victo
rioſiſſime debellauit ſed & ſecundo ſiros in campeſtribus exercitum contra hebreos ducentes in fu
gam conuertit quorum multitudo maxima ſuis curribus impedita extincta eſt & reliquos fugientes
muri ciuitatis aphec corruentes occiderunt. victi itaq; ſiri veniam ab hebreis petentes obtinẽt & ada
dum regem muneribus donatum (parato inter eos fœdere) remiſit achab ad quẽ micheas prophe
ta cruentatus venit & parabolam proponens vt rex ignorans contra ſeipſum ſententiã proferret ſed
& ipſam explicantem prophetam confuſus achab clauſum in carcere iuſſit ſeruari. Ca.xxj.

3 r.c.22 C Is itaq; temporibus adadus filius adadi regis ſyrię & damaſci collecto ,puincię totius ex Adadus rex ſy
ercitu & ſolatio triginta duorum regum habitantiũ trans euphratem contra achab caſtrame rię (qui i biblia
tatus eſt. Ille vero (cum par non eſſet exercitu) ad dimicandum non pręſumpſit accedere dicit benadab)
ſed omnia neceſſaria in ciuitatibus munitis includẽs ipſe manſit in ſamaria. Habebat eni bello contra a
hec muros valde fortiſſimos & erat inexpugnabilis obſidentibus. Rex vero ſyrie exercitu ſumptove chab parato in
nit ad ſamariam & obſidens eam: pręconem miſit ad achab petens vt eius legatos ſuſciperet: & quid ſamaria obſeſſũ
vellet agnoſceret Quod dum rex iſraelitarum fieri permiſiſſet venientes legati ante regem diuitias ꝓconẽ mittit.
dixerunt filias & vxores achab adado regi dandas. Et ſi promitteret hęc ita facienda vt tolleret ho Rñſio Achab
rũ quecũq; vellet. caſtra ſolueret: & ab obſeſſione ceſſaret. ¶ Achab autem legatis dixit. vt eũtes ſuo territi nũciis re
dicerent regi. quia & ipſe & omnes illius: eius poſſeſſio forent & que diſplicerent ſola relinqueret. gis ſyrię petitio
¶ Achab itaq; ſecunda legatione ſyriorum regis vehementer affectus collecto populo in eccleſiam ni eius acquie
dixit quia ipſe quidem paratus fuerat pro ſalute & pace cunctorum & vxores ſuas & filios & omnem ſcentis.
dare poſſeſſionem. & quia hęc rex ſyriorum prima legatione iuſſiſſet: & nũc inquit denuo miſſa lega
tione petit perſcrutandas domos vt quicquid in eis optimum inuenire poſſit auferat & occaſionem

Reſpõſio populi ad reſiſtendũ parati.

Tertia legatio adadi ad achab

Cõſolat achab prophetã ſibivictoriam ꝓmittentem.

Numerus puerorũ armigerorũ principũ iſrael.

Victoria achab cõtra regẽ ſirię.

Predixit ꝓpheta regi achab ſyros ſequenti anno reuerſuros.

Secũdo tex ſyriorũ cõtra hebręos exercitũ parat.

Propheta victoriam achab promittit.

Victoria achab cõtra ſyros.

Muris ciuitatis aphec ſuꝑfugięres cadẽtibus viginti ſeptẽ milia iterempti ſũt mortuis in ꝑlio centũ milibus.

hanc machinans ad pugnã: & ſciens quia in eis rebus non peperciſſem: ad veſtras acceſſit Ego vero qđvobis placuerit exhibeo. ¶ Populus autem reſpondit non ei obediendũ ſed potius cõtemnendũ D
eſſe & ad pugnandum ſe prępparatos exiſtere legatis itaq; reſpondens vt abeuntes dicerent. quia pri 3. r. ca
mę quidem petitioni eſſet paratus obedire maneret autem pro ciuiũ ſecuritate. ſollicitus/ne ſecundã 20
petitionem poſſet implere: dimiſit eos. ¶ Adadus autem audiens hęc potius indignatus tertiam legationem miſit ad achab interminãdo atq; dicendo q̃ altiorẽ terrę congeriem muris de quibus ille
ꝓſumebat erigeret. ſi ſingulos terrę pugillos de exercitu eius vnuſquiſq; portaret. Et his eum inter
minatiõibus deterrebat. Achab autem reſpõdente quia non deberet gloriari qui eſſet accinctus: ſed
qui bello ſuperior demonſtratus Legati venientes cũ triginta duobus regibus qui in eius ſolatio ve
nerant inuenientes in epulis ei nũciauerunt reſponſum. At ille repente prępcepit circũdari ciuitatem
& aggeres circa eam extolli & nullo modo obſeſſionem relinqui. Achab autem his geſtis: erat cum
omni populo in anguſtia cõſtitutus. ¶ Tunc tamen ſecurior factus eſt & a formidine releuatus dum
ad eum quidam ꝓpheta veniſſet atq; dixiſſet. promiſiſſe deum vt tanta hoſtium milia eius ditioni
contraderet. Quo requirente: per quos hęc victoria proueniret: per filios inquit principum te ſcilicet
eorum imperitiam prędecente. Cõuocans autem filios principum rex inuenit quaſi ducentos trigin
ta & duos. Et agnoſcens ſyrum ad conuiuiũ fuiſſe cõuerſum: aperiens portas filios principum mox E
emiſit. ¶ Exploratoribus autem renũciantibus adado quod gereretur deſtinauit qui eis occurrerẽt 3. R. c.
prędipiens vt ſiquidem ad prędium venirent. eos ad ſe ligatos adducerent: ſi vero pauci eſſent: idem 22
efficerent. Achab autem exercitum habuit alium intra murum in ſubſidijs. porro filij principum cõ
greſſi ſyriorum cuſtodibus/multos eorum interemerũt: & alios vſq; ad caſtra perſecuti ſunt. videns
autem eos rex iſraelitarum vincentes: etiam alium exercitum dimiſit exire. Qui repente in ſyrios ir
ruentes prędualuerunt eis. Non enim ſyri ſperabant eos ſuper ſe ſic inopinabiliter fuiſſe vẽturos quos
propterea inuenientes nudos & ebrios ita perſecuti ſunt: vt illi etiam fugientes arma relinquerent.
& vix in equo rex potuiſſet euadere. Achab autẽ multo itinere perſecutus interfecit ſyros & eorum ca
ſtra diripuit: & inueniens in eis diuitias auri & argenti non paruas & curruum adadi & equorum: in
ciuitatem denuo remeauit. Dicẽte vero ꝓpheta vt prępararet exercitum quia futuro anno ſup eum
denuo ſyri reuerterentur/ achab in ciuitate hęc agebat. ¶ Adadus autem cum quanto potuit exer
citu de prędio liberatus cum amicis propriis/ cogitabat quemadmodũ cum iſraelitis denuo dimica
ret. Qui in montibus equidem non pugnãdum eſſe dixerunt. quaſi deus eorum in locis talibus non 3. R. c.
prędualeret & ꝓpterea tunc ab eis eſſent victi. ſed ſi in campo gererent bella: deuincerent. Super hoc 20
autem conſilium dabant vt reges quidem qui venerãt in ſolatium ad propria remeare dimitteret. &
eorum exercitum prędijs retinens ſatrapas ordinaret & in loco caſtrorum exercitũ de ꝓuincia eorum
eligeret: & equos curruſq; ſuppleret. ¶ Credẽs hęc bene ſibi dicta fuiſſe rex ſyriorum diſponebat ex
ercitum/verſiq; tempore mouẽs caſtra accedebat ſupra hebreos: veniẽſq; in ciuitatem afecha/ in ma
gno campo caſtra conſtituit. Achab ergo occurrens ei cum ſua virtute ediuerſo tabernacula ſua fixit.
Erat autem quantũ ad ſyrum paruus valde eius exercitus. ¶ Tunc rurſus acceſſit ad eum propheta
& victoriam dare promiſit ſuamq; virtutem oſtendere. qui non ſolum in montibus ſed etiam in cam
pis exiſteret: quod apud ſyrios non ita conſtaret. Igitur diebus ſeptem caſtris poſitis: quieſcebãt. Se F.
ptima vero diluculo procedentibus hoſtibus aciemq; cõſtituentibus ad pugnandum: ediuerſo & A
chab ſuũ dirigit exercitum. ¶ Tunc congreſſus robuſtiſſima dimicatione commiſſa hoſtes in fugam
conuertit: & ad eorum interitum perſequens imminebat. Illi vero ſuis: curribus impediti ad inuicem
ſunt extincti paucíq; diffugere valuerunt in ciuitate aphecath Sed ipſi ſunt mortui. Muris enim ſup
eos cadentibus viginti ſeptem milia defecerunt. In prędio autem centum milia ſunt occiſi. ¶ Rex au
tem ſyriorum adadus fugiens cum quibuſdam fideliſſimis ſeruorum ſub terraneo loco eſt celatus.
Cui cum dixiſſent ſerui quia clementes eſſent & miſericordes iſraelite: & poſſent modo conſueto ro
gati ſalutem ei conferre ſi euntes rogarent achab dimiſit eos hoc agere. Tunc illi induti ſaccis & reſti
bus ſua capita alligantes/(ſic enim olim captiui rogabãt ſyri) ad achab venerũt petentes eum vt ada
dus rex mereretur ſalutem: quia gratia eius proprius foret ſeruus. Ille vero dicens ſe libenter eum ſu
ſcipere ſi viueret nec in prędio defeciſſet honorem quoq; atq; deuotionẽ exhibiturum ſe ei vt fratri
debitam promiſit. Tunc illi accipientes iuſiurandũ vt nichil pateretur aduerſum: eduxerunt eum de
loco in quo videbatur eſſe celatus & ſedenti in curru achab obtulerunt. Qui cum adoraſſet eũ dans
ei dexteram leuauit in curru & oſculatus eum iuſſit eum eſſe ſecurum dicẽs vt nichil mali deberet de
cetero formidare. Adadus autem gratias egit & nullo ſe tempore obliuiſci hęc beneficia promiſit ſed
etiam ciuitates iſraelitarum quas tulerant reges ante eum redditurum ſe dixit & damaſcum. vt ita
rex hebręorũ egrederetur ad ſuam ſicut maiores eorum ad ſamariam. Celebratis itaq; fœderibus in-

ter eos achab multis muneribus donatum ad proprium dimisit imperiū. Igitur bellum adadi regis
A syriorum quod habuit aduersus achab & israelitas hoc modo terminatum est. ¶ Interea quidam p
3.R.ca. pheta nomine micheas accedens ad vnum israelitarum petijt vt eum in capite pro voluntate dei p
20 cuteret. Quo nolēte prędixit ei quia eo q inobediens esset deo: eiusq; præcepto leone occurrēte pi-
meret. ¶ Quod dum illi homini cōtigisset accessit propheta rursus ad alium: & idem vt faceret ipe-
rauit. Qui dum pcussisset eum et eius verticē cruentasset: alligato capite accessit ad regē dicens quia
dum esset in exercitu cōstitutus accepisset a quodam tribuno seruandum captiuum: sibiq; ab eo di-
ctum vt si captiuus fugeret: ipse moreretur. Quo fugiente: is qui eum tradiderat mortem ei minaret
inferre. Tunc respondente achab mortem ei imminere iustissimā: soluens caput agnitus est esse mi-
cheas propheta. Hac enim parabola vtebatur propter sermones quos erat ei dicturus. Ait nāq; quo
niā cum deus ei concessisset vt supplicium hostis euaderet ipse inimicū eius adadum qui deū blas-
phemauerat dimisisset. & ꝓpterea deus decreuisset ipsum ab illo perimi: populū vero ab eius exer-
citus inuasione consumi. Iratus vero achab prophetę illum quidē clausum seruari iussit. cōfusus au-
tem micheę sermonibus ad suam domū remeauit. Igitur de achab hęc dixisse sufficiat.

Micheas ꝓphe ta ab vno petit ꝓ dei voluntate pcussi in capite cui nolēti pcute re p̄dixit futu rā mortē.

Explicatio pa rabole qua con fusus achab ꝓ pheta clausum iussit seruari.

¶ Iosaphat regis iuda virtutes qui mosaycas leges per ꝓuinciam mandauit custodiri: quiq; a
vicinis valde amatus a palestinis & arabibus tributa recipiebat: cuius grandis erat exercitus & filio
suo ioram vxor erat gotholia filia achab cui auxilium prestare contra siros ꝓmittens petit dei prophe
tā consulere (Achab falsis ꝓphetis victoriam ꝓmittentibus) quo querēte micheas de carcere educi-
tur qui casum & mortem achab prędixit quē sedechias pseudo propheta iniurijs afficiens sed & eū
pcutiens confortauit achab qui vna cum iosaphat contra siros exercitum duxerunt vbi sagitta pcus-
sus exanguis interijt cuius canes sanguinē secundū helya & micheę prophetiā linxerūt. Ca. xxij.

Iosaphat regis hierosolimorū virtutes & lau des

3.R.ca. BEuertar autem ad regem Ierosolimorū iosaphat. Is enim agens suum imperium & exerci-
22 tum in ciuitatibus & subiectorum ꝓuinciam vniuersam constituens non minores q̄ auus
B eius abias tēpore quo hieroboā super tribus decem regnauerat munitiōes vbiq; collocauit.
Habuit enim propitiam & cooperatricem sibi diuinitatē cum esset iustus & pius & quid boni coram
deo faceret. singulis diebus inquireret. Honorabam enim eum reges in circuitu cōstituti conferētes
dona. ita vt diuitias haberet amplissimas & gloriā valde pręclaram. ¶ Anno siquidē tertio regni sui
cōuocans prouincie principes & sacerdotes iussit vt peragrantes vbiq; oēm populum sub eo cōstitu
tū docerēt per singulas ciuitates moyseas leges vt eas sine ptęuaricatione seruarent & circa eius reli
gionem deuoti semper existerent. In his etenim cuncta multitudo ita gauisa est vt nullus aliud am-
plecteretur potius neq; diligeret q̄ seruare leges. ¶ Sed etiam confines nimis amabant iosaphat:
cum quo etiam pacis fœdera celebrabant eiq; palestini solita tributa reddebant. & arabes annis sin-
gulis ministrabant agnas trecentas sexaginta & totidem hyrcos. Minuitq; maximas ciuitates & for
tissimas. & exercitus in eis contra hostes & arma prępparauit. ¶ Tunc enim erat ex tribu iuda arma-
torum exercitus trecenta milia virorum: quorum principatum habebat edorus. Iohannes autem du
centorum milium princeps erat: hos ipse duxit. ¶ De tribu vero beniamin habuit achariūs ducen-
ta milia. Alter vero princeps militię nomine iozonat alias gozonath armatorū habebat centum mi-
lia qui regi famulabantur quos direxit per munitissimas ciuitates. ¶ Is filio suo ioram accepit vxo-
rem filiam achab qui decem tribubus imperabat nomine gotholiam. Cumq; post tempus ad sama-
riam perrexisset: opulenter eum suscepit achab. & populo qui eum secutus fuerat claram valde lar-
gitatem hospitalitatis exhibuit. id est tritici & vini & pecudū vbertatem: rogauitq; vt contra regem
syriorum ei solatia non negaret: quatenus ramoth alias ramath ciuitatem in galaad cōstitutam au-
4.R.c.22 ferret. quia eius patris primo fuerat & a patre tunc regis syrię videretur ablata. ¶ Promisit vero io-
C saphat solatia se daturum q̄tum non ab illius minor erat exercitus. & euocantes ex hierosolimis ad
samariam suum populum: egressi foras ciuitatem ambo reges & in proprijs solijs vtriq; residentes su
um exercitum disponebant. ¶ Iosaphat autem inter hec iussit: vt si quidam prophetarum adessent
euocati cōsulerētur: si esset eo tempore prelium contra syrum agendum: fuerat nāq; tunc pax achab
vna cum syro permanens: annis tribus ex quo eum post captiuitatem dimiserat ad propria remea-
re: vsq; ad illum diem. Vocans autem achab prophetas suos quasi numero quadringētos: iussit con-
sulere deum si ei victoriam aduersus adadum pugnandi concederet & captionem ciuitatis propter
quā bellum pręppararet inferre. prophetis autem dicentibus: pugnare simul & vincere & syrum esse
captiuandū sicut & prius intelligens in eorū sermonibus iosaphat q̄ sunt falsi prophetę. requirebat
achab regem si alter aliquis esset propheta dei vt certius de futuris agnosceret. Achab autē esse qui
dem dixit sed inuisum sibi hominem eo q̄ mala prophetaret & eum prędixisse moriturum a syro-
rum rege deuictum. quapropter tunc in custodia teneretur cuius nomen micheas erat filius obed

Iosaphat mādauit mosaicas leges per ꝓuinciā custodiri.

Iosaphat a vici nis valde ama tus a palestinis tributa recipie bat.

gotholia achab filia vxor ioram fi lij iosaphat.

Promisit iosap. auxiliū p̄stare achab cōtra siros.

Educit micheas de carcere (hoc ioſaphat petente) q̄ pphetās caſū & mortē achaz p̄dixit

¶ Cumq; petiſſet ioſaphat eum vocari miſit enuchum & eduxit eum. Et dum enuchus eſſet: indicauit ei omnes alios prophetas regi victoriam prędixiſſe. Ille vero dicens ſe nichil aliud de rege fore dicturum niſi quod deus in eius ore poſuiſſet. ¶ Cumveniſſet ad achab eumq; coniuraſſet vt quod verum eſſet ediceret. ait oſtēdiſſe ſibi deum fugientes iſraelitas et eſſe perſecutione ſyriorum. & ab eis cūctos diſpergi per mōtes ſicut greges paſtoribus deſolatos. Dicebatq; ſignificaſſe ſibi quod alij quidem reuerterēt ad propria. ipſum vero ſolummodo perimi in prelio. Cumq; micheas hęc dixiſſet ad ioſaphat achab ait. Nōne paulo ante ſignificauit tibi qualis ſit circa me hominis huius affectus & q̄ peſſima prophetare. Et cum micheas dixerit q̄ eum oportebat omnia quę a deo prędicabātur audiret. Et q̄ falſi quidem pphetę eum exacuerint vt ſpe victorie egrederetur ad bellum: immineret autem caſus eius in prelio: erat achab triſticia remiſſus. ¶ Interea ſedechias quidam falſus propheta accedens ad regem ait non eſſe reſpiciendū micheam quia nichil diceret veritatis. Et inditio ſimul vtebatur helyam qui prophetaſſet in iezael ciuitate in agro naburhei ſanguinem eius a canibus lambēdum: ſicut & naburhei qui per eum a populo fuiſſet occiſus. Quibus ab illo ſic pphetatis micheam dicebat eſſe mendacem: quando meliori prophetę dicere contraria videretur & q̄ rex tertia die moreretur. Cognoſcetis inquit repente ſi vera ſunt que dicit iſte. aut ſi poteſt ſpiritus ſancti habere virtutem. ¶ Ceſus enim palmis a me non nocebit meę mauui ſicut iadam dexteram regis hieroboam aridam fecit dum eum comprehendere voluiſſet hoc enim omnibus notum eſt. ¶ Cumq; pcuſſiſſet micheam & nichil fuiſſet paſſus confortans achab & in ſemetipſum contra regem ſyriorum mouit exercitum. vincebat arbitror illud quod immiebat & falſi pphetę verba pluſq̄ erat veritas credibiliora faciebat vt ex occaſione peueniret ad finem. Tūc exorans ſedechias & faciens cornua ferrea dixit ad achab q̄ vnum ei manifeſtaret deus: in illis omnem ſyriam ſubuertendā. Micheam vero dicētem q̄ ſedechias non poſt multos dies in cubiculo ſe celaret & quereret penam ſui declinarę mēdacij: iuſſit rex in cuſtodiam duci apd amon principem ciuitatis & apud ioas & nichil amplius ei pręter panem & aquam miniſtrari. ¶ Igitur achab & ioſaphat hieroſolimorū rex ſumentes exercitum: venerūt in ramoth galatiditis ciuitatem. Rex vero ſyriorum audiens eorum aduētum: ſuum eis obiecit exercitum & non procul a ramoth caſtra fixit. Conſtituerunt autem inter ſe achab & ioſaphat: vt achab regium ſcema deponeret hieroſolymorū rex propria ſtola veſtitus aſtaret in acie. & tamen illi qui micheę dicta cōtempſerant etiam pręter habitum regium & quod dicebatur euenit. Adadus namq; ſyrie exercitui pręceperat vniuerſo poſt principes ſuos vt nullum aliorum perimerent niſi tantūmodo iſraelitarum regem. Syri vero facta congreſſione videntes ante aciem regem ioſaphat aſtantem. & eum eſſe credentes achab impetum fecerūt eumq; circūdederunt. Dumq; appropinquātes ipſum non eſſe cognoſcerent: receſſere poſt tergum. Ab ortu namq; diei vſq; ad veſperam pugnantes & pręualētes mādato regis neminem penitus occiderunt. querentes achab interficere ſolum & inuenire nequiuerūt. ¶ Quidam vero Adadi regis puer nomine Adan cum ſagittaſſet inter hoſtes regem achab per loricam in pulmone percuſſit. At ille caſum ſuū exercitui manifeſtare non voluit ne timore cōuerteretur: ſed aurige pręcepit vt cōuerſo curru in prelio decliaret grauiter eñ & mortaliter fuerat ſagittatus & vſq; ad occaſū ſolis factus exanguis interiit. Igitur ſyriorum exercitus nocte ſuperueniēte ſignum dāte p̄ recone diſceſſit a caſtris: & cognoſcentes cuncti mortuū achab ad propria ſunt reuerſi. corpus vero achab ſui ad ſamariam referentes ſepelierunt: currumq; eius abluerunt in fonte iezahel ſamarie regis ſanguine cruētatum: & tunc cognouerunt helyę prophetiam fuiſſe veram. Canes namq; eius lineherunt ſanguinem: meretrices ad fontem quod erat reliquum diluerūt. Mortuus eſt ergo in ramoth: michea hunc prędicēte caſum. ¶ Dum autem hec achab regi a duobus prophetis prędicta videant oportet magnā indicare diuinitatē & honorari ſemper & coli: & que vera ſūt potius p̄recipi: q̄ ea quę pro cuiuſpiam libidine dicuntur complecti: & arbitrandum q̄ nichil vtilius eſt q̄ virorum talium pręſentia prebēte ſcilicet deo quod vnuſquiſq; debeat obſeruare. & cogitandum ex his que regi puenerunt: quia quod debetur neq; dum preſtitum fuerit euitatur. ſed repit in animas hominū iutili ſpe blādiendo: & hoc modo ſeducēdo donec a deo debita paſſio compleatur. ¶ Hoc ergo modo videtur etiam achab deceptus. vt prędicetibus quidem perditione ſuam nō crederet. prophetātibus autem ea quę delectabanturvt de ſe credendo moreretur. Cui ochozias ſucceſſit in regno.

Sedechias falſus ꝓpheta iurię verba dicit cōtra micheam

Sedechia micheā ꝓcutiente & nichil paſſo cōfortat achab & falſo ꝓphetę p̄buit conſenſū micheavero ꝓpheta incluſum carcere.

Exercitus Achab & ioſaphat cōtra ſyriorū regem.

Pręcepit adadus rexvt nullū ꝑimerēt niſi regē iſraelitarū.

Sagitta ꝓcuſſus achab factus exāguis interiit.

Mortuus achab in ramoth & ei ſāguie linxerūt canes ſcdm helię pphetiam & micheę.

Cōtra adulatores qbus nō eſt credendum.

Ochozias Achab filius ſucceſſit in regno.

3.R.c. D

E

3.R.c 22

F.

¶ Explicit liber octauus.

¶ Incipit liber nonus qui continet tempus annorum centum octoginta vnius.

¶Ioſaphat reuertentem a bello hieu propheta increpauit quia impio regi auxilium prębuit
A qui tamen a deo veniam obtinuit circuibat quoq; omnẽ prouinciam docens leges moyſi eſſe ſeruandas & in vnaquaq; ciuitate iudices conſtituens iuſticiam illis ſũmopere miniſtrare prącepit ammonitis & moabitis aduerſus ioſaphat bellum parãtibus. ad deum pro obtinenda victoria orationem fecit que exaudita eſt. nam ſuper hoſtes terrorem maximũ & tumultũ immiſit deus vt ſeſe mutuis mulieribus (nullo penitus euadente) occiderent. achab autem filius ochozias tunc regnauit in iſrael patri & hieroboam in impietate ſimillimus. Cap. i.

IOſaphat itaq; rege ad hieroſolymam remeante poſt bellum quo ſolarium prębuerat achab contra adadum regem ſyrorum ſicut prędiximus occurrens hieu prophe ta culpauit eum cur achab ſolatia prebuiſſet homini impio pariter & maligno: deũ dicens moleſte quidem hoc pertuliſſe: ſed ei licet valde paccaſſet tamen propter naturã eius optimam ab incurſu hoſtium peperciſſet. Et tunc equidem ad gratiarum actionem rex & ſacrificia dei: cõuerſus eſt. ¶Poſt hec autem cepit omnẽ prouinciam circuire & populum edocere vt leges moyſes a deo datas omnino ſeruarent & pietatem circa deum nichilominus exhiberent. Cõſtituenſq; iudices in vnaquaq; ſui imperij ciuitate prącepit vt pro nulla re ita agerent q̃ vt iuſticiã populis exhiberent & neq; munera nec cuiuſpiam dignitatem propter iudiciale factum aut diuitias aut genus cõſiderarent: ſed omnibus equa iura tribuerent: ſcientes quia etiã que occulte geruntur: a deo non ignorãtur. Hęc autem cum docuiſſet in vnaquaq; ciuitate duarum tribuum in hieroſolymã remeauit. ¶Conſtituitq; etiam ei' iudices a ſacerdotibus & leuitis atq; primatibus monens vt diligenter & iuſte iudicia cuncta diſponerent. Si autem de rebus maioribus quidam cõtribulium ex alijs ciuitatibus eos cõſulerent. cum maximo ſtudio eis & iuſtiſſime reſponderent quãdo quidẽ rectum deberet eſſe iudicium in ciuitate conB ſtitutum vbi templum dei & habitaculum erat imperatoris. ¶Horum autem principes conſtituit amaſiam ſacerdotem & Sabadiam qui erat de tribu iuda. Rex igitur hoc modo cuncta diſpoſuit.

Circuibãt ioſa. oẽm ꝓuinciam docẽs leges moyſi eẽ ſeruãdas & in vnaquaq; ciuitate iudices cõſtituẽs qbus ſũmope iuſticiã oĩbus miniſtrare prącepit.

¶Eo namq; tempore caſtrametati ſunt aduerſus eum ãmonitę & moabitę ſumẽteſq; ſecum arabum maximam legionem caſtra poſuerunt apud Gaddi ciuitatem quę eſt circa paludem aſphaltidem trecentis ſtadijs procul ab hieroſolymis: in qua naſcitur palma prącipua ſimul & opobalſamum.

Amonitę & moabitę aduerſus ioſaphat bellũ parant.

¶Audiens autem ioſaphat quoniam hoſtes tranſeuntes paludem in eius prouinciam deuenĩſſent: & metuens conuocauit in cetu populum hieroſolimorũ in diuino ſacrario & ſtans contra faciem templi orabat et inuocabat deum vt ſuum auxiliũ pręberet & robur quatenus hoſtibus pręualerent: dum et is qui templum ipſum edificaſſet hoc rogaſſet vt ipſe contra hoſtes dimicaret et prąſumentes contra eum manus inferre comprimeret. qui vtiq; ob hoc venerunt vt terram quam ipſe eis prębuerat mo lirentur auferre. Hoc autem orauit deflens ſimul & populus vniuerſus cum vxoribus & filijs ſupplicauerunt. Quo facto quidam iachel alias iezel propheta progreſſus in mediũ cetum clamauit ad populum dicens ad regem q̃ deus eorum prąces exaudiſſet: & contra hoſtes ſine dubio dimiſiſſet dimicare. Prącepitq; vt altero die electo exercitu occurrerent hoſtibus: eoſq; inuenirent ab hieroſolyma in aſſenſu alias in acceſſu gaddi qui lucis culmen dicitur & contra eos equidẽ non dimicarent. ſed tãtummodo ſtarent videntes quomodo diuinitas eos expugnaret. ¶Hęc vero dicente propheta: rex equidem & populus in terra proſtratus deo gratias retulerunt. Leuitę autem in organis ſolemnibus inceſſanter hymnos dicebant. ¶Die ſiquidem facto procedens rex in deſerto ſub ciuitatem teocla alias thecuba dixit ad populum q̃ oporteret prophetę audire verba: & illa quidem non contradicere. prąponi debere ſacerdotes cum tubis & leuitas vt hymnum dicentes ſic deo gratias agerent quoniam hebreorum prouinciam ab hoſtibus liberaſſet. Placuit ſententia regis: & quę prącęperat agebantur. ¶Deus autem terrorem maximum & tumultum ſuper ammonitas immiſit & credentes inter ſe hoſtes mutuis vulneribus inter ſeſe occiderunt ita vt ex tantis milibus nullus penitus euaſiſſet. Ioſaphat autem reſpiciens in conualle vbi hoſtium erat exercitus: & videns eam plenam corporibus mortuorum letatus eſt in dei ſolatio ſic inopinabiliter euidenterq; allato vt neq; laboribus
C illis ipſe victoriam contuliſſet. Iuſſitq; vt exercitus hoſtium caſtra diriperet & mortuos expoliaret. diebuſq; tribus exuentes eos pene defecerunt: tanta erat vtiq; multitudo peremptorum. ¶Quarta vero die omnis populus congregatus in quadam conualle: de virtute & ſolatijs benedixit deum. Pro qua re etiam locus ipſe vocatur conuallis benedictionis. Exinde vero ducens exercitum ad hieroſo- 11.c.20 limam rex multis diebus ad hoſtias eſt conuerſus. ¶Igitur poſq̃ hanc oſtium eius vaſtationem alienigene gentes audierunt. omnes valde ſunt territi: deum eius auxiliatorem eſſe aperte videntes. Ioſaphat itaq; ex illo tempore cum magna gloria & iuſticia diuineq; pietatis amore degebat. ¶Fuit autem amicus achab filio iſraelitarum regis: cum quo communione facta in conſtructionem nauium

Audita ꝓphetę reuelatione ppls in terra ꝓſtratus deo gratias agit.

Terror mirabil ſup ammonitas q̃ ſe mutuis vulneribus occiderũt nullo penitus euadente.

Conuallis bñdictionis.

vt ad portum nauigaret in ophir Tharsis nequaq̃ animũ suum implere prę ualuit. quia naues prę magnitudine pierunt & ꝓpterea naues vlterius non instruxit. circa iosaphat igitur hęc sunt gesta. Achab autem filius regnauit in israel in samaria degens malignus homo & per oĩa similis vtriq; parenti et hieroboam qui prius iniquitatem fecerat. & populũ decipere inchoauerat. 3.r.c.22 D

Ochoziefilij impietas.

¶ HISTORIA QVARTI LIBRI REGVM HIC INCIPIT.

¶ Languescens Ochozias rex israel (qui de solario ceciderat) deum acharõ consuluit cuius nũcijs occurrens helyas de ydolatria increpans eam hunc lãguorem predixit nõ euasurum ad quem rex tribunũ cum quinquaginta armatis misit quos ignis de celo descendens (iperante helia) cõsumpsit. scdo iratus rex aliũ tribunũ cũ quinq̃ginta misit q (orãte helya) cũ suis eõsũptus est. tertius aũt tribunus a rege missus humilitate et verborũ vrbanitate heliam fecit descendere. eumq; ad regem adduxit cui propter peccata ꝓpinquã mortem nũciauit. quo mortuo regnauit frater eius ioram in malicia sĩlis annis duodecim quo tempore helias in paradisũ cum enoch translatus est. Cap.ij.

Rex moabitarũ regi israel tributa negat soluere

¶ Vmq; iam in regno secundum haberet annum rex moabitarum rebellauit ei: & tributa quę achab eius pater recipiebat ministrare cessauit. ¶ Contigit autem vt ochozias cum descenderet de superioribus domus suę: caderet. Et cum langueret: misit ad deum accarõ muscam. hoc erat enim nomen illi deo & consuluit de salute sua. ¶ Apparuitq; deus helye prophetę precipiens vt missis a rege nuncijs occurreret: eosq; requireret si deum proprium israelitarum populus non haberet: et ideo misisset rex eorum ad alienum deum vt de salute sua cõsuleret. simul & vt faceret eos ad regem reuerti: eiq; diceret q̃ non euaderet hunc languorem. ¶ Helia vero dei faciẽte precepta. adientes nuncij ad regem sunt continuo regressi: ammirantiq; reuersionis velocitatem & requirenti causam dixerunt occurrisse quendam hominem & prohibuisse quidem eos vlterius procedere: reuertentes nos autem tibi dicere ex mandato israelitarum dei: q̃ non possis ab hac egritudine liberari. ¶ Rege vero precipiente vt ei hominem qui talia dixerat indicarent. dixerunt esse virum hyrsutum & pellicea zona circundatum. ¶ Ille vero per hęc agnoscens helyam esse quem nuncij designabant misit ad eum tribunum & quinquaginta armatos vt eum adducerent. Tribunus autem qui missus fuerat inueniens helyam in montis vertice residentem petebat vt descendens veniret ad regem. quoniam ille iussisset. Qui si nollet duceretur inuitus. Cui helyas vt agnoscas me prophetam verũ exi stere descendens ignis de celo consumat et milites tuos & te. Et continuo veniens ignis flamma consumpsit & tribunum et qui cum illo pariter erant. ¶ Hac perditione regi denunciata nimis iratus ad helyam tribunũ alium cum totidem misit armatis. Qui cum venissẽt ad prophetam: credens se eum violenter adducere si noluisset sponte venire. orans iterum propheta: & eum sicut priorem fecit igne consumi. ¶ Agnoscens hoc rex etiam tertium destinauit. Ille vero cum esset sapientia & moribus valde mitissimus veniens ad locum vbi erat helyas ei nimis blande locutus est dicens q̃ inuitus regie iussioni parens veniret ad eum & priores non voluntarie sed coacti necessitate venissẽt rogabat q; vt qui cum eo venerant armatorum haberet misericordiam & descendens veniret ad regem. Helyas autem suscipiens mansuetudinem & verborum eus vrbanitatem descendens secutus est eum. ¶ Cumq; venisset ad regem ꝓphetauit ei dicens hęc sibi indicasse deum q̃ cum eum spreuisset quasi non esset deus & nonverè de eius languore predicere valuisset: ac misisset ad eum acharon vt consuleret: qualis ei terminus languoris accederet: ob hanc rem inquit cognosce te moriturum. ¶ Et ille siquidem transacto tẽpore sicut predixerat helyas extinctus est. cui successit in regno frater ioram: nam ipse sine filio mortuus est. Hic vero ioram par fuit achab malignitate: regnauit annis duodecim. homo iniqtate circa deum & impietate plenus. Nam relinquens dei sui culturam: deos venerabatur extraneos. Erat enim in alijs nimis acerbus & pessimus. ¶ Illo siquidem tempore helyas ab hominibus est ablatus: & vsq; ad hodiernam diem nullus finem eius agnouit. Discipulum vero sicut prediximus reliquit helisеum: De helya tantum & enoch qui fuit ante diluuium in libris sacris scriptum est quia sublati sunt: quorum mortem nemo cognouit. 4.r.c.2 E 4.r.c.2 & a.r.3 F 4.r.c.2

Habitus Helye prophetę. Ochozias misit ad helyam iuuenem tribunum & quinquagita armatos quos ignis de celo descendens (helya imperante) consumpsit.

¶ Tertius tribunus a rege missus humilitate & verborũ vrbanitate fecit helyã descẽdere & eũ duxit ad regem cui p̃dixit mortẽ propinquã ꝓpter pctã sua.

Sublatus helyas tẽpore ioram regis & translatus in paradisũ cum enoch.

Helias ab hominibus sublatus

¶ Ioram contra moabitas bellum parans iosaphat in auxilium vocat qui petitioni fauit secumq; regem idumeę duxit. Quibus contra moabitas per desertum idumeę tribus regibus ad bellum propẽrãtibus aque quoq; penuriam patientibus ioram ad deum clamat in angustia constitutus quem confortans iosaphat deiq; prophetam per exercitum requirens: nunciatum est illi heliseum helye discipulum hic adesse qui (tribus regibus ad eum de futura milicia consulendum venientibus, propter iosaphat iustum responsum dedit futuram contra moabitas prędixit victoriam. moabitę namq; aquam sanguini similem de ortu solis in torrente respicientes decepti: ipsos tres reges se inuicem peremisse estimati sunt. contra quos egressi prędictos reges eorum ciuitates sunt populati & agros & de-

ſperatus eorum rex filium primogenitum eleuans ſuper murum deo obtinuit holocauſtum quo cognito humana compaſſione cõpuncti reges miſericordiam habuerũt. Ioſaphat autem paulopoſt anno etatis ſexageſimo regni viceſimo quinto defunctus eſt cui ſucceſſit ioram filius eius. Capitulũ. iij.

A 4.r.c.3 ¶ Vſcipiens itaq; regnum Ioram contra regem moabitarum mouit exercitus. qui ſicut ſupra diximus ab eius fratre receſſerat dum patri eorum achab tributa ſolueret: ouium cũ lanis ſuis ducenta milia. ¶ Congregans ergo Ioram exercitum miſit etiam ad ioſaphat rogans eum olim eius patris amicum vt ſolatium contra ammonitas pugnaturo prẽberet: qui ab eius regni ceſſaſſent imperio. Tunc ille non ſolum ſe adiutorem eſſe cõpromiſit ſed etiam regem idumeę qui ſub eo erat compulſurum vt ei pugnaturus occurreret. Ioram autem talibus promiſſiõibus ab ioſaphat rege perceptis: ſumpto exercitu venit in hieroſolymam & dare nimis ab hieroſolymorum rege ſuſceptus eſt. Placuitq; eis vt itinera ad hoſtes per deſerta facerent idumeę. non credentes inimicis quia ex inde fieri potuiſſet inuaſio. ¶ Tres ergo reges ab hieroſolymis properabant. Hoc 4.r.c.3 eſt rex hieroſolymorum. & iſraelitarum. & idumeę. Et dum ſeptem diebus peragraſſent iter ad inopiam aquę exercitus & iumenta venerunt cum duces eorum ignorantia itineris oberraſſent: & omnes hic quidem erant in anguſtia conſtituti. prẽcipue tamen ioram: qui nimia triſtitia faciente clamauit ad dominum quia malifacientes deduxiſti tres reges vt ſine bello tradantur regi moabitarũ. Quẽ ioſaphat confortabat cum eſſet iuſtus. Qui mittens in omnem exercitum requirere prẽcepit ſi quis B in eo eſſet dei propheta: vt per eum voluntatem dei cognoſceret & quid faciendum eſſet audiret. Et dum quidam famulus ioram dixiſſet vidiſſe ſe illic helyę diſcipulum helyſeum filium ſaphat: tũc tres reges monente ioſaphat ad eum pariter venerunt. Dumq; ad prophetę veniſſent caſtra habebat autem habitaculum ſuum extra tabernaculum conſtitutum conſulebant eum de futura militia: prẽcipue tamen ioram. Qui dum diceret vt illi moleſtus non eſſet ſed potius ad prophetas patris ſui matriſq; properaret quos illi venerarentur quaſi illi veri eſſent rex rogabat & ſupplicabat vt propheta ret & eos a periculo liberaret. Illo vero iurante per deum quia non reſponderet niſi propter ioſaphat ſanctum & iuſtũ. deducto ad mediũ quodã hoie ſciẽte pſallere diuinitus inſpiratus prẽcepit regibus vt in torrente multos lacus effoderent dicens. Neq; nube neq; ſpiritu aliquo flante. neq; imbre diffu 4.r.c.3 ſo videbitis fluuium aqua plenum ita vt homines & iumenta vbertatis poculo ſatientur idq; vobis non ſolum deus donabit ſed etiam hoſtes ſuperabitis & vrbes moabitarum munitiſſimas capietis. & arbores quidem incidetis pomiferas & vaſtabitis prouinciam fontes autem fluuioſq; damnabitis. ¶ Hęc dicente propheta: altera die priuſq; ſol oriretur: torrens vehemẽter influxit. Contigerat enim vt tribus diebus in idumea vehemens imber effunderetur. ita vt exercitus iumentaq; abundantia nimia irrigarentur. ¶ Cumq; audiſſent moabitę tres reges per deſertum contra ſe veniẽtes collecto ex 4.r.c.3 ercitu rex eorum iuſſit vt montana exercitus eius aggrederetur ne latenter hoſtes prouiciam inuaderent. ¶ Et cum non eſſet hebręorum a moabitis procul exercitus reſpicientes moabite de ortu ſolis C aqua in torrente ſanguini ſimilem ſuſpicati ſunt vt ſe tres reges inuicem peremiſſẽt & fluuius eorum ſanguine redundaret. Quod cum arbitrati fuiſſent: petierunt a rege ſuo vt eos ad ſpolia hoſtium deſtinaret. Et impetu facto: quaſi ad diuitias prẽparatas ad inimicorum caſtra tetenderũt alias venerũt & ſpe ſua decepti ſunt. Nam circũdantes iſraelitas: alij quidem eorum perẽpti: alij vero per vniuerſã prouinciam ſunt diſperſi. Tres ergo reges ingredientes moabitarum ciuitates & eas ſubuerterunt: & agros eorũ depopulati ſunt & vehementer exterminauerũt: replentes eos ex lapidibus torrentum & arbores optimas abſciderunt: & fontes aquarũ pariter obſtruxerũt: ac muros vſq; ad fundamenta deposuerunt. ¶ Rex autem moabitarum dũ perſecutionẽ & obſeſſionem nimiã pateretur & videret ciuitatem capi poſſe. impetũ fecit cum ſeptingẽtis viris vt inter hoſtiũ caſtra quo poſſet effugeret. Qđ 4.r.c.3 tamen implere nõ potuit. Nã ad quendã locum veniens valde munitũ dũ fugere non valuiſſet reuerſus in ciuitatem opus deſperationis & crudelis neceſſitatis impleuit filiũ namq; ſeniorem qui erat ei ſucceſſurus in regnum eleuans ſuper murum ita vt a cunctis hoſtibus videretur: deo obtulit holocauſtũ. Reges autem videntes hoc factum eius neceſſitatis: habuerunt miſericordiã & humana compaſſione detenti obſeſſionem ſoluerunt & ad propria remeauerunt. ¶ Ioſaphat autem reuerſus hieroſolymam in pace degebat. Et cum paucum temporis poſt illud prẽlium vixiſſet defũctus eſt. Qui vixit quidem annis numero ſexaginta: imperauit quinq; & viginti magnificamq; meruit in hieroſolymis habere ſepulturã ſimiliſq; fuit magnorũ operũ dauid. Reliquit autem filios multos. ſucceſſorem vero ſeniorẽ filium ioram. Is autem nomen habebat fratris matris ſuę: regis iſraelitarum filij achab.

¶ Actus helyſei laudabiles primo de olei multiplicatione qua grauata vidua debitis creditoribus ſatisfecit prędixit quoq; ioram ſirorum regem contra ipſum moliri inſidias. Quos cognito Adadus rex contra prophetam exercitum mittit quod miniſtro ſibi nunciante hoſtes ſpernens ſeruo ſpẽ

Ioram belli cõtra moabitas parans ioſaphat in auxilium vocat qui ſibi fauit ſecum regẽ idumeę ducens.

Tres reges contra moabitas aquę penuriam i deſerto ab errãtes perpeſſi ſũt. Ioram ad deum clamat.

Helyſeus noluit reſpondere niſi ppter ioſaphat iuſtum.

Pophetia helyſei de futura victoria cõtra moabitas.

Cõgreſſus exercitus moabitarũ contra hebreos Aq̃ ſanguini ſimili decepti moabite eſtimãtes tres reges ſe inuicẽ peremiſſe.

Mors ioſaphat anno etatis. 60. & regni. 25. cui ſucceſſit ioram filius.

habere precepit & inter medios hostes helyseus veniens: eorum obcecatis aspectibus: quem quererent interrogauit ipsosq; ad ioram regem in samariam deducens clausis ciuitatis ianuis orante deo aperti sunt oculi eorum qui refecti salui remittuntur ad propria. Capitulum. iiij.

Actus helisei p phete & primo de multiplicatione olei q̃ vidua grauata debitis satisfecit creditoribus suis.

UEniens autem de regione moabitide rex israelitarum in samariam habebat helyseum sicut prophetam: cuius actus volo narrare. Sunt enim valde precipui & historia digni: sicut ex libris sacris datur agnosci. Ad hunc enim cum accessisset vxor abdie dispensatoris achab eiq; dixisset q̃ non ignoraret quando vir eius liberasset a morte prophetas. Dum requisiuit achab vxor hiesabel eos occidere: & contracto debito cẽtum ex eis occulte pauisset: & post eius mortem creditoribus vrgeretur atq; eius filij ad seruitium deducerentur: ob hanc rẽ rogabat vt eius mariti misereretur operibus & aliquod solatium ad necessitatem preberet. Qui dum requisisset si quid haberet in domo aliud nihil esse respondit: nisi paruum vas olei. Tũc propheta precepit vt multa vasa sibimet a vicinis commodaret vacua & clausis ianuis domus sue ex illo oleo in omnia vasa diffunderet: quia ea deus cuncta repleret. quod dum mulier fecisset & eius filij vnumquodq; vas obtulissent: dum completa fuissent omnia & nullum vacuum remansisset veniens prophetam nunciauit hoc ei. Ille vero consilium dedit vt oleum venderet: & precium creditoribus daret: & ex ipso olei precio quod remaneret. ad alimentum filiorum efficeret hoc ergo modo helyseus mulierem a debito liberauit. Inter hec autem misit helyseus ad ioram monens vt custodiret quendam locum in quo esse syrorum volentium eum occidere dicebat insidias. Tũc rex ad venationẽ preparatam nequaq̃ egressus est obediens verbo prophete. Adadus autem syrorum rex dum se vidisset fuisse deceptum quasi aliquis hominum eius ioram regi sua prodidisset consilia indignatus velut proditores secretorum regis occidere minabatur: cum vtiq; hoc nulli alio nisi illis tantummodo credidisset. Et dum ei quidam presentium dixisset: ne falsa opinione teneretur nec crederet quem aliquis inimico eius consilium prodidisset sed helyseum prophetam omnes regi factas insidias prodidisse: misit requirens in qua ciuitate helyseus habitaret. illi vero qui missi fuerant reuertentes: indicauerunt eum in dothain vrbem commorari. Tunc itaq; adezer qui & adadus misit ad ciuitatem multum nimis exercitũ equestrem simul ac curruum vt caperent helyseum. Qui tota nocte circumeuntes ciuitatem nihil egerũt ¶ Die siquidem facto cognoscens hoc prophete minister quia hostes eum comprehendere niterẽtur prophete quod agebatur indicauit. Ille vero de auxilio dei securus cõtemnebat hostes ministrũq; metuentem: crebro fiduciam habere precepit. sperans quoniam ostenderet deus virtutis sue potentieq; presentiam. Tunc deus prophete orationes exaudiens multitudinem curruum & equorum & armatorum helyseum circunstantium vt minister videret ostendit ita vt ille (remoto timore) illa visione cõfortatus astaret. ¶ Post hec autem helyseus rogabat dominum vt etiam aspectus hostium obcecaret & nebulam eis immitteret: per quam eum inspicere non valerent. Quo facto: veniens iter medios inimicos requisiuit quem quererent. Illis autem se pphetam helyseum querere respondentibus promisit se eum traditurum. si ad ciuitatem in qua esset ille: sequerentur. Qui precedentem prophetam: deo scilicet eorum mentes obcecante: cum festinatione sequebãtur. ¶ Tunc helyseus deducens eos in samariã ad regẽ ioram: precepit vt clauderẽtur porte & regis exercitus circa syros staret. Quo facto rursus orauit dominum vt hostium oculos aperiret & caliginem ab eis auferret. Tunc repente ab illa cecitate reuocati inuenerunt se inter medios inimicos existere. Et obstupescẽtes sibi in nimia angustia sunt constituti qualis vtiq; potuisset eis sic inopinabili & diuino opere prouenire. ¶ Tunc rege ioram consulente prophetam si eos iaculari precepisset hoc quidem prohibuit fieri helyseus dicens iniustum esse: qui lege bellica non capiuntur: occidi illos autem nihil mali fecisse in illius prouinciam sed nescientes ad eum venisse virtute diuina. Deditq; consilium vt & hospitalem eis preberet: & mensa eius sine lesione fruerentur. Ioram vero obediens prophete dũ conuiuia prebuisset opulentissima syris: dimisit eos ad propriumremeare regnum.

Predixit helisẽus ioram regis syrorũ insidias vnde indignatus adadus rex contra prophetam exercitũ mittit. Nũciat helyseo minister suus hostes in eum irruere qui & hostes contemniens seruos pem habere precepit.

Helyseus (hostium obcecatis aspectibus) veniens iter medios hostes quẽ quererẽt requisiuit. Helyseus (firis iter medios hostes astantibus: deum rogauit & illi apperti sunt oculi qui refecti salui dimittũtur

¶ Adezer syrorum rex miraculum pridem ammiratus metuẽs helyseum iam non latenter sed palam ioram impugnare disponens exercitum contra eum mittit & ipsum in samaria clausum obsedit vbi maxima fames vrgente caput asini octoginta argenteis vendebatur. matresq; filios comedebant vnde iratus rex helyseum: quia deum complacaret: occidi mandauit vnde tamen postea penituit & veniens helyseus in breui ciborum copiam promittit incredulo quoq; cuidam principi penam predixit. Terror itaq; diuinitus contra syros immissus qui confusi relictis in castris diuitijs extra fugerunt. Cumq; leprosi extra ciuitatem manentes & propter famis necessitatem ad hostium castra venientes ipsos fugisse cognoueunt obsessis in ciuitate nunciauerunt: qui missis exploratoribus: prophete veritatem cognouerunt in ciborum abundantia & increduli pena qui conculcatus a turba mortuus est.

Capitulum quintum.

Dis vero redeuntibus & quę prouenerant: indicãtibus ammiratus adezer inopinabilem Israelitarum dei prẽsentiã atq; virtutẽ pariter & prophetã cui sic adesset diuinitas: latẽter illi nequaq; voluit contra regẽ israelitarum aliquid attentare metuens helyseum ioram vero palam impugnare dispoſuit multitudine militię & exercitus sui magnitudine se credẽs hostibus prẽualere. Castra siquidem metatus est cũ magna virtute cõtra iorã. Qui credens nõ se sufficere ad resistendũ syris semetipsum in samaria clausit: de murorũ confisus munitione. adezer aũt cogitãs quia & si nõ posset machinationibus capere ciuitatem tamẽ inopia ciborum samaritas obstringeret ad ciuitatem accessit. ¶ Et tanta fuit apud ioram necessariorũ inopia: vt propter magnitudinẽ famis in samaria octoginta argenteis numismatibus caput asini venderetur: quinq; vero argẽteis numismatibus sextarium fimi columbarũ pro sale cõpararent hebrei. Timebatq; ioram ne ꝓpter famẽ ciuitas traderetur inimicis & muros quotidie circuibat atq; custodes ne quis ab eis occultaretur intus: & actus ciuitatis hostibus indicaret. ¶ Quod dum faceret quadam die clamante aliqua mulier domine miserere ꝑputans eã aliquid cibi petere iratus maledixit ei per dominũ dicens nec aream tibi esse nec torcular: vnde ei aliquid posset prestare. Cumq; nihil horũ dignaretur audire: iussit vt loqueretur atq; diceret quecũq; vellet. Tũc fecisse se dixit cũ altera muliere vicina & amica sua hãc pactionem vt quoniã fames talis esset & inopia: interficerent filios suos vtreq; masculos & singulis diebus comederẽt eos. Et ego inquit meũ occidi. & prẽterito die ambę meũ comedimus. Hęc aũt non vult hoc facere sed pactũ transcẽdit & filiũ suũ ne comedatur abscõdit. ¶ Hęc dum audisset ioram vehementer afflictus est: & scissa veste crudeli voce clamauit. deide iratus helyseũ prophetã occidere voluit quia non supplicaret deo. cum potuisset omnes hoc modo a malis prẽsentibus liberari. Et repente misit qui eius caput auferret. Ille siquidem ad necẽ prophetę pergebat helyseũ vero ira regis non latuit. Sedẽs aũt in domo sua cũ discipulis indicauit eis quia ioram filius homicidę misisset qui eius caput auferret. Sed vos inquit dum venerit qui missus est & intrauerit ianuas obserantes alias obseruantes claudite eumq; paululũ retinete. Securus nãq; est veniẽs ad me rex eo ꝙ eum penituerit sui prẽcepti. Tunc illi helysei prẽceptũ fecerũt. ¶ Ioram vero penitentia ductus ob irã suã circa prophetã & metuens ne eũ qui missus fuerat occideret. festinauit vt necẽ prohiberet & prophetam a morte reduceret veniẽsq; culpat eũ: cur a deo malorum prẽsentium absolutionem minime postularet. Sed sic eos perire despiceret. ¶ Helyseus aũt altera die ea hora qua venerat rex ad eum ꝓmisit magnã copiã ciborum affuturam ita vt venderetur in publico duobus siclis satum simile & vno siclo ordei satum. Hoc autẽ dictum & ioram & qui cum eẽrant vertit in gaudium prophetę namq; nõ poterant discredere propter rerum prẽcedẽtium veritatem: inopiamq; illius diei atq; miseriam spes iam futurę abundantię leuauit. ¶ Princeps autem tertię partis cum regi amicus esset supra quem tunc rex incumbebat incredibile est inquit propheta quod dicis. Et sicut ipossibile est vt de catharactis celi ordeum pluat deus autem similam: ita non potest credi quod ad te nunc dicitur adimpleri. Ad quem propheta. Hęc inquit videbis hoc modo fieri sed non gustabis ex eis. Que scilicet sic ab helyseo fuerant prędicta completa sunt. ¶ Lex igitur erat in samaria vt habentes lepram & qui a tali passione nõ essent mundi corpore extra ciuitatẽ manerent. Quatuor igitur viri propter hanc causã manentes ante portam: cum nullus eis aliquid propter necessitatem famis afferret & in ciuitatem ingredi propter legis mandata non possent: quibus vel si liceret ingredi pro fame ibidem necarentur: cogitarũt inter se dicentes quia si illic manerent propter inopiã deperirẽt & propterea tradere se hostibus magis eligerent. qui aut parcendo aut necando famis eos necessitate liberarent. Hoc consilium inter se cõferentes alias cõsumãtes nocte ad castra hostiũ deuenerunt. Incipiebat aũt iam deus terrere & cõturbare syros: & sonũ eis curruũ & armorũ inferre tanq; exercitus grandis super eos accederet: & paulatim turbarũ fragor eorum auribus increparet. Qui ita repẽte tubati sunt vt relinquentes castra ꝓpria cõcurrentes ad regem dicerent quia ioram rex israelitarũ conducto solatio regis egyptiorũ & isularũ super eos accederet quibus venientibus sonum tubę venientis audirẽt. Hęc eis dicentibus etiã adezer cum ad aures eius sonus similis aduenisset populo credidit & cũ multa turba atq; confusione relinquentes in castris equos ãtq; iumẽta vniuersasq; diuitias repẽte cõuertũtur ad fugam. ¶ Leprosi autẽ qui discesserant a samaria ad castra syrorũ venientes. & in eorum tabernaculis multum silentiũ tacitumitatẽq; reperientes. ingressi in vnum tabernaculũ. dum nullum prorsus inspicerent. comedentes atq; bibentes portantesq; multas vestes & aurũ extra castra celantes deinde i aliud tabernaculum accedentes similiter & exinde res placitas sibi sumentes dũ hoc quater fecissent & nullus eos omino videret. arbitrati hostes abscessisse culpabãt semetipos cur iorã regi hoc minime nũciassent. Tũc illi veniẽtes ante ciuitatis murũ & custodes clamãtes indicauerũt eis quę de hostibus cõtigissent. Illi aũi hęc regis custodibus nũciauerũt. A quibus audiẽs hoc iorã euocauit amicos suos & prȩcipes qui

A 4.r.c6

4.r.c6

B

4.r.c6

4.r.c6

4.r.c7

C

4.r.c7

Exercitus regis syrorum contra iorã qui semetipsum in samaria clausit.

Maxima fames in samaria vt octoginta argenteis caput asini venderet & quinq; argenteis sextarium fimi columbarũ pro sale.

Iratus rex iussit helyseum occidi quia non supplicaret deo vt liberaret populus ab obsidiõe.

Penitet iorã qa mandauit helyseum occidi.

Helyseus ꝓmittit ciborum copiam i breui futuram.

Incredulo principi super quem tunc incũbebat rex prędicitur pena.

Lex samarię de leprosis extra vrbem manẽtibus

Terror diuinitus contra syros immissus fugerunt confusi relictis diuitijs suis in castris.

bus hit pro insidijs arte callida syrorum discessisse regem.eo q̄ desperaret fame capi potuisse ciuitatē vt quasi fugientibus illis & egressis ad direptionem castrorum nostris latenter irruerent.& interfice D
rent: & ciuitatem pariter deuastarent vnde vos inquit moneo vt custodiatis ciuitatem & nusquam abire temptetis:hostes fugisse credentes. Tunc dicente quodam optime quidem arbitratum a rege et consilium dante vt duo equites vsq; ad iordanem fluuium mitterentur.qui cuncta perquirerēt vt si illi quidem capti ab insidijs hostium deperirent:securitas exercitui fieret ne cuncti aliquid simile

Exploratores mittuntur ꝓ certificatione fugę syrorum.

sustinerent:pereuntes autem paucos anunciarent cum his quos vastauerat fames. ¶Hoc dictum dū placuisset regi exploratores misit. Qui euntes castra quidem inuenerunt hostibus vacua:locum vero plenum cibis & armis:quę reliquerant vt leues essent ad fugam. Hęc autem dum rex audisset ad direptionem castrorum misit exercitum. Qui nihil vile tulerūt nec paruum sed aurum multum & argentum gregesq; mulos iumentorum frumentorum & ordei multa milia quantum in somno se videre credebant: quo facto a malis pristinis liberati maximam copiam habuerunt duo sata ordei sicli

Verificatio prophetię helysei ꝺ abundantia ciborum post tantam famem.

vno & satum simile duobus siclis.secundum prophetiam hominis dei helysei. Satum itaq; fert modium vnum semis italicum. ¶Horum itaq; bonorum solus ille princeps tertię partis quem prędiximus potitus non est. Nam constitutus a rege vt staret ad portam quatenus turbā moderate ad egressum ciuitatis emitteret ne alterutros comprimentes ad pericula peruenirent:quod q; alios pati prohibebat ipse sustinuit & hoc modo ne gustaret ex his quę fuerant prophet̄a defunctus est helyseo prędicente mortem eius:dum ea quę vbertate ciborum ille prophetauerat.solus iste non crediderat.

¶Afflictus langore rex syrorū fidelē azahel nunciū cū muneribus ad helyseū mittit vt sciat si egritudinis periculū posset euitari cui regis mortē flens helyseus (pręuidente illo quę populus israel post mortē regis esset passurus) nunciauit & azahel famulū post illū regnaturū qui ad regē veniens nūciauit quidē bona sed eū laqueo vinciēs strangulat & regię potestatis obtinuit apicem. Capitulum.vi.

Afflictus syrox rex corruit i langorē & azahel fidelem nuncium ad helyseū mittit cum muneribus vt sciat si egritudinis periculā posset euitari.

ADezer autē syrorū rex dū venisset in damascum & agnouisset quia diuinitas ei & exercitui timorē imisisset & fugā:& nō inuasione hostiū fuisset factum nimis afflictus eo q̄ ita deū haberet iratum:corruit in langorē. Illo siquidē tēpore dū propheta helyseus venisset in damascū cognoscens hoc adezer fidelissimum seruulorū azahel noie misit vt ei occurreret & dona portaret prępiens ab eo requiri si egritudinis eius periculū posset euitari. Azahel itaq; cum quadraginta camelis queq; forent optima & prętiosa in damascena prouicia ex domo regia dona regia portabat.& veniēs ad helyseum & decenter salutans ait missū se a rege adezer ad eū vt dona portaret & de eius languore cōsuleret:si euadere posset. propheta vero iussit azaheli vt nihil ei mali nūciaret:dixit autem regē moriturū esse. ¶Et famulus quidē hęc audiens cōtristabatur/helyseus autē flebat & multas lachrimas fundebat:p̄uidēs quę populus passurus esset post mortē adhereri. Dūq; azahel causam eius cōfusionis inquireret:defleo inquit populum israelitarū dolēs in his malis quę passurus est abs te. Interficies em̄ optimates eorū & munitissimas ciuitates incēdes & parvulos lapidibus illisos crudeliter trucidabis:& mulieres pueros i vtero habētes seua morte dirūpes. Azahel vero dicēte quę mihi virtus est.vt per me talia possint prouenire: ait sibi deū indicasse quia regnaturus esset in syria. ¶Azahel itaq; veniēs ad regē:illi quidem nunciauit bona/altera vero die infuso laqueo vinciens eū illum quidē strangulauit: ipse vero apicē regię potestatis obtinuit. Erat enim vir efficax.& multa syrorū & populi damascenorū deuotione florebat:ita vt hactenus & adezer & ipse azahel qui post eū regnauit quasi dij colerētur propter beneficia & tēplorū edificia.quibus damascenorū exornauerant ciuitatem. Isti namq; quotidie soli in pompa quasi pro honore regio deferūtur & syri de eorum antiquitate gloriantur ignorantes quia sunt nouelli.& non habent isti reges vltra mille annos & cētum.

4.r.c.8 E

4.r.c.8 F

4.r.c.8

¶Ioram rex hierosolymorum (mortuo adezer rege syrorum) in pace gaudens populum docuit ydolatrizare & idumeos a regno iuda persequitur vicinos occidens ad quem helyas epistolam mittens mortem sibi propinquam & vituperabilem significauit cuivt sibi nunciauerat propheta accidit & mortuus regali primatus est sepultura. Capitulum septimum:

Malicia ioram regis iuda.

IOram vero rex israelitarum audiens adezer esse defunctū a timore & formidine quā propter eum habebat aliquo modo respirauit & pacem gratanter excepit. Igitur ioram hierosolymorum rex qui & ipse quidem sicut prędiximus hoc nomen habebat rerū apice potitus:mox ad necē fratrum suorū & patermorū amicorū pariter & principū cōuersus est:& malitię suę hoc fecit initiū. In qbus malis nil differēs a regibus populi q añ eū iniquitatē fecerūt i solēnitatibus hebręorū & religiōe diuina docuit quo vulgus & i alijs esse malū & extraneos adorare deos p gotholiā alias athaliā achab filiā cōiugē suā. et deus qdē ꝓpter dauid regis ꝓmissionē noluit genus eius extermiare. ioram vero nihil p̄termittebat quo minus aliquid quotidie nouę impietatis efficeret & q̄ non vastatione patrie traditiones attenderet

4.r.c.8

4.r.c.8

Notantur

¶Illo siquidem tempore recedentibus ab eo idumeis:& primo quidem interficiẽtibus eum regem
A qui erat eius patri subiectus & cõstituentibus quem ipsi voluerãt iorã cum equitibus suis & curribus
4.r.c8 noctanter venit in idumeam:& eos quidem qui vicini eius regno esse videbantur occidit:lõgius nõ
abiit.Nihil tamen dum hoc modo fecisset vtilitatis exibuit. Nam omnes ab eo recesserunt: simul &
qui prouinciam labennam alias lobennam habitabant. ¶Erat autem ita vesanus vt etiam populũ
cogeret in excellentissimos montes ascendere:& deos alios adorare.¶Cumq; hec ageret & omnino
leges patrias a sua mente repelleret delata est ad eum ab helya propheta epistola in qua pãdebatur
magnam eum penam fore passurum quia patrum suorum non esset imitator.sed israelitarum seque-
retur regum impietatem insuper &cogeret tribum iuda & ciues hierosolymitas relinquentes sancta
patria ad ydola cõuenire quę rex achab in suo regno fecisset.& quia fratres suos iteremisset & bonos
viros & iustos pariter occidisset.Supplicũq; qđ pro his susceperus esset propheta i litteris indicabat
id est cladem populi & corruptionem vxorum regis & filiorum & quia ipse quoq; moreretur egritu-
dine longa nimis confectus visceribus propter nimietatem internę corruptionis effusis itavt videret
B suam calamitatem.nec posset vllatenus subuenire.Et hęc quidẽ epistola significabat helyę. ¶Post
4.r.c8 breue siquidem tempus exercitus arabum iuxta ethiopiam habitantium & alienigenarum ioram re
gnum aggressi sunt & prouinciam vastauerunt & regis domum insuper & filios occiderunt pariter&
eorum vxores. vnusq; solummodo filiorum eius noie ochozias hostes effugiens derelictus est. Qui
post hãc calamitatem prędictum a propheta languorem incurrens multo tempore fatigatus diuini-
tate eius viscerib⁹ immitente miserabiliter superna indignatione defunctus est:cũ viscera sua diffu
sa videret.Quẽ etiã mortuum populus multis cõtumelijs afficeret:& vt reor credentes ita mortuum
ira diuina peremptũ fuisse.nec exequijs regalibus eum fecere dignum nec in paternis sepelire monu
mẽtis nec alium ei exhibuerunt honorẽ:sed velut priuatum tumulo tradiderũt.Qui vixit annis qua
draginta:regnauit octo tradidiq; principatum eius hierosolymorum populus filio eius ochozie.

¶Leso ioram israel rege in bello cõtra syros hieu rex ab helysei discipulo inungitur ad exterminan
dũ domũ achab qui & a populo est confirmatus qui & ioram regem a ciuitate iezrael fugientẽ occidit
eius corpore in naboth agrũ proiecto fugientẽ quoq; ochoziã vulnerauit & iezabel de turri precipita
ri iussit cuius corpus a canibus est deuoratũ oẽsq; achab filij a samaritanis iubẽte hieu decapitati sũt
sed & fratres ochozię occisi sunt & pseudo prophetis ab eo occisis baal tẽplum concremauit.Ca.viij.
4.r.c8 IGitur ioram rex israelitarum post mortem adezer sperãs ramoth ciuitatem se capere & eã
syris auferre.cum magno apparatu castrametatus est super eos.In qua oppressione a quo-
dam syro non mortifere sagittatus abiit in ciuitatem iezrahelem vt vulnus suum positus in
ea curaret directo in ramatha alias ramoth omni exercitu simul & duce hieu:qui fuit filius amessi a-
4.r.c9 lias nausi vt post curam reuerteretur ad pugnam.¶Helyseus vero propheta vnum discipulorũ suo
rum dato ei sancto oleo misit in ramatha vt vngeret hieu eiq; diceret quoniã eum regẽ diuinitas ele-
C gisset:cui & alia pariter indicaret precipiens ei vt sub modo fugę faceret iter quatenus illic cũctos p-
ficiscẽdo lateret.Qui dum venisset in ciuitatem hieu quidem inuenit cum principibus militum resi-
dentem in medio sicut ei prędixit helyseus.Et accedens ad eum ait se quędam ei fore dicturũ.Qui
dum surrexisset & in cubiculum eum secutus fuisset:seorsum sumens eum oleo caput iuuenis infudit
dicens a deo vnctum eum regem ad achab generis peremptionem & ad vindicandum sanguinem
prophetarum qui ab iezabel nequiter fuisset effusus:vt domus eorum sicut hieroboam nabathei &
baasa propter impietatem propriam radicitus deperiret & nullum semen de achab genere remane
ret.Et cum hoc dixisset de cubiculo protinus exiliuit ne ab aliquo in exercitu videretur.¶Hieus au
tem venit ad locum vnde surrexit:& cum alijs principibus residebat.Quibus requirẽtibus vt eis di-
ceret cur ad eum venisset inuenculus insuper &vesanum eum dicentibus recte inquit iudicastis.nam
4.r.c9 verba vesanię locutus est.Quibus festinãtibus vt ea audirẽt atq; rogãtibus ait eum dixisse quia ipse
fuerit a deo relictus rex.Hęc itaq; cũ dixisset vnusquisq; se exuẽs qđ habuerat vestes proprias ei sub
sternebãt.Et mittẽtes tubas hieu regẽ esse clamabãt.Ille vero exercitu cõgregato pergebat ad ioram in
ciuitatẽ iezrahel in q̃ sicut p̃dixim⁹ pro vulnere curãdus abierat qđ ceperat cũ obsideret ramatha.
4.r.c9 Cõtigit aũt vt eo tẽpore hierosolymorũ rex ochozias veniret ad ioram:erat eñ filius fororis eius sicut
iã diximus vt visitaret propter vulnus qđ in obsessiõe acceperat.Hieus aũt subito volẽs sup ioram true
re:rogauit vt nullus militũ descẽdẽs regi ioram quę gesta fuerãt nũciaret.dicẽs hanc esse maximã eorũ
circa se deuotionẽ si eũ regẽ hoc ordine demõstrarẽt.Ille vero i his quę fuerant dicta gratãter itinera
cõseruabãt:ne quis latẽter pergẽs quod gestũ fuerat indicaret.Et hieus quidẽ sumptis equitibus ele-
ctis sedẽs in curru ibat ad iezrahel. ¶Cũq; proximus fuisset ciuitati:explorator quem rex constitue
rat ioram vt ad ciuitatẽ venientes inspiceret:videns cũ multitudine veniẽtẽ hieu:nũciauit ioram regi

Recedẽtes idu
meosa regno ia
da persequitur
ioram sibi vici-
nos occidens.

Mors ioram re
gis hierusalẽ vi
tuperabilis & af
flicto nimia fue
familię qui etiã
regali priuatus
sepultura.

Mortuus ioram
anno etatis qua
dragesimo & re
gni octauo cui
successit ocho-
zia filius.

Ioram rex israel
contra syros prę
lians leditur.

Vnctio hieu in
regẽ israel a di-
scipulo helysei
ad exterminan
dũ domũ achab

Confirmatus
hieu i regno pa
tricipes bellum
parat contra io-
ram filiũ achab.

videre se equites venientes. Ille vero repente aliquem mitti iussit equestriū qui ei occurreret. & quis esset agnosceret. Qui dum venisset ad hieu: de exercitu requisiuit dicens a rege se esse missū. At ille nihil de his respōdens: sequi se iussit requirentē. Quod dū explorator vidisset: indicauit ioram quia qui fuerat missus equestris mixtus multitudini veniret vna cū eis. Iterum rege mittēte etiā aliū hoc eū facere hieus imperauit. ¶ Quod dum explorator ioram indicasset. nouissime in curru ipse conscendens cū ochozia hierosolymorū rege in occursum eius egressus est. Hieu autē cū multa moderatiōe & disciplina agebat iter. Cūq; ioram venisset in agrū nabuthei: requirebat si in exercitu omnia recte gererentur. Et cū ei hieu amarissime malediceret: matrēq; eius venificā meretricēq; clamaret metuēs rex & nihil eū cogitare quod esset salubre credēs cōuerso curru suo vt poterat fugiebat dicens ad ochoziā: ea q; insidijs & dolo fuisset captus. Hieu autē sagittā post eū mittēs eius cor suo iaculo penetrauit Et ioram quidē repente cadens. flexo poplice animā deliquit. ¶ Hieu autē continuo iussit vadacro principi tertię partis vt corpus ioram proiceret in agrū nabuthei alias naboth & recordans prophetiā helyę quā patri eius qui fuit interfector nabuthei prędixerat quoniam & ipse & eius genus in illo agro perirēt. ¶ Hęc enim cum sederet tunc post tergū curtus achab. audisse se: propheta narrante: dicebat q; etiam secundum illius prouenit eloquiū. ¶ Igitur cadente ioram metuens ochozias de sua salute. currum in aliam itineris partem conuertit: credens qualiter effugeret hieu. Ille vero persecutus est: eum ad quendā ascensum comprehendēsq; sagittam eadē missa eum percussit. Qui derelicto curru ascendens in equo fugit hieu in magedon ibiq; curandus post paucum vulneris illius tempus & ipse defunctus est portatusq; in hierosolymam. illic sepultus est cum regnasset annovno. Fuit enim malignus & plus valde q̄ pater eius. ¶ Cum autē hieu intrasset in iezrahelem vrbem hiezabel ornata stans supra turrim. bonus inquit seruus qui occidit dominum suum. Ille vero respiciēs ad eam quę esset interrogauit. & descendentem ad se venire precepit. Nouissime vero eunuchis imperauit vt eam de turri deijcerent. Quę dum precipitata fuisset murum sanguine suo aspersit: & concultata equorū pedibus expirauit. ¶ His ita gestis hieu ingressus palatium cum suis amicis semetipsum reficiebat & illos conuiuijs alijsq; rebus. Precepitq; famulis qui iezahel peremerant: vt eam propter decus generis sepelirent. Erat enim ex regibus. Sed nihil de eius corpore quibus hoc imperatum fuerat inuenerunt nisi tantum modo summitates manuum & pedum: aliud vero totum corpus a canibus est absūptum. ¶ Hęc audiens hieu helyę prophetiam nimis obstupuit. Is enim in iezabel prędixerat hoc eam interitu fore perituram. ¶ Interea dum achab filij septuaginta in samaria nutrirētur. misit hieu duas epistolas principibus samaritanorum dicens vt fortissimum filium achab constituerent regem cum & currus haberēt multos & equos & arma ad militiam & ciuitates munitas. Quod dum facerēt: domino suo repensarent. Hęc autem scripsit: volens samaritanorum mentes agnoscere. Relegentes vero litteras has principes ac pedagogi timuerunt & cogitantes q; nihil possent contra eū facere qui magnis duobus prealuisset imperijs: scripserunt profitētes se eum habere dominum & facere quę cunq; preciperet. Ille vero ad hęc rescripsit precipiens vt si obedirent ei filiorum achab abscidētes capita destinarent. Tunc principes euocantes nutritores infantum iusserunt vt occidentes eos capita eorum abscinderent & mitterent ad hieu. Hęc illi nihil resistentes egerunt. & cōponentes in quibus dā vasculis de vimine factis: eorū capita destinarūt. ¶ His autē allatis ad hieu cum amicis cenantem nunciatum est q; capita filiorum achab viderētur esse deleta. Qui iussit ante portam ex vtraq; parte ex eis aggeres fieri. Factoq; die ad ea videnda processit. Et inspiciens dicere cepit ad populum. quia ipse quidem cōtra suum dominum militasset & illum peremisset. Hos autē omnes non ipse peremisset eosq; cognoscere deposcebat de generatione achab quia omnia secundū dei prophetiam fuerāt gesta & domus eius sicut helyas prędixerat deperisset ¶ Cūq; necasset eos qui apud iezrahelitas ex achab genere sunt inuenti: cum equis ad samariam pperabat. Pariter aūt inueniens aliquos fratres ochozię hierosolimitarū regis interrogauit eos quo properarent. Illi vero dixerunt quia veniūt vt ioram salutarent. & regem suum ochoziam: nescientes q; ab eo ambo occisi fuissent. hieu autē eos comprehensos precepit occidi. Erant enim numero quadraginta & duo. ¶ Post hęc occurrit ei vir quidā bonus & iustus ionadab oli amicus eius. Qui cū salutasset eū cepit laudare eo q; oia cū dei voluntate fecisset & achab genus exterminasset. Hieu aūt rogauit vt ascēdēs in currū ad samariā cū eo veniret ei se demōstraturū dicēs q; nulli parceret malignātiū sed & falsos pphetas & falsos sacerdotes & suadētes plebi vt magni quidē dei religionē desererēt & extraneos adorarēt ipe puniret cū esset vtiq; optima nimis hęc ispectio atq; gratissima: vt bonus & iustus vir videret malos tormētis affligi. His cōsentiēs ionadab ascēdēs i curru venit pariter i samariā. ¶ Hieu aūt reqrēs oēs cognatos achab iterfici volēs aūt nullū de falsis pphetis neq; de sacerdotibus ydolorū achab suppliciū declare deceptiōe quadā & dolo cōphēdit vniuersos. Cōgregato siq̄dē populo dixit se velle duplices deos introductos quos

D

E

F

Ioram cū ochozia in occursum hieu in curru venit.

Hieu occidit ioram fugientem & corpus mortui in agrum nabuthei pijci pręcepit.

Fugientē ochoziā vulnerat hieu sagitta qui & mortuus ē post q̄ vno regnasset anno.

Hieu iezabel de turri pręcipitari iussit cuius corpus a cānibus deuoratum est.

Hieu (missis litteris ad samaritanos) eis mandat vt septuagita filiorū achab fortissimum volēs eorū cognoscere voluntatē) regem constituāt.

Hieu ad populū verba q; domus achab deleta esset secundū helię prophetiā

Hieu pręcepit fratres ochozię occidi.

Bana cadella hieu cōtra falsos sacerdotes & pseudo prophetas achab.

4.r.69

4.r.69

4.r.c9

4.r.c. 10.

4.r.c. 10.

4.r.c. 10.

A achab colebat adorare.rogans vt eorum ſacerdotes & prophetę & ſerui pariter aduenirent. quatenus copioſa ſacrificia & prę cipuas diſs achab hoſtias immolaret & eſſet multandus morte ſacerdos qui tunc non fuiſſet inuentus. Deus autem achab baal appellatur conſtituēs itaq; diem quo vellet ſacrificia celebrare. miſit in omnē iſraelitarū regionem nuncios:qui ad illum baal ſacerdotes adducerent.Quibus pariter congregatis:iuſſit hieu pontifici vt daret omnibus veſtes. Eiſq; ſumētibus ingreſſus domū cum amico ſuo ionadab prę cepit:cum diligentia quęreretur ne quis inter eos alieni gena aut peregrinus inueniretur.cum nollet ſacerdotibus ydolorum alium interſſe fidelium. Illis vero dicentibus nullum intereſſe peregrinum & inchoantibus ſacrificia celebrare conſtituit.a foris octoginta numerō viros armatos quos nouerat fideliſſimos iuſſitq; eis vt falſos prophetas occiderent.& ipſi in paterna ſolemnitate permanerēt:q̄ multo iam tempore deſtituiſſent. Et ſimul īterminatus eſt vt ſi qui effugerent:pro illis animas eorum auferret. Ille vero & omnes viros interemerunt & domū baal igne concremauerunt & hoc modo a peregrinis ſolemnitatibus ſamariam liberarunt. ¶ Hic itaq; baal tiriorum fuit deus. Achab autem volens parere ſocero iobal qui rex tiriorum tunc erat & ſydonis templum ei fecit in ſamaria ſacerdotesq; inſtituit & oi eos cultura religionis honorauit. ¶ Cū igitur hic deus fuiſſet exterminatus aureos tamen vitulos hieu iſraelitas adorare permiſit. Hęc autē cum feciſſet & pro imperij caſtigationibus cogitaſſet deus ei per prophetam prędixit eo quod in quatuor generationibus ſuper iſrael eſſent eius filij regnaturi. Igitur circa hieu talia gerebantur.

¶ Deus achab baal.

Interemptis omnibus ſimilis ſacerdotibus & p̄phetis templu; baal cōcremat.

B 4.r.c. 10.

¶ Athalia quę a nonnullis gotholia nuncupatur genus dauid exterminare cupiens ochozię regis filios dempto vno ioas nomine vt regnaret interemit.qui latenter nutritus ioiadę ſacerdote cōſiliante armaq; miniſtrante rex ſibi diademate impoſito cōſtituitur. Et athalia in mularum porta occiditur & q̄diu vixit ioiade rex ipſe ioab populumbene rexit bellum mouente azahel contra iſraelitas hieu contra deum ſuperbus mortuus eſſe cui ſucceſſit ionatham filius eius. Capitulum.ix

Athalia mater ochozie regis interfecti genus dauid exterminare cupiēs omnes ochōzie filios:dēpto vno; interemit & regnauit.

4.r.c.11 ATalia alias gotholia vero achab filia audiens ioram fratris ſui mortem & ochozię filij & totius generis regij vna perditionem ſtuduit vt nullum de domo dauid relinqueret ſed omne genus exterminaret vt nullus ex eis ad regnum vlterius peruenire. Et hęc quidem ſicut potuit fecit.Euaſit autem vnus filius ochozię mortem hoc modo diffugiens. Ochozias rex ex vno patre habuit ſororem nomine ioſabeth:cui copulatus erat pontifex ioiada. Hęc ingreſſa regiam domum vbi erant interfecti filij regum.ioas nomine infantulum annicalum:celatum inueniens cum nutrice & portans in cubiculum clauſit & latenter aluit ipſa & vir eius ioiada in templo ſex annis quibus in hieroſolymis ſuper duas tribus athalia regnauit. Septimo vero anno ioiada hunc ſermonē pādit quinq; viris centurionibus eiſq; ſuaſit vt ei conſentirent contra ea quę ab athalia fuerant perpetrata & regnum infanti traderent percepturuſq; ab eis iuſiurandum quod ſecuritas talia gerentibus

C prępararetur:prodidit eis quę gerenda forent atq; complenda. Tunc viri quibus ſacerdos ioiada ſuū conſilium commiſerat circūeuntes omnem prouinciam ſacerdotes & leuitas congregātes ex ea ſimul

4.r.c.11 & principes tribuum omnes hieroſolymis ad pontificem deduxerunt. Qui mox fidem ab eis cū iureiurando petit vt quod ab eo agnoſcerent cum taciturnitate ſeruarent donec niſus eius intētionis potuiſſet impleri. Quibus iurantibus ſecurum effectum deducens eam q̄ de genere dauid enutrierat iſte inquit vobis rex ex illa domo erit quam noſtis deum prophetaſſe ſuper nos omni tempore regnaturam. Moneo ſiquidem vt tertiam partem veſtram cuſtodire faciatis i templo.quartam vero in omnibus templi ianuis ſtatuatis. reliqua vero pars teneat portam quę ducit ad tecta regalia. Alia vero inermis multitudo conſiſtat in templo nullumq; armatum permittatis intrare niſi tantūmodo

4.r.c.11 ſacerdotes. His quoq; prę cepit vt pars aliqua ſacerdotum & leuitarum circa ipſum regē aſſiſteret cū euaginatis gladijs circumſtantes:vt ſi quis armatus in templum intrare prę ſumeret repente perimeretur & nihil metuens regem fortiter obſeruaret. Illi vero conſilio pontificis obedientes.ſuam voluntatem opere declararunt. Interea ioiadas aperiens armamentarium quod erat in templo a dauid cōſtitutum diuiſit.centurionibus & ſacerdotibus pariter & leuitis arma quecunq; illic inuenit lāceas & pharetras & quodcunq; aliud apprehendit genus armorum & armatos circa tēplum ſtatuit:vt manu ſua totum conſtipare viderentur ingreſſum: & quaſi murum habita teſtudine molirentur. Prę cipienteſq; in medio puerum ei regium diadema poſuerunt: & vngens eum ioiada regem ſolenniter ordinauit. Populus itaq; gaudens clamauit. viuat rex. ¶ Porro athalia tumultum & laudes inopinabiles repente cognoſcens vehementer perturbata cum ſuo exercitu de regalibus exiliuit Et cum veniſſet ad templum ſacerdotes quidem eam protinus exceperunt armatos vero qui ſequebantur introire prohibuerunt. Erant autē a pontifice prępoſiti ſicut dictum eſt vt templi additus obſeruarent ¶ Tunc itaq; athalia videns puerum ſtantem ſupra tribunal regium eiq; diadema regale ſuper impoſitum:ſciſſa veſte ſua vehementer exclamās iuſſit occidi qui ſibi fecerat inſidias & principatū au-

Cōſiliū ioiadę.

Ioiadas ceturionibus arma de tēplo dat & ordinat exercitum. Puero ioas regi um diademaim ponitur.

ferre putabat. ¶ Ioiada vero euocans centuriones. iussit vt educentes athaliam in conuallem cedron eam ibi perimerent ne templum occidentes illic veneficam violarēt vnā. Qui precipiēs vt si quis ferre vel 4.r.cu
let ei auxilium. pari sorte perimeretur. Tunc quidem cui fuerat eius iniūcta perēptio sumēs athaliam D
deduxit eam ad portam mularum regis & illic interfecit. ¶ Cum vero hęc circa athaliā fuissent gesta
cōuocans populum & armatos ioiada in templo coniurauit vt omnes regi fauerēt & eius saluti pro
Athalia in porta mularum regis occiditur. spicerent quando in deuotione regia deū potius honorarent: & ne transcenderent moyseos leges
iusiurandum quoq; compulit exhibere. ¶ Post hęc concurrētes ad domum baal quam athalia & io-
Baal domū destruxerunt perēpto eius sacerdote. ram vir eius instruxerant ad iniuriam paterni dei & honorem achab: eam funditus euerterunt: & sa-
cerdotem eius mathan nomine peremerunt. ¶ Diligentiam vero templi atq; custodiā sacerdotes &
Instituit ioiadas custodes in templo. leuitas ioiada habere permisit. & secundū regis dauid pręceptum iussit eos secundo in die holocau-
sta & sacrificia solēniter immolare vt secundū legē incensum offerrent. Fecit autem & quosdam leui-
tarū portarios ad templi munimen ne illic sordidū aliquid latēter intraret Hęc itaq; vniuersa dispo
nens cum cēturionibus & omni populo sumens puerum de tēplo. ioiadas eum cum vniuersis ad re-
galia vsq; perduxit. Quo in regio solio residente. cūctus populus cū fauore solemniter acclamauit &
ad epulas conuersi simul ad festiuitatem multis diebus egerūt cunctis quę habebat athalia de rebus
humanis ablatis. ¶ Ioas itaq; adeptus regnum erat ānorū septem cuius mater fuit nomine sabia ex
Ioas q̄diu vixit ioiadas fācte rexit populum. regione berzabeę: multāq; habuit custodiā legum & cultura diuine religionis exhibuit omni tempo-
re quo vixit ioiada. Etate vero congrua duxit duas vxores dante sibi pontifice ex quibus & masculi 4.r.c.
& feminę natę sunt. Igitur de rege ioas & quemadmodum insidias defugerit regnumq; percepe- xij.
Bellū azahel cōtra israelitas. rit: his indicasse sufficiat. ¶ Azahel autem syriorum rex dum pugnaret contra israelitas & contra re- B
Hieu superbus contra deū mortuus anno regni vigesimo septio cui successit filius ioacham. gem eorū hieu vastauit prouinciam transiordanem quę erat ad orientem tribus ruben & gad & ma
nasse & galaad & bathaneam percurrens vbiq; & cuncta diripiens vim resistentibus inferens vniuer
sis. In quo potuit quidē vlcisci hieu dum cunctam prouinciam deuastaret sed circa diuinitatē super-
bus & cōtemptor existens & legitima sācta despiciēs mortuus est cū regnasset super israelitas annis 4.r.cx
septem & viginti. Sepultus est autem in samaria successorem principatus ioacham filiū derelinquēs. 4.r.cx

¶ Ioas rex templum innouare cupiens impositionem leuare a populo instituit & leuitas euocās
ad seipsum quasi inobedientes culpauit & ligneam archā pro congregādis pecunijs ordinauit. ioas
quoq; rex (mortuo ioiada iusto & per oia bono) diuinę religionis perdidit curam ad quem missi pro-
phetę a deo vt vitam emendaret sed zachariam filium ioiadę in tēplo lapidari fecit & non post mul
tum temporis spacium ciuitatis obsessionem metuens syrorum regi templum thesauri misit & a mini
stris suis occisus filium suum amasiam regni dimisit successorem. Capitulum decimum:

Ioas templum innouare cupiens impōnem leuare a populo instituit. Negligentes leuitas rex culpauit qui & archā ligneā pro congregandis pecunijs ordinauit.

Ex vero hierosolymorū ioas quoddā desideriū apprehēderat vt tēplū innoua-
ret. Quadā die euocans pontificem ioiadam: iussit vt in omnem mitteret regio-
nem & leuitas & sacerdotes exigeret pro vniuscuiusq; capite dimidij sicli argē 4.r.c.
ti: ad fabricam & renouationem templi quod a ioram & athalia & eorum filijs xij.
videbatur esse destructum. Pontifex autem hęc equidem non fecit sciens q̄ nul F
lus conferret argentum. Tertio vero anno regni sui ioas euocans ad seipsum le-
uitas: & quasi inobedientes sui pręcepti culpans: iussit vt pro hac re in futuro
anno pro renouatione templi prospicerent. Quo facto: consilio pontifex vsus
est pro congregatione pecuniarum quod populus libenter habuit & gratanter impleuit. Fecit nam-
q; ligneam archam & vndiq; muniens eam: vnum ei foramen aperuit: quam ponens in templo iux-
ta sacrarium iussit singulos quantum vellent in eam mittere per foramen pro templi reparatione. 4.r.c.
¶ Ad hoc igitur opus omnis populus libenter accessit & multum argenti multumq; auri largitus est xij.
Quo facto euacuantes archam rege presente: scriba simul & sacerdos gazofilatiorum dinumeran-
tes quod fuerat congregatum: deinde archam in ipso loco reposuerunt. & hoc diebus singulis facie
bat. ¶ Cumq; populus quod ei fuerat visum obtulisset: miserunt pontifex ioiadas & rex ioas vt ceso-
res lapidum instructoresq; conducerent: & ligna maxima de optima silua deponerent templo si-
quidem reparato: aurum quod remanserat & argentum non paruum ad pateras & vini fusoria & 4.r.c.
Mortuo ioiada iusti & boni per oia anno etatis sue cētesimo & trigesimo ioas rex diuinę religionis curā pdidit coopercula & vasa reliqua deportarunt: sacrificijsq; quotidie adolentes altare regebant. Et hęc xij.
quidem tempore quoad vixit ioiadas: competenti studio gerebantur. ¶ Cum vero is mortuus
fuisset qui vixerat annis centum & triginta. iustus & per omnia venerandus: & sepultus fuisset in
hierosolymis in regijs monumentis quoniam generis Dauid reparauit imperium rex ioas curam
perdidit diuinę religionis: cum quo etiam primatus plebis pariter viciati sunt. Vt circa solemnita-
tes & legitima iura delinquerent. ¶ Deus autem dure ferens transgressionem regis & alio-
rum misit prophetas qui contestarentur eos: vt ab huiusmodi gestorum malignitate recederent.

Illi vero in tali malorum more & desiderio permanserunt: vt nec alios qui ante se propter legitimorum iniurias fuerant castitati neq; prophetas qui predicabant vt penitentiam agerent & conuerterent ab iniquitate respicerent. Nam & zachariam filium pontificis ioiade lapidibus in templo rex iussit occidi: beneficios patris eius oblitus. Quem cum deus prophetā constituisset: stans in media multitudine suadebat eis simul & regi vt iusticiam facerent & q magna supplicia susciperent: si nollent dei preceptionibus obedire. Qui tamen cum moreretur: suas passionum testem deum & iudicē proclamauit quia pro bono consilio & pro his que pater eius prestiterat regi ioas ille amare & vio-
4 R.c. lenter occumberet. ¶ Rex autem ioas non post multum temporis spacium iustissimas poenas horū
12 in quibus p̄uaricatus est exsoluit. Veniente namq; azael syrorum rege in eius p̄uinciam & geth deuastante atq; depopulante cum esset iam ad hierosolimam deducturus exercitus: metuens ioas obsessionē: euacuatis omnibus dei thesauris atq; regalibus & ministerio templi. misit syrorum regi. his enim redimens ne ciuitas pateretur pressionem aut periculū rerum omnium sustineret. Cui dum satis factū fuisset ingenti multitudine pecuniarū nequaq̄ ad hierosolimam castrametatus est. ¶ Ioas tamen cū pessimum languorem incurrisset instantes amici qui mortem zacharie ioiade filij defendebant eiq; insidias facientes interemerunt eum. & sepultus est quidem in hierosolimis nō autē in monumentis patrū: quia fuerat diuine religionis inimicus. Vixit autem annos quidē septē & quadraginta. in eius aūt imperio successit filius eius amasias.

¶ Ioacham hieu filius ab Azahel syrorū rege multa ꝑpter peccata passus est. quo mortuo Ioas eius filius in regno israel tēpore Ioas regis iuda successit qui fuit bonus & in nullo paterne nature consimilis. In biblia tñ dicit. Et fecit quod malum est in conspectu domini. Heliseū in extremis laborantē filius ioas visitauit qui ab eo cōsolatus futurę victorię contra Siros signum recepit a propheta. Mortuo itaq; heliseo ad eius corporis contractū mortuus suscitat. Et mortuo azachel filius eius Addam
B in regno Sirię successit sicut hieroboam Ioas patri in regno israel. Capitulum.xj.

4 r.c.13 Vicesimo autem primo anno regni Ioas/ israelitarum principatu potitus est ioacham filius hieu in samaria. quem & habuit annis septem & decem: patris quidem sui nec & ipse imitator exstens impie vero gerens sicut & primi reges qui deum spreuisse videbant. Hunc autem humiliauit azahel: & contra eum cum multis equitibus mouit castra. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abstulit: & eius milites trucidauit. Hęc itaq; passus est israelitarum populus secundum helysei ꝓphetiam. quando azahel qui occidit dominū suum regnaturum esse prędixerat super syros & damascenos. ¶ Cumq; Ioacham in his anxietatibus teneret. ad preces dei supplicationesq; cōfugit rogans vt eum de azahel manibus liberaret nec pateretur: vt sub illius ditione viueret. deus autem penitentiā pro virtute suscipiens & magis corripere q̄ perdere hominem huiusmodi volens concessit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaq; potita prouincia rursum ad statū pristi-
4 r.c.13 num copiamq; regressa est. ¶ Post mortem vero ioacham: filius eius Ioas suscepit regnum. Cum se-
ptem vero & triginta annos haberet in regno Ioas super tribum iuda. tenuit principatum iste ioas in samaria super populum israel. Nam & ipse idem habebat nomen quod hierosolimorum rex. ¶ Te-
4 r.c.13 nuitq; regnum annis sedecim fuitq; bonus & in nullo paterne nature consimilis. ¶ Illo siquidem tē-
bus postea appareret. Et non solus iste propheta: sed alij numero duodecim idem fecerunt. & omne
siue bonum siue contrarium sit apud nos secundum illorum dictum prouenire dignoscitur. sed ho
rum singula denuo declarabimus ¶ Ezechias autem rex dum superuixisset tempus quod prędixi- 4.r.c.ꝛ
mus & omne illud spacium cum pace degisset mortuus est anno vitę suę quinquagesimo & quarto.
in quibus regnauit viginti & nouem. cui successit in regno filius proprius nomine manasses de matre
quidem nomine Abhisida qui a paternis voluntatibus abscisus: & ad diuersa cōuersus. omne genus E
malignitatis ostendit. & nihil impium dereliquit. sed iniquitates israelitarum imitatus est: quibus in
deum delinquentes affligebantur. Presumpsit enim etiam templum dei polluere. simul & ciuitatem.
omnemq; pariter regionem. Nam spernendo deum ad hoc vsq; peruenit vt omēs hebreorum iustos
occideret: neq; prophetis parceret quorum quotidie singulos perimebat. & eorum sanguine hiero
solymorū plateas irrigabat. ¶ In his iratus deus misit prophetas ad regē & populum per quos inter
minatus est easdem eis futuras calamitates in quibus incurrerant patres eorum israelitę cum eis in
iurias intulissent. Illi vero non credidere verbis quibus lucrari potuerunt vt nihil mali paterētur. Ope
ribus enim cognouerunt fuisse vera quę a prophetis prędicta sunt.

¶ Babiloniorum regē exercitum in iudeam mittente Manasses in babiloniam captiuus ducitur.
Cui orāti & penitēti deus pepercit. Quiq; reuersus in hierusalē diuinū cultū ampliauit & templū pur
gauit murosq; ciuitatis reparauit. Quo mortuo successit filius eius Amō qui a suis dolose peremptus
est cuius interfectores populus peremit & eius filium Iosiam optimum regem constituerunt. Ca.iij.
Rege babiloniorum exercitū in iudeam mittente manasse rex captiuus ducit i babilonem. IGitur dum in eis perseuerarēt bellū super eos intulit rex babiloniorū & caldeorum. Is enim F
missso exercitu i iudeam & regionē eorum depopulatus est: & regem manassem dolo captū 2.pali.
& ad se deductum. habuit ad ea quę voluit tormēta subiectum. Manasses autem tūc intel po.33.
ligens in quibus malis esset & horum oim se arbitratus auctorē supplicabat deo vt ei hostē suum cle
mentē faceret. atq; misericordē. cuius orationes deus exaudiēs hoc cōcessit ei. & remissus a rege babi
loniorū ad sua regna reuersus est. ¶ Cumq; venisset ad hierosolymā priorū quidē delictorū quę cir
ca deū gesserat penitēs studebat etiā memoriā malorū si esset possibile ab aio suo repellere: & ad ser- 2.pali.
uitiū dei & oēm cultū diuinę regiōis accedere. tēplūq; purgare & ciuitatē. Et ad hoc solum de cetero po.c33
erat cōstitutus vt gratias deo pro dono salutis exsolueret quatenus in oi vita eius ei ꝓpicius perma
neret. ¶ Hęc aūt ipse & populū agere docuit agnoscēs i quibus calamitatibus incidisset ꝓpter ritum
qui sanctę cōuersationi erat aduersus. ędificās rursus altare solemnes hostias imolabat sicut cōstituit
Muros ciuitatis reparauit & nouos construxit. moyses diuina exponēdo culturā. ¶ Fodē itaq; modo & p hierosolimos castella cogitauit. ita vt etiā 4.r.c.
muros ātiquos cū multo studio repararet & aliosvltra eos erigeret & turres eminētissimas exaltaret. 21.
Custodias vero quę ante ciuitatē fiūt multa munitione firmauit. & sic in oibus a priori cōuersatione 2 pali.
mutatus est. et post hęc vitā habuit beatissimā vt multi imitatores eius essent ex quo cœpit colere dei po.c33
pietatē. ¶ Qui cū vixisset annis septuag ta & septē. & regnasset quiquagita & quiq; defunctus est & 4.r.c.
sepultus in suis hortis. Cuius regnū peruenit ad eius filium amon & nomē matris eius fuit maselmis 21.
de ciuitate iecabath. Qui dum imitaretur opera patris (quę ille in iuuentute presumpserat) dolum
passus a suis in domo sua peremptus est cum vixisset annis quatuor & viginti: & i regno fuisset duos

4.r.c. 22. ¶ Populus autem eius peremit interfectores.eumq; cum patre ſepelierunt;regnumq; ioſię eius filio tradiderunt cum eſſet annorum octo.Cuius mater quidē de ciuitate fuit oſeth alias ezi Beſachat nominē alias Idida. Erat enim ille natura benigniſſimus & ad virtutem viriliter pręparatus:& i ſtudijs dauid regis & intentionem & regula totius diſpoſitionis eius intentus.

Poſt Amon regnauit Ioſias filius eius.

¶ Ioſias optime indolis populū ad dei cultū āmonuit ciuitatēq; purgās lucos abſtulit pecuniā quoq; cōgregari per prouiciā iuſſit pro tēpli reparatione & crateras libatoriaq; pro tēpli ornamēto fecit cōflari Inuento quoq; moyſi libro Cōſulitur holda prophetiſſa quę propter regis iuſtitiā erūnas dicit differendas ſed poſt eius mortē diffinita ſupplitia ſuis populus inferenda.Cōgregato quoq; populo ſacros moyſi legēs libros oēs ad fidē ſenādā iuramēto aſtrigit.Et vaſa quę idolis oblata fuerunt fecit cōcremari & idolorum ſacerdotes occidi celeberrimamq; paſche ſolemnitatem celebrauit. Caꝑ.iiij.

4.r.c. 22. CVmq; ad duodecimum veniſſet annum ętatis:pietatem & iuſticiam in ſe mirabilē eſſe mōſtrauit. Cunctum namq; populum correxit & monuit vt derelicta idolorū ſecta quaſi non eſſent dij colerēt patriū deū. Et opera ſimul maiorū patrum in quibus deliquerat: velut ſe nior emēdabat.Quę vero bene & oportune facta cognouerat obſeruabat.& horum imitator erat & per ſuam ſapientiā & intellectum naturalem ſimilia celebrabat.cōſilijs vtiq; bonis tradens ſenſum.Sequēs enim leges velut ordinem ciuitatis & pietatem circa deū gerens omnia proſpere gubernabat & maxime q̄ a priorum rēgū iniquitate recedebat. ¶ Qui & ciuitatem & omnem prouinciam purgauit.& lucos extraneos qui facti fuerāt abſtulit:& ornamēta quę in eis a prioribus fuerāt ad iniuriam dei oblata depulit:& tali modo populum ab huiuſmodi ſecta retractum:ad religionis diuinę iura conuertit.Qui & legitima obtutit & holocauſtum ſacrificia altari ſolemniter rurſus exhibuit & in vnaquaq; cauſa iuſticiā non minus q̄ animę ſuę coluit medicinam. ¶ Miſitq; in totā prouinciā iubens vt qui vellēt aurum & argentum deferrent ad reparationem templi pro ſua vtilitate atq; virtute.Dū itaq; pecunię allatę fuiſſent ad ſollicitudinē templi & eius expenſas propoſuit amaſiā qui erat ſuprā ciuitatē:& ſcriptorem ſaphan:& ſcribam monimentorū ioan:& pontificem heliachim.Qui dilationē nulla ſegnicię faciebant:ſed inſtructores:& omnia quę erāt neceſſaria pręparabāt:ex hoc modo reparatione tēpli celebrata pietas regis oſtenſa eſt. ¶ Qui dum octauum decimū haberet impeRij annum.miſit ad helyachim ſacerdotē iubens vt pecunię quę remāſerāt cōflarentur.vt fierent inde cratere & libatoria & phiale ad miniſterium dei. Inſuper & quantumcūq; aurum & argētum eſſet in theſauris.etiam hoc proferret ad crateras & ad vaſa huiuſmodi faciēda. ¶ Proferēs enim heliachim pontifex aurum inuenit librum ſacrum moyſeos in templo poſitum quem ſimul eiciēs dedit ſcribe ſaphe qui dum relegiſſet venit ad regem.Et dum omnia terminū habere ſignificaſſet:relegit ei & librum illum.Tunc ille cum verba libri eius audiſſet.ſciſſa veſte ſua vocauit pontificem heliachim & ipſum ſcribam & neceſſarios ſimul & amicos miſitq; eos ad quandam mulierem prophetiſſam nomine holdan vxorem ſalomi cuiuſdam inſignis viri & nobilitate clari.iuſſitq; vt eūtes conſulerent eam ſi propicius fieret deus.cum metuerent ne pręuaricando moyſeos leges & mandata maiorum periculum tranſmigrationis incurrerēt. & ad extraneas terras deuenientes vitam agerent miſerabilem. ¶ Audiens aūt prophetiſſa quę fuerānt a rege mādata.iuſſit vt remeantes dicerent regi quia diuinitatis quidem decretum quod iam contra eos protulerat pręcibus infirmari non poſſet.id eſt vt populus non periret aut non de prouincia pelleret:aut bonis tunc pręſentibus minime priuarentur. dum tranſgreſſi fuiſſent leges:& tanto tempore penitentiam non egiſſent:prophetis vtiq; monentibus vt ſobrie viuerent & impietatis ſupplicia deuitarent quę facienda docebat vt crederent q̄ deus eſt & neq̄ mentitus in verbis per prophetas ſuas pręnunciauit:propter iuſtitiam tamen regis retinendas iſtas crumnas:& poſt eius obitum diffinita ſupplitia populis inferenda. ¶ Igitur qui miſſi fuerāt:mulieris prophetiam remeantes renunciauerunt regi.Tunc ille mittens vbiq; iuſſit populum ad hieroſolymam conuenire & ſacerdotes atq; leuitas & omnem etatem ſimul adeſſe pręcepit.Quibus congregatis primum quidem eis ſacros legit libros & ſtans in tribunali in media multitudine coegit cūctos fidem & iuramenta prębere.vt apud deum flerent:& moyſeos leges per omnia cuſtodirent.Illi vero promptiſſime & iurauerunt:& pręcepta legis complere promiſerunt.Mox itaq; ſacrificia celebrātes: deum ſibi poſcebat eſſe propitium. ¶ Rex autem ſacerdoti pręcepit vt ſi quod aliud vas a parentibus eius oblatum ydolis aut diſs extraneis inueniretur in tēplo.proferret.Et dum fuiſſent multa collecta cōbutēs ea cinerem diſperſit in fluuium.& ſacerdotes ydolorum qui ex genere non erant aarō interfecit. ¶ Dum hęc ergo feciſſet in hieroſolymis. proceſſit in vniuerſam prouinciam: & lucos qui ab hieroboam rege ad honorem deorum extraneorum facti videbantur exterminauit & oſſa falſorum ꝓphetarū ſup altare quod prius hieroboā cōſtruxerat cōcremauit.Ea igitur quę veniēs prophe ta ad hieroboā cū ille ſacrificaret & ois populus audiret quę futura eſſe prędixerat: hoc modo ter-

Bona idoles Ioſię regis lin. xiſi anno etatis qui populum ad dei cultū āmonuit.

Purgauit ciuitatem & lucos abſtulit.

Miſit per totam prouinciam pro congregāda pecunia ad templi repationē & ordinauit officiatios templi.

Ex pecuniis reſiduis iubet crateras & libatoria & phialas cōflari.

Conſulitur.holda ꝓphetiſſa(ita bente rege) quę dicit propter regisiuſticiam erūnas retinendas; ſed(eo mortuo) diffinita ſupplitia populis inferenda.

Congregato populo in hieruſalem rex ſactos moyſi legens libros omnes ad fidem cuſtodiēdam iuramenta coegit pręſtare.

minum percœperunt.quando ex genere dauid iosias nomine fecit ea quę predicta sunt ante annos trecentos sexaginta vnum. ¶ Post hęc autem rex iosias profectus est ad cui ctos israelitas qui captiuitatem & seruicium assyriorum effugerant eisq; suasit vt impios actus & honores deorum extraneorum relinquerent:& patrium maximumq; colerent deum eiq; dicarent & domos & vicos. Perscrutatus est autem & ciuitatem ne quod forte ydolum habentes intra sua tecta celarent. Necnon & currus qui ędificati fuerant a prioribus regibus: & quęcq; alia huiusmodi erant quę velut deos adorabāt cuncta pariter amputauit. ¶ Et hoc modo purgata omni prouincia. ad hierosolymam omnem populum conuocauit. & ad azimorum festiuitatem quę pascha dicitur eos adduxit. Donauitq; populo in pascha nouellos hedos & agnos triginta milia.Prębuerunt autem ad holocausta tria milia.Prębuerunt autem & primi iudeorum propter pascha sacerdotibus agnos quinq; milia & leuitis agnos duo milia secentos eorum prępules obtulerunt boues vero quigentos. Et dum esset hęc abundantia quadrupedum:sacrificia faciebant moyseos legibus hostias singulas enarrantibus & ministrātibus. Nec fuit alia similis festiuitas apud hebreos:a samuelis prophetę temporibus.Causa vero huius festiuitatis hęc erat:vt omnia secundum legis antiquę traditionem paternę solemnitates efficerentur.

¶ Nechao ęgyptiorum rex contra medos bellum parans iter per regnum Iuda petit quod prohibere volens Iosias in occursum venit & vulneratus rediit in hierusalem quem defunctum hieremias lamentabili carmine defleuit futuramq; descripsit captiuitatem.Similiter & ezechiel duos describēs libros mortuoq; iosia ioacham filius eius impius successit in regnum.Qui a Nechao ęgyptiorum rege captiuus frater eius. Eliachim qui mutato nomine Ioachim dictus est regnum habuit sub tributo Quem Nabugodonosor deuictis egyptijs sibi fecit tributarium. Capitulum.v.

Purgata oi prouintia ab idolatria fecitcōuocato populo paschę solēnitatem celeberrimam.

Nechao ęgiptiorum rex cōtra medos bellū parans iter per regnū iuda petit. Vulneratus Iosias hierusalemre diit qua defunctus plaga annō ętatis. xxxix. & regni.xxxi. Hieremias carmine iosię fleuit mortem quibus futuram hieruslē descripsit captiuitatem.

Mortuo Iosiasfilius eius Ioachasuccessit i regnū impius.

Nabugodonosor rex babiloniorum contra regem ęgyptiorum arma parat & eū vincit.

POst hęc autē dū iosias in pace atq; diuitijs & gloria super oēs excelleret. Nechao rex ęgiptiorū castra posuit ad eufratē fluuiū:vt cōtra medos & babilonios dimicaret.qui assyriorū soluerūt principatū habebat em̄ desiderū vt regnaret in asia. Et dū veniſſet ad ciuitatē medin:quę erat de regno iosię phibebat eū rex iosias per suā prouinciā cōtra medos iter efficere. Tūc mittēs legatos ad eū nechao. significauit nō se cōtra eū exercitū ducere sed ad eufratē fluuiū properare:adijciēs q; eum ꝓuocare non deberet ad sua bella prohibendo ne aliena iret ad prelia quo tendebat.Iosias quidē nō acquiescebat verbis nechao sed istabat ne iter suū per eius faceret regionē.Reor vrgebat eū:vt quod imminebat accideret.Nā dū aciē exercitus sui cōponeret.& in curru vectus a curru trāsiret ad currū.quidā iaculatus eū ęgyptiorum a belli festinatione suspendit.Mox enim vulnere nimis affectus:iussit exercitum reuocari:& ad hierosolymam remeauit.Qua plaga defunctus est sepultusq; magnifice in patrijs monumentis.Qui vixit annis triginta & nouem:regnauit autem ex eis vnum & triginta. ¶ Omnisq; populus eū multis diebus magno luctu gemituq; defleuit.Sed & hieremias propheta mortis eius carmē lamentabili modulatione composuit quod hactenus nosci tur permanere. ¶ Hic vero propheta etiā futurā ciuitatis cladem predixit: scriptoq; reliquit simul & captiuitatem nunc apud nos habitam:& in babilonem variam migrationem. ¶ Et nō solū iste predixit hęc populo esse vētura.sed & propheta ezechiel primus de his duos libros cōscribēs plebi reliquit. Erāt aūt ambo sacerdotes genere. ¶ Sed hieremias quidem in hierosolymis est cōmoratus a tertiodecimo anno regis iosie vsq; dū ciuitas vastaretur & tēplū quę tū de hoc ꝓphęta ꝓuenerūt:loco ꝓprio declarabimus. ¶ Mortuo siquidem iosia sicut prediximus:ei successit in regnum filius ioacham cum trium & viginti esset annorū. Et hic quidē regnauit in hierosolymis. Matrem vero habuit amital de ciuitate abana. Fuitq; impius & scelestus. ¶ Igitur rex ęgyptiorum dum fuisset a pugna reuersus euocauit ioachā ad semetipsū de ciuitate syrię quę dicitur emath.Qui dū venisset repente eum vinxit & seniori eius fratri ex eodē patre progenito nomine eliachim tradidit regnum.mutās ei nomen Ioachim.Prouincię vero tributum imposuit centū argenti talenta: & vnum auri. ¶ Ioachim ergo has pecunias exsoluebat. Ioachā aūt deduxit in egyptum:qui etiam mortuus est i ea dū regnasset tres mēses & dies decē. ¶ Ioachi vero mater vocabatur zabud.alias zebia de ciuitate abunia alias Ruma.Hic aūt erat vir natura iniustus & valde nequissimus.& neq; circa deum sanctus neq; circa hoies māsuetus. ¶ Cūq; quartū regni haberet annū babilonię principatū quidē nomine nabugodonosor accepit. Eodem tēpore cum magno apparatu ad circamen alias circami ciuitatē venit quę est iuxta eufratē:pugnaturus cōtra regē ęgyptiorū nechao. Sub hoc enim syria erat vniuersa.Dūq; cognouisset regis babilonię voluntatē nechao penitus nō expauit sed cū magno brachio super nabugodonosor ad eufratē venit:q facta cōgressione deuictus est & multa milia variis rebus belli amisit. ¶ Trāsiēs aūt eufratē babilonię rex oēm siriā vsq; ad pelusiā alias pelusiuū corpit ꝓter iudeā Quarto autem anno nabugodonosor qui erat octauus ioachim regis hebręorum:cōtra iudeos cum magno exercitu castrametatus est babilonius. tributa exacturus a ioachim:aut certe dimicaturus.

D

+.r.c. 23.

+.r.c. 23.

B

+.r.c. 23.

2.pali po.cxj

F

+.r.c. 23.

+.r.c. 24.

Ille vero metuens eius minas & pacē habere desiderās prębuit ei tributa quę pręceperat ānis tribus:

A ¶ Ioachim tributū babilonis spe egyptiaci belli deceptus negat soluere cui hieremias vanā eius spē predixit futuramq; ciuitatis hierusalē capciuitatē prepharauit. Micheas quoq; olim talia prędixit hieremias vero librū de futuris rebus ciuitati & templo & populis conscripsit quē librū principes regi. Qui audtis quę in eo scribebātur eū dirupit iussitq; comburi & hieremiam & baruch ad se puniendos pręcepit adduci. Quiq; babiloniorū regē propter metū sub foederis iure suscepit in hierusalē & fracta fide ab eo occiditur & constituto ibidem ioachin filio rege principes captiui inter quos ezechiel ducuntur in babiloniam. Repente vero babilonicorum rex formidatus ioachim: cui principatum tradiderat patris nēcē vindicaturum ipsum in hierosolymis obsedit. ioachim amsē ciuitatem volens liberare matrem & cognatos obsides dedit & seipsum. Quo captio in babilone patruus eius Sedechias rex cōstituitur qui fuit superbus & impiorū fautor quē hieremias sepius reprehendebat sed ipe diębus adulatoribus nichil proficiebat Ezechiel quoq; in babilonia prophetauit. Capitulum. vi.

Ioachim tributum soluere egyptiaci belli spe negāte hieremias ppheta vanā esse in egyptiaco bello spem & futuram hierusalem captiuitatē illi prophetant. Micheas ppheta de captiuitate hierusalē prophetauit añ hieremiam.

Librū hieremię (quem trenorū librū dicimus) prīcipes regi derūt qui (auditis quę in eo scribebantur) eū dirupit & comburi iussit & hieremiam & baruch puniēdos ad se iubet adduci. Obsessa hierusalē Ioachim matrem & cognatos volens ciuitatē liberare dedit.

Extio vero anno audiēs egyptios cōtra babiloniam denuo pugnaturos tributa non reddit sed spe egyptiaci belli deceptus est. Nā pugnare contra eum egyptij minime presumpserunt. propheta siquidem hieremias quotidie predicebat quia frustra egyptiorum spe tenerentur & q; immineret ciuitati vt a rege babilonio vastaretur: & rex ioachim subderetur ab eo. Sed hęc nulla vtilitate dicebat: quando qui crederet nullus erat. Nā & populus & princeps audientes hęc negligebant. & indignantes super his quę dicebātur quasi auguriū aduersus regē propheta ferret accusabāt eum: & subiectum iudicio vt ad supplicium quoq; traderetur dari cōtra eum sententiam postulabant. Quod multi quidem ad uersus eum fieri decreuerant teniores autem recesserūt qui ea volūtate qua iuste prophetam absoluerant ea ipsa etiam alijs suadebant ne quid mali fieret hieremię: dicentes quia non solū iste ciuitati futura prediceret. sed & Micheas ante eū olim talia predixisset & multos solere sepe huiusmodi verba dixisse. quorum nullus tunc a regibus aliquid pertulisset. sed quasi prophetę dei fuerant honorati

B His itaq; verbis mitigantes turbas eripuerunt hieremiā a deffinito supplicio. Qui omnes prophetias suas scribens. ieiunante populo & in ecclesiam cōgregato in templo mense nono: quinto anno regis ioachim relegit librum: quem de futuris rebus ciuitati & templo & populis cōscripsisse videbatur. Audientes itaq; principes tulerunt ab eo librum: iusserunt; eū & scribam baruch de medio tollit ne qui busdam fierent manifesti. Ipsum vero librum portantes regi dederunt. Qui pręsentibus amicis iussit scribam suum legere. & audiens quę scripta noscebantur in libro iratus rex dirupit eum & igne cremauit & requisitos hieremiam & baruth iussit ad se puniendos adduci. Illi siquidem tunc eius iram

4.r.c. 24. declinauerunt. ¶ Non post multum vero tempus venientem contra se cum magno exercitu regem babiloniorū foederis iure suscepit propter metum eorum qua dicta fuerant a propheta: credens nihil se fore passurum neq; per obsessionem neq; per pugnam. Dum rex babilonię intrasset in ciuitatem fidē nequaq̄ seruauit: sed iuuenes fortissimos & pulchritudine decoros hierosolymitanorum occidit vna cum rege ioachim. Quē etiam ante muros insepultum proijci iussit: filiū vero eius ioachim constituit regem vniuersę prouincię. Eos autem qui erant in dignitatibus cōstituti numero tria milia captiuos duxit in babiloniam inter quos erat propheta ezechiel: cum esset adhuc puer. ¶ Hic ergo finis habuit ioachim regem. Qui vixit quidem annis sex & triginta: regnauit autē vndecim. Successor vero eius regni ioachim de matre noie onas alias Naesicha. Regnauit mēsibus tribus & diebus decē

C ¶ Regē vero babiloniorum quę ioachim concesserat principatum repente timor inuasit. Formidatus est enim ne forte habens mali memoriam pro nece paterna. prouinciam eius inuaderet. Et mittens. exercitum regem ioachim in hierosolymis obsedebat. Ille vero cum esset natura benignus & iustus: noluit ciuitatem propter se videre pericula sustinere. sed sumēs matrem & cognatos tradidit obsides ducibus qui fuerant a babilonia regem; directi. accipiens ab eis iusiurandum vt nihil mali paterentur nec ipse nec ciuitas: quorum fides nequaq̄ māsit inuiolata. Non eīm seruauit eā babilonię rex sed precepit principibus suis vt oēs qui erant in ciuitate & iuuenes captiuos sumerent pariter & artifices eosq; ad se ligatos adducerent. Qui oēs fuerunt decē milia octingenta triginti & duo simul & ioachim cū matre pariter & amicis. Quos deductos ad se habuit in custodia. Patruū vero ioachim nomine sedechiam constituit regē: accipiens iusiurādum ab eo vt ei prouinciā custodiret. & nihil hosti

4.r.c. 24. liter ageret: nec faueret egyptijs. ¶ Sedechias autem erat annorum viginti & vnius quando accepit regnum: & nomen matris eius amias. Fuit enim contra iusticiam superbus circa quem impij locum maximum habere videbantur. Quapropter & propheta hieremias ad eum veniens crebro contestabatur: dicens vt reliquas quidem impietates & iniquitates desereret & iusticię prouideret: & neq; duces qui essent maligni respiceret: neq; falsis prophetis eum seducentibus crederet quasi nequaq̄ cō-

Hieremias sedechiam crebro reprehendebat.

Nota adulatoꝝ periculum.

Prophetia ezechielis in babilonia quam misit hierusalem.

Discordãtia prophetarum hieremi. & ezechielis

tra ciuitatẽ babilonię rex dimicaret quia ęgyptij contra eum bella rursus inferrẽt & vincerẽt: qñ hęc verba non essent ne hoc modo uentura forent. ¶ Sedechias aũt dũ audiret prophetam hęc dicentẽ A consentiebat ei per oia tanq̃ vera loquenti: & quasi prodesset ei vt eius crederet verbis. Sed rursus amici subuertebant eius mentem: & a prophetę dictis ad ea quę uolauerant abducebãt. ¶ Prophetauit autẽ ezechiel in babilone futuras populi calamitates: & misit in hierosolymam. sed sedechias eorum prophetijs non credidit propter huiusmodi causam. Alia siquidem vniuersa consona a prophetis ędicta sunt: quomodo & ciuitas vastaretur & ipse sedechias duceretur captiuus i babiloniã. ¶ Discordabat autẽ ezechiel dicens quia sedechias babiloniã non videret cũ hieremias dixisset quia vinctum eũ rex babilonię duceret & eo q̃ non idem vtrisq; dixisset etiam illa quę cõcordabãt non esse vera dicebãt: licet ei oia secundũ eorum euenerint prophetias. Quę tamẽ oportunius declarabimus.

¶ Recedente Sedechia quem seduxerũt falsi prophetę a babiloniorũ fœdere iniecto ęgyptijs babilonię rerũ cõtra eũ castrametatus est deuictis primo ęgyptijs. prędixit tamen hiere. futuram captiuitatẽ & per persas liberationem cuius dictis plebeis credentibus principes eum vesanũ acclamabãt falso eum quia babiloniam vellet ire accusantes. Obsessa itaq; ciuitate duo maxima mala pestis scilicet & fames hierusalem opprimebant hieremias in lutoso lacu usq; ad guttur vt morte propria suffocaretur est positus quem liberauit ethiops ipseq; latenter a rege uocato iterum suadet ciuitatem reddi babilonijs dimissus quoq; est rege precipiente vt ei nullus malum faciat. Capitulum. vij. 4. 4. c. 25.

Recedente Sedechia a fœdere babiloniorũ & ingẽte se ęgyptijs Babilonię rex contra eum castrametatus ẽ primo tamen vicit ęgyptios.

Pro prophetia hiere. de captiuitate babilonica & liberatione p persas & medos

¶ Hiere. figura christi falsoaccusati & cõdãnati.

IGitur societatem babiloniorum quam habuit ãnis octo dissoluit. & semetipsum ad ęgyptios transtulit. sperans cum illis contra babilonios pręualere. Interea dũ hoc cognouisset babilonię rex castra mouit aduersus eum. & afflicta prouincia & munitiones eius vna diripiẽs ad ipsam hierosolymorum ciuitatem obsidendam cum magno veniebat exercitu. Rex autẽ egyptius audiens quia sedechias amicus eius esset. sumpta virtute maxima bellatorum venit ad iudeam quasi eius soluturus obsessionem. Babilonius autem recessit ab hierosolymis & occurrit ęgyptijs eisq; cõgressus prelio superauit: & eos in fugam conuersos de syria coegit exire. ¶ Dumq; dicessisset babiloniorum rex ab hierosolymis deceperunt falsi prophetę Sedechiam dicentes quia neq; babilonius de nuo contra eum pugnaret: & contribuit eorum quos de prouincia ad babiloniam dimigrauerunt. cũ dei vasis omnibus quę rex tulerat ad hoc templum reuerterentur. Sed hieremias his contraria atq; vera: transiens in medium prophetauit. dicens q̃ male quidem facerent illi qui talia regi suaderent quando per ęgyptios nichil iuuari possent: quos vtiq; deuincens babilonię rex: in hierosolymam remeauit eamq; fortiter obsideret. & populum fame corumperet ac reliquos captiuos obduceret. substantiasq; dirimeret simul & templi diuitias exhauriret. & illud insuper cõcremaret ciuitatemq; subuerteret & essent subditi alias seruituri babilonię regi eiusq; nepotibus annis septuaginta. A quorum seruitio nos inquit tunc remouebũt persę & medi babiloniorũ destruentes impediũ: & ad hanc remeantes vrbẽ ędificabimus templũ rursus: & hierosolymã denuo reparabimus hęc dicente hieremia plurimi quidem crediderunt. Principes aũt & impij excessisse eũ a sua mente dicebant: eiq; sub hoc fomite deridebant. ¶ Igitur cum ei placuisset ad patriam properare quę dicitur anathot viginti stadijs procul ab hierosolymis cõstitutam: inueniẽs eũ in itinere quidam principum cõprehensum detinuit. ea lũniam faciens ei quasi ad babilonios iret. Ille vero mẽtiri quidẽ illum & calumnię sibi crimen inferre: se vero ad patriam properare dicebat. Qui ad hęc verba non flexus vinctum deduxit ad iudicũ magistratuum. Aquibus omnia verba & tormẽta perpessus: ad necis supplicũ reseruabatur. Qui per quoddã tempus hęc quę prędiximus iniuste sustinuit. ¶ Anno vero nono sedechię regis decima die mensis decimi babilonię rex ad hierosolymã castrametatus est: & sedẽs circa eam decem & octo mẽses cũ studio magnę virtutis obsedit. Obsessosq; hierosolimitas duo mala alia & maxima deprimebant. morbi lãguor. & fames eis vehemẽtes insistẽs. Hieremias vero propheta cũ esset in custodia: nõ cessabat sed clamabat & prędicabat aperte monẽdo populũ vt regẽ babiloniorũ portas aperiẽtes exciperẽt. Hoc em̃ facto eos cũ oi domo posse saluari. alioquin radicitus asserebat euelli. Prędicabatq; pariter: qm̃ si qui manerẽt in ciuitate omnino perirẽt: aut fame cõsumpti aut gladijs hostium. Si vero ad hostes cõfugerent. & inimicos & mortem quodãmodo declinarẽt. ¶ Principes aũt hęc audientes ne inter ipsa mala cõsistẽtes pãtiebãtur eius verba aio suo percipere sed cũ iraveniẽtes indicauere regi. & accusantes eũ quasi vesanũ: occidẽdũ esse prophetã poscebãt qui eorũ aios trãgeret & malis p̃missionibus audaciã populi valde moliret. qñ dum parati essent oms pro eo & patrię salute pugnare ille moneret vt ad hostes fugerẽt vniuersi quia ciuitas capiẽda foret & oẽs in ea pariter perituri. Rex ergo ipse quidẽ pro bonitate & iusticia iratus nõ est. sed ne principibus tali tẽpore videretur esse contrarius. permisit eis vt facerent prophetę quod vellent. ¶ Qui hoc sibi a rege concesso. mox ingrediẽtes in carcerem & sumentes eum in quendam lacũ plenum cœno deposuerunt: vt morte propria suf-

Obsessa ciuitate hierusalem duo mala maxia opprimebãt pestis & fames.

B

C

D

E

F

4. 4. c. 25.

Hie. c. 39. & 25.

A focatus extingueretur. Ille vero vſq; ad guttur in luto depoſitus in his degebat anguſtijs. Quidam vero ſeruorum regis honoribus decoratus genere ethiops erumnas prophetę regi nunciauit dicens non recte amicos & principes eius feciſſe vt prophetam in coeno ſubmergerent quod opus oĩ mo te & vinculis eſſet amarius. Hęc cum audiſſet rex penitentia ductus quia prophetam pricipibus tra didiſſet iuſſit ethiopi vt ſumptis triginta regis miniſtris & funibus & qcquid expediret ad ſalutis eius vtilitatem cum feſtinatione hieremiam extraherẽt. Ethiops autem ſumens quod pręceperat rex pro phetam delacu reduxit: & fine cuſtodia eſſe permiſit. ¶ Euocante vero eum rege latenter & requi rente ſi quid diuinum ei in rebus pręſentibus poſſet ẹdiceret: ille habere ſe quidẽ quod diceret aſſe rebat: ſed non ſibi fore credendum nec moneret audiendum quando iam quaſi malum aliquid agẽ tem eius amici perdere decreuiſſent. Vbi ſunt (inquit) nunc qui babilonium nequaq̃ dimicaturum eſ ſe dicebant audienteſq; fallebant. Sed & ſi nunc veritatem dixero morte me condamnabis. Cumq; ei rex iuſiurandum prębuiſſet quia nec ipſe eum perimeret: nec principibus ſupplicij iure contrade ret data fide ſecurus ſuadebat ei vt babiloniis traderet ciuitatẽ. Hęc eñ dicebat ei deũ per ſe prophe tare ſi liberari vellet & pręſentia pericula declinare & neq; ciuitatẽ vſq; ad fundamenta deiici nec tẽ plum ab hoſtibus concremare. Quod ſi non ſieret. ipſe malorum auctor & ſibi & ciuitati huius cala mitatis exiſteret. ¶ Hęc audiens rex velle ſe quidem hęc quę monebat facere dixit & expedire ſibi. ſed metuere contribules qui ad regem babilonię perrexiſſet: ne accuſantibus eũ: periculo ſubiaceret. Quem propheta confortabat & fruſtra ſupplitium ſuſpicari dicebat nil mali paſſurum ſi babiloniis traderet ciuitatem: nec ipſum nec filios nec vxores eius: inſuper & quia templum maneret illeſum. Et hieremiam quidem cum hęc duxiſſet dimiſit rex. pręcipiens vt nulli ciuium quę locuti fuerant prode ret ſed neq; principibus appareret. Qui ſi cognoſcentes eum a rege vocatum requirerent vt quid cũ eo locutus fuerat eis quoq; narraret. diceretq; quia ſi popoſciſſet & ne in vincula aut carcerem denuo truderetur. Qui ſcilicet hoc eis dicebat dum venientes ad prophetam inquirerent quid locutus fuiſ ſet ad regem. Hęc quidem ita ſunt geſta.

Iterum (petente rege) hieremias ciuitatẽ ſuadet babiloniisſtrade re.

¶ Rex hiere. di mittit pręcipiẽs vt nullus ei ma lum faciat.

¶ Capta eſt ciuitas hieruſalem poſtq̃ obſeſſi ciues animo fortes decem & octo menſibus a pricipibus
B Nabugodonoſor Captiuusq; Sedechias fugiendo ad regem adducitur cuius amici & filij (videntei lo) occiſi ſunt eiuſq; oculi eruti ſunt & vinctus ducitur in babiloniam vt prophetauerunt hieremias & Ezechiel Epilogus quoq; regum hebręorum & annorum a templi ędificatione/ęgreſſu populi de ęgypto/diluuio/& creatione. Adam bręuiſſime annotatur cum numero & ordine pontificũ. Ca. viij.

Fortitudo & ani moſitas obſeſſo rũ in hieruſalem

Obſeſſio dura uit decẽ & octo menſibus.

4. r. c. 25. BAbilonius aũt rex obſeſſionem grauius inferebat: faciẽs turres cũ magnis ędificijs & agge res ingẽtes exaltãs: ex quibus reſiſtebat de muris pugnare nitẽtibus. multaſq; machinatio nes erexit: equans muris per circuitũ ciuitatis. Illi ſiquidẽ qui erãt intra vrbẽ fortiter & prõ ptiſſime reſiſtebant. neq; fame neq; labore fatigati. Et licet intus his paſſionibus augerẽtur aio fortes videbãtur ad pręliũ in nullo ad inuẽtiones inimicorũ & machinamẽta expaueſcẽtes. ſed & cõtrarias machinationes in oĩbus que faciebãt illi opponere cogitantes ita vt magnũ certamẽ eſſet babiloniis ſimul & hieroſolymitis velocitatis atq; prudentię. His quidẽ arbitrãtibus nihil amplius cõmodi q̃ ca ptionẽ illius ciuitatis. ¶ His aũt ſalutẽ ſuã nõ in alia cauſa ponẽtibus niſi vt magno ſtudio laborarẽt & nõ excogitarẽt quibus modis machinamenta deſtruerent. & hęc paſſi ſunt mẽſibus octo: & donec
C fame vaſtarẽtur: & gladijs quos de curribus iaculabãtur aduerſus eos hoſtes: capta eſt vero ciuitas vn decimo anno ſedechię regis. quarto mẽſe die nono. Cœperũtq; eã pricipes babiloniorũ quibus obſeſ ſio à rege nabugodonoſor videbatur eſſe cõmiſſa. Ipſe aũt in rabatha ciuitate morabatur. Noia vero principũ qui hieroſolymã ſubdiderũt hęc ſunt. Hergella. ſarrare matuſſe. megarus: nabuzardã Saris.

Noia principũ Ba bilonem qui hyero ſolimã ſubdiderunt

¶ Capta ſiquidẽ ciuitate circa mediam noctem. & principibus hoſtiũ in templo ingreſſis Agnoſcens hoc ſedechias rex ſumptis vxoribus & filijs & principibus & amicis: de ciuitate fugit per deſertũ va
4. r. c. 25. de tutiſſimum. Quod dum a quibuſdam traditicijs principibus babiloniorum indicatum fuiſſet. di luculo eum perſequi aggreſſi ſunt. Quẽ dũ circa hierichontẽ appręhendiſſent. circũdederũt eũ. Ami ci vero & principes qui cum ſedechia fugiebãt. dũ hoſtes proximos eſſe cõſpicerẽt: relinquẽtes eum diſperſi ſunt: alter ad aliũ locũ fugiens: & vnuſquiſq; ſe liberare contendens. ¶ Quem cõpręhenſum cum paucis hoſtes cum vxoribus atq; filijs adduxerunt ad regem. Venientemq; ad ſe regem nabugo donoſor impiũ & infœlicem vocare cœpit: & iuriſiurãdi immemorẽ: quod prębuerat vt ei prouinciã
4. r. c. 25. cuſtodiret. Super hęc autem eum obiurgauit ingratum: quod dum ab eo percepiſſet imperiũ quod ab eius fratre tulerat & illi tribuerat: contra munificũ largitorem egiſſe videbatur hoſtiliter. Dixitq; poſt hęc. Magnus deus qui habens tuam nequitiam odio/noſtro te ſubiugauit iperio. ¶ His igitur verbis vſus aduerſus ſedechiam: filios eius iuſſit pariter & amicos continuo perimi ipſo ſedechia & aliis captiuis inſpicientibus. Deinde oculos eruẽs ſedechię: eumq; vinciens perduxit in babiloniam.

Capitur ſedechi as fugiens & ad Nabugodono ſor ducit a quo plurimum crimi natur. &c.

Epilogus Regum z Pontificum hebreorum
in mo ac ordine eorum

Completa prophetia hiere. & ezechielis prophetarum.

¶Hęc eñ prouenerunt ei quę hieremias ezechielq; prophetauerunt.quia comprehensus duceretur ad babiloniam & loqueretur ei ore suo & non videret eam sicuti hieremias dixit. Cecatus autem & 4.r.c. ductus ad babiloniam non vidit sicut ezehiel prędixit.¶Hęc igitur quę sufficienter possunt dei ma 25.
nifestare naturam nescientibus explanauimus quoniam diuersa est atq; multimoda & vniuersa ordi D
ne suo conspiciens.& queq; congruant agi prędicens ignorantiamq; hoim & infidelitatē redarguēs
per quę curari nequiuerūt ab his quę erāt passuri.Nam cū ea quę prędicebātur custodire nollēt:cala
mitatibus noscūtur esse traditi:ita vt esset impossibile vt ab ea declinarēt.Igitur qui de genere dauid
regnauerunt huiusmodi cōuersationē habuisse noscūtur.Fuerūt eñ viginti & vnus vsq; ad vltimum
regem:regnauerūtq; oēs annis noningētis & quatuordecim:mensibus & sex:diebusq; decem ex qui
bus principatum tenuit primus eorum saul annis viginti.nō tamen ex ea tribu cōsistens.¶Porro ba
Epilogus regu3 hebręorum qui fuerūt.21.& omnes simul regnauerunt.14.ānis sex mensibus & diebus decem. bilonius misit principem militie suę nabuzardam in hierosolymam vt expoliaret templū.precipiens
vt & illud incēderet & regalia pariter & ciuitatem ad pauimentum vsq; deponeret.& populum in ba
biloniam mitteret.Qui dum venisset ad hierosolymam vndecimo anno sedechię regis.¶Et templū
subuertit:& vasa dei aurea argenteaq; tulit necnō & maximū cantarū quē posuit salomon.insuper & 4.r.c.
columnas ereas & capita earū.aureasq; mensas & candelabra.Et hęc auferens templum quoq; succē 15.
dit mense quinto in initio mensis:anno vndecimo sedechie regis octauo. decimo autē nabugodono
sor.Succendit autem & regalia:ciuitatemq; destruxit.Et templum ita concremātū est post trecentos
& septuaginta annos & menses sex dies q; decem:ex quo eum constat ędificatum.¶Ab egressu aūt
Ab egressu populi ex egypto. populi ex egypto tūc erant anni mille sexaginta duo menses sex dies q; decem.¶A diluuio verovsq;
A diluuio. ad vastationem tēpli omne tempus fuit annorum mille nongentorum quinquaginta septem. men
A creatiōe adā. sium sex dierum decem.¶Ex quo vero factus est adam vsq; ad ea quę prouenerunt templo anni sunt
tria milia quingenti tridecim menses sex dies decem.Tantus ergo numerus erat annorum.Q uęcum
q; vero gesta sunt singula vt prouenere manifestauimus.¶Princeps itaq; regis babilonis postq̄ hie
rosolymam subuertit & templum:sumens captiuos migrauit eos & pontificem & zardā & sacerdotē 4.r.c.
Captiui ducti p nabuzardam. iosadach alias Iosedech secundariū eius & custodes tēpli tres.q; eunuchum qui erat super armatos: 25.
& amicos sedechię septem & scribam eius.& alios principes sexaginta:quos omnes cū vasis quę de
prędatus est duxit ad regem in rabatha alias Reblata prouincię syrię ciuitatem.¶Rex autem ponti E
Principum capita abscussa sunt. ficis quidem & principum ibi capita iussit abscindi.Ipse vero omnes captiuos & sedechiam deduxit
in babiloniā.Vinctum vero circumegit & iosadach pontificem filium sareę alias Saraię pōtificis quē
occidit babilonius in rabatha syrię ciuitate sicut dudum iam designatum est.¶Igitur quia genus re
gum explanauimus & qui fuerunt & eorum tempora cūcta narrauimus necessarium indicaui etiam
nomina referare pontificum qui pontificatum regum temporibus habuerunt.¶Primus quidem sa
doch pōtifex tēpli quod salomon ędificauit.¶Post eū vero filius achimaas in eius honore successit.
Epilogus pontificum numerus & ordo eorum. ¶Post achiman zacharias alias zarias.¶Post hunc autem ioram:& post eū Anxiorā:deinde fideas
post fideam vero sudeas post hūc vero hilus alias bilus.hilo vero successit ioathan:cuius rursus vrias
Vrię vero nerias Post neriam vero odeas fuit.Post hunc vero salomō deinde Hieremias.Post hunc sa
ruch:& post hūc fuit iozadach qui captiuus in babiloniā ductus est.Isti siquidem oēs in pontificatū
filius patri per ordinē successerūt.¶Veniēs autē in babiloniā rex:sedechiā habuit quidē donec ad
uixit in carcere.quē dū regaliter sepelisset.vasa quę in hierosolymorū templo fuerat deprędatus dijs
dicauit suis.Et populum in babiloniorum regionem constituit.pontificem vero soluit a vinculis.

¶Godolias super pauperes & reliquias hebręorum in hierusalem princeps constitutus hieremiā F
soluit a carcere potius in deserto habitare q̄ in principibus eligentem.Quiq; fugitiuos hierusalem re
deuntes ḡhumanissime recepit.vnde dilectus ab hebręis ipsi ysmaelem qui solus de tribu Iuda re
manserat ne rebellaret voluerunt occidere quod recusauit Godolias qui ab Ismaele dolose cum suis
occisus est similiter & hebręorum reliquijs.Quem tamen iohannes & principes persecuti sunt fugiē
tem ad Ammonitas captiuosq; ab illo liberauerunt.Sed hieremię consilium spernentes captiui in ba
biloniam ducuntur a Nabugodonosor qui deuictis Ammonitis ęgyptios captiuauit.vide decem tri
buum:& duarum captiuitatum signata tempora. Capitulum.ix.

Godolias cōstituitur princeps super pauperes & reliquias i hierusalem. ORinceps itaq; militię nabuzardam dum captiuasset populū hebręorū:& pauperes & eos qui
se tradiderāt dereliquit. constituens eis principem noie godoliam filiū aicham de nobilibus 4.r.c.
natū mansuetū & iustū.iussitq; vt opus in terra prouincię faciētes regi tributa definita persol 15.
uerent.¶Hieremiam vero prophetam soluit de carcere:eiq; suasit vt ad babiloniam cum eo veniret
Fuerat eñ hoc a rege iussum.vt illi per oia placidę ministraret.Qui si nollet hoc facere:indicaret vbi
manere vellet.quatenus hoc regi significaret.Propheta vero nec sequi voluit nec alibi cōmorari.sed
libenter se abire dixit in deserta patria:& cum miserrimis habitare reliquijs.Cognoscens autem eius

voluntatē militię princeps godolię (quem constituerat in hierosolimorum vrbe) precepit vt eius pro
A uidentiam in omnibus haberet eiq; ministraret quibus egeret. Et donatis prophetę multis pręciosis Baruch cū hie-
q; muneribus: dimisit ad propria. Et hieremias quidem mansit apud godoliam in ciuitate princię remia.
que dicitur masphacha alias masphat. Rogauitq; nabuzardam vt cum eo dimitteret discipulum ba-
ruch filium nerei alias nerie ex magna valde familia. Et qui lingua paterna pręcipue fuerat eruditus Fugit in hieruſa
¶ Hęc dum fecisset Nabuzardā in babiloniam profectus est. At ille qui obsessa hierosolimorū vrbe lē redeūt recedē
diffugerāt dispersi per cetera loca dum recessisse babilonios cognouisset & quasdam reliquias in hie- tibus babilonijs
rosolimorū terra reliquisse & qui eam incolerent superessent. collecti vndiq; venerūt ad godoliam in quos Godolias
masphat. Erant autem principes eorum ioab filius carij: & azarias & ieconias simul & alij. Porro de recepit hūanissi
genere regio erat quidam ismael: vir malignus & calidus. Qui cum obsideretur hierosolima ad regē me.
euasit ammonitarū noie bachali & illo tēpore ibi moratus est. Igitur qui ad hierosolimā cōcurrerāt se
citeos godolias ibi manere. nequaq̄ babilonios metuētes. colētesq; terram nichil mali passuros esse
dicebat. Et hęc quoq; iuramēto firmauit adijciens quia solatium cūctis pręberet. & si quis ab aliquo
grauaretur. illius mererē auxilium: suasitq; vt singuli in qua vellent ciuitate morarent. & vt mitteret
cum eis qui eorū habitacula reparārēt. Et ipse quoq; faceret dum tēpus esset vt triticum & vinum &
oleum recōderent quatenus hiemis tempore pabulis non egerent. Hęc cum dixisset dimisit eos ad Godolia pptet
prouincię loca quę vnusquisq; voluerat. ¶ Fama vero discurrente ad genus iudeę quia venientes ad clementiā valde
se de fuga godolias clementissime susciperet. & ad terram colendā habitare dimitteret vt regi babilo dilecto reliquię
nio tributa persoluerēt cucurrerunt ad godoliam omnes & in prouinciam habitarūt. Considerāteq; hebreorū volūt
prouinciā in pace regi. & godolię benignitatem atq; clementiā. Iohannes & principes qui cū eo erat vt latēter ismael
valde dilexerunt eū. dicebantq; mittendum ad regem ammonitarū bachalim vt ismael latenter oc- de tribu iuda (q
cideret: quatenus ipse securus esset. in israel quia ille erat de regio genere qui solus poterat rebellare. solus poterat de
Cuius dolum dicebat posse declinare si potius ismaelem ipse perimeret. vt metum de cetero non ha bellare (occidat
beret. adijcientes insuper se timere ne godolia magis ab illo perempto funditus israelitarum reliquię quod recusauit
deperirent. Illi vero acquiescere noluit. dicens non esse rectum contra virum qui nichil adhuc gesse- godolias
rat malignitatis insidias exercere. Non enim verisimile esse quia in tali desolatione huiusmodi mali Ismael iudeus
cia exerceret & quem in tanta necessitate fouerat & ab inimicis alijs eripuerat ipse perimeret. Sed & godoliā ebrium
B si ediuerso faceret illi dolū melius esse vt ipse perimeretur ab illo potius q̄ homo qui ad illum confu- cū suis occidit i
4 R.c. gerat suamq; salutem ei tradiderat & commendauerat vitam: dolo perimeretur istorum. ¶ Et iohan masphat.
25 nes quidem & principes qui cum eo erant cum non potuissent psuadere golie protinus recesserunt. Ismael reliquias
¶ Tempore siquidem dierum triginta transacto: venit ad godoliam in ciuitatē masphat ismael cum iudeorū a babi-
viris decē Quos godolias splēdidis epulis muneribusq; suscepit. Tunc godolias inter cōuiuia ismael lonis dimissas &
sepius vt assolet inuitato ebriatus est. Quem ismael videns ita vino repletū & velut infensatum so- milites occidit
pore ebrietatis conuersum surgens cum decem suis amicis eum occidit: & qui cum eo in conuiuio re & octoginta vi-
cumbebant. ¶ Et post horum peremptionem egressus est per noctem cunctos pariter in ciuitate iude ros.
4 R.c. os & milites trucidauit qui a babilonijs fuerant dilecti. ¶ Altera vero die cum muneribus veniebāt
25 ad godoliam de prouincia octoginta viri nichil scientes quod de eo fuerat gestum. Quos cū vidisset
ismael eos quasi ad Godoliam accessuros: interius euocauit. Quibus ingressis aula clausa cunctos
occidit eorumq; corpora in lacum profundissimum ne viderētur abiecit. Ex his itaq; octoginta viris
aliqui erepti sunt. qui se rogauerunt non prius occidi anteq̄ occultas in agris diuitias & spolia simul pallia
& vestes reconditas & frumēta monstrarent. Hęc audiens ismael pepercit eis. ¶ Populum vero qui Iohānes & prin
erat in masphat cū vxoribus & filijs captiuū duxit: inter quos & filias Sedechię regie nabuzardā ba- cipes cōtra isma
biloniorū princeps godolię reliquerat cōseruandas. Hęc cum egisset venit ad regem ammonitarū. el ad regē āmo-
¶ Audiens autē iohannes & principes qui cū eo erant quę in masphat fuerāt gesta ab ismael mortē nitarū fugiētem
q; godolię: nimis exasperati sunt. & sumentes singuli arma sua: aggressi sunt vt ismael viriliter expu- bella mouent &
gnarent. Quē cum apprehendissent circa fontem cedron illi qui ab ismael captiui ducebantur vidē- captiuos liberāt
C tes iohannem & principes releuati sunt: solatium sibi venisse iudicantes. Et relinquentes eum qui il- de muneribus
los ceperat. ad iohannem se contulerunt. Ismael itaq; cum viris octo ad regem fugit ammonitarum. suis.
Iohannes autem sumens quos de manibus eripuerat ismaeli & eunuchos & mulieres & infantes: ve
nit ad quēdam locum quē caulas appellant & illo die ibi mansit. Deliberauerūt autem vt inde surgē- ❦
tes abirent in egyptum metuentes ne eos babilonij perimerent. propter godolię mortem qui ab eis Orant hieremiā
dux fuerat constitutus. ¶ Et dum in tali consilio permanerent. petierunt hieremiam prophetam io- vt deū oret pro
hannes & principes (qui cum eo erant) vt deum consuleret quatenus eis in angustia constitutis quid eis.
deberēt facere demōstraret. Cumq; propheta oraturum se pro eis apud deum compromisisset. post
decem dies apparuit eis deus, dicens vt indicaret Iohanni & principibus suis & vniuersis: quoniam

consistentibus eis in illa prouincia faceret prouidentia diuina solatiū & a babiloniis quos metuebāt seruaret illesos ꝓficiscentes autem in egyptum perituros & ab egyptiis illa passuros quę fratres eorū D
constat esse passos. ¶Hęc cum dixisset iohanni & populo deum propheta prędiceęe non ei credebant quia deus eos prouinciā habitare ꝓceperat sed vt prestaret baruch discipulo suo mentiretur quidem de diuino mādato.suaderet autem eis ibi manere.vt a babiloniis interirent.Populus autem & iohānes non obedientes consilio dei quo eos monuerat propheta discesserūt ad egyptum ducentes & hieremiā pariter & baruch. ¶Dumq; illic essent.indicauit prophete diuinitas vēturum regem
Prophetia de futura captiuitate egypti a babiloniis. babiloniorū ad egyptum:iussitq; prędicere populo egypti venturam captiuitatē. & quia alios quidē occideret alios captiuos sumens in babiloniam perduceret & hec ita completa sunt. ¶Quinto siquidem anno captiuitatis hierosolimorū qui est tertius & vicesimus regni nabugodonosor castrametatus est idem nabugodonosor in inferiori syria eamq; detinens expugnauit ammonitas & moabitas.
Nabugodonosor contra egyptios deuictis ammonitis & moabitis quos captiuauit. Cumq; subdisset has gētes perrexit ad egyptum eamq; subuertit & regem quidem qui tunc erat occidit:aliumq; in ea constituēs:denuo iudeos captiuos duxit in babiloniam.Et hebreorum quidem genus huiusmodi termino eufratem trāsisse percepimus. ¶Igitur per syrios corruit populus decem tribuum de samaria cum regnaret apud eos ozias.deinde duarum tribuum multitudo a nabugodonosor rege babiloniorum & chaldeorum(capta hierosolima)est vastata. ¶Salmanasar autem transmigrans israelitas in eorum regione constituit cutheorū gentem q̄ prius in interiori parte perfidie & me E
Samarite & cuthetei. die morabatur.Tunc tamē samaritę vocati sunt. vocabulum prouincię sumentes in qua habitare videbantur. ¶Babiloniorum vero rex cum duas tribus captiuas duxisset neq; gentem aliam in eorum fecit habitare prouincia:& propter ea desolata ois iudea & hierosolima & templū annis septuaginta permānsit.Omne siquidem tempus a captiuitate israelitarū vsq; ad duarum tribuum transmigrationē fuit annorū centum & triginta:mensium sex dierumq; quindecim alias decem.

HISTORIA LIBRI DANIELIS INCIPIT.

¶Danielem & contribules ananiam azariam & misaelem(eorum mutatis nominibus) de mensa regis cibos sumere & prouincialibus litteris erudiri iubet rex:sed illi a gentilium cibis abstinentes; sapientia disciplina & corporali fortitudine diuinitus donati sunt danieliq; super ceteros somniorum data est intelligentia.

Capitulum.x. Da.c.i.

DOrro rex babiloniorum nabugodonosor sumens omnes iudeorum nobiles. & cognatos regis eorum sedechię qui & puritate corporum & aspectus pulchritudine resplendebāt. pedagogis eos ꝓ diligentia exibenda cōtradidit.eosq; castrauit. Quod etiam eis quoq; quos ceperāt ex aliis gentibus quas vastauerat cum essent in etatis huius pulchritudine cōstituti fecisse dinoscit.Iussitq; eis ministrari de mensa sua cibos: & erudiri prouincialibus litteris pariter & chaldeis. ¶Erant autem isti sapientia quidem idonei habētes exercitū potius. Inter quos erant aliqui de genere sedechię quatuor optimi & natura benigni.Alius quidem daniel. alius autē ananias:alius misael.quartus autē vocabatur azarias.Horum babiloniorū rex nomina cōmutauit:& aliis iussit vocabulis appellari. Et danielem quidem vocabat balthasar.ananiam vero sidrach.misael autē misac.azariam vero abdenago.Hos autē rex cū essent nimis ingenioſi & circa lite- Da.c.i.
Daniel ananias misael azarias de sanguine regis ꝓgeniti mutatis nobis vocati sunt baltha sidrach misac abdenago. terarū doctrinas assiduī:habebat in honore & dilectione precipua. ¶Placuitq; daniel cum cognatis F
suis vt se a cibis regię mensę suspenderent:& ab oīnibus animatis generaliter abstinerent. & accedentes ad achan alias malassar eunuchum cui eorum diligentia erat a rege cōmissa.rogauerūt:vt ea quę rex iusserat eis expendi ipse ꝓpararet & eis legumina comedenda ꝓberet. vel quid aliud inanimatū vellet ad istos cibos se esse.dicentes deditos.& alios sibi valde contrarios.Ille vero paratū quidem se esse dicebat eorum volūtatibus obedire. sed metuere regem ne per corporis maciem vultusq; mutationem proderentur regi eo q̄ ab epulis abstinerent dicens esse consequens vt pro qualitate ciborum:eorum quoq; color & corpora mutarentur & dum alij pueri bene refecti a rege viderentur: isti & periculi & supplicij auctores existerēt. Dum igitur aschanis forma hanc haberet persuasionem ei vt pro experimento decem diebus hęc ministraret illis:& dum habitus eorum corporis minime verteretur ad pejus.in his sine dubio permanerent:tanq̄ ex hoc ledi nō possent.Si vero eos subtiliores inspiceret & deteriores ab alijs ad peiora conuiuia reuocaret.Quos dum non solum cibus ille nō noceret:sed etiam magis q̄ aliorum pinguiora atq; decentiora eorum corpora reperiret ita vt illi quibus regalia conuiuia prępparabant inferiores essent:daniel autem & qui cum eo erant crederentur in magna copia epulisq; cōuiuere ex illo tēpore audacter.Aschanis ea quidem quę de mensa regis quotidie illis pueris mittebatur ipse sumebat & illis quę prędicta sunt ministrabat. ¶At illi dum & ultime eorum propter hoc essent limpide & ad doctrinas eutecte:corporaq; ad laborē apta cōsisterent.Non enim aut animas habentes habēt pro ciborum varietate confusas aut corpora per easdē Da.c.i

epulas mollioꝛa.omnes velociter didicere doctrinas: quecunq; & apud barbaros erant et apud chaldeos. Precipue tamē daniel sapientia erat idoneus & ad somniorū interpretationes expertus.deq; re
Da.c.1. A uelabatur aperte:diuinitas.

¶ Somniū Nabugodonosoꝛ obliuiscens/ vt eius memoriam & interpretationē habeat/ariolos & magos vocat: quos vna omnes perire iubet. quod cognoscēs daniel (oratione ad deum premissa) & somniū recitat & eius expositionē declarat & ariolos & magos a morte liberat. qua audita rex eum adoꝛauit dei sibi nomen imponens & totius regni ꝓcuratoꝛem constituens. Ca.xj.

Somniū nabugo. ſ. cuius obliuiſ magos & diuinos vocat ꝓ expōne quos omes vna perire iubet

Da.c.2 ¶ Citut post annum secundum egyptiace vastationis rex nabugodonosoꝛ vidit somniū valde mirabile. cuius explanationem ipse ei per somnium deus apparuit. Quam dum euigilauit obstus mox vocauit caldeos & magos atq; diuinos. seq; dixit vidisse somnium & expositionem eius & hec simul oblitum: iussitq; vt dicerent & somnium & quid significaꝛet videretur. Illis vero dicentibus hec inuenire esse hominibus impossibile. sed si visionem exponeret somniū explanationem ab eis audiret interminatus est eis mortem nisi somnium eius ediceꝛent. Et dum faterētur non posse quod iubebat fieri omnes vna precepit occidi. ¶ Daniel autem audiens quia omnes sapientes rex iussisset interimi: inter quos & ipse cum suis cognatis periculo subiaceret. accessit ad ariochin alias arioch cui fuerat principatus commissus super regis armigeros eumq; rogauit vt ei causam ediceret pro qua rex omnes sapientes & chaldeos & magos iussisset occidi. Et dum de somnio cognouisset & quia iussisset rex indicari sibi quam viderat visionem. quod dum non potuissent facere/ ad suum interitum ꝓuocassent regem: rogauit ariochin: vt ingressus ad regem vnam noctem peteret vt a magoꝝ nece se retineret. sperare dicensq; ea nocte supplicans deo somnium regis agnosceret.

Oꝛo danielis ad deū pro cognoſcēdo ſomnio & liberatione magoꝝ que exaudita eſt.

Da.c.2 Ariochis vero nunciauit regi indutias quas poscerēt daniel. ¶ Tunc ille puer cum suis cognatis ad habitaculū proprium veniens tota nocte rogauit deum. vt ei somnium indicaret ne magi & chaldei & inter eos illi perirent. sed vt eos potius ab ira regis eriperet atq; ostenderet visionē quam rex reuelatam sibi nocte preterita noscebatur oblitus. Deus autem misericordiam habens illoꝝ qui periculo subiacebant simul & danielis & somnium ei & modum eius explanationis inuotuit: vt ab eo rex etiam quod significaꝛet agnosceret. ¶ Daniel autem hec a deo sibi reuelata cognoscens. gauisus surexit: & hoc fratribus indicans illos quidem qui de vita iam desperauerant & parati videbantur ad mortem ad securitatē & spem vite reduxit. deo autem precipue gratias egit qui misericordiā eoꝝ
B etatis habuisset. ¶ Factoq; die venit ad ariochin petens vt eum introduceꝛe deberet ad regem ac di
Da.c.5 cens reuelare somniū quod viderat tranſacta nocte narrare. ¶ Ingressus igitur ad regem daniel hoc primo poposcit. ne sapientior putaretur ab aliis chaldeis & magis quia dum illi somnium nequaq; inuenire possent ipse indicaturus accedere quando non experimento humano nec quia maiori studio mente propria laborasset hoc sciret: sed miseratus inquit deus omnium qui mortis videbamur periculo constituti & mei simul & qui eiusdem sunt gentis/ omnium explanationem michi eius aperuit. Non enim minus pro illis q̄ pro nobisipsis vite terminum te iubente multatis sollicitus eram/ dum vtiq; iniuste viros bonos & optimos mori preciperes: quos michil quod sit humane sapientie precepisti facere: sed quod dei solius est ab eis exigere voluisti. Tibi siquidē cognīti quis possit totius mundi tenere principatum: volens deus regnaturos ostendere/ huiusmodi somnium reuelauit.

Verba danielis ad regē hūilia.

Da.c.2 ¶ Vidisti enim statuam valde ꝓceram cuius caput erat quidē aureum: humeri vero & brachia argentea: venter autem & femora erea: crura pedesq; ferrea. Deinde vidisti lapidem de mōte abruptum cecidisse super statuam eamq; prostratam contriuisse totam & nullam eius partem integram reliquisse. Aurum vero & argentum & es plus farina coattritum: & spiritu vehementer flante direptum atq; dispersum. lapidem vero creuisse tantum: ita vt omnis terra ab eo videretur impleta. ¶ Somniū itaq;
Da.c.2. quod vidisti hoc est. Cuius interpretatio hunc habet modum. Caput quidem aureum te significat: & qui ante te in gente babilonia regnauerunt. due inquit manus & humeri indicant. quoniā a duobus regibus videtur posse destrui principatus. Illoꝝ denuo alter quidem ab occidente erit destructus imperium similis eramento Cuius rursus regnum cessare faciet qui ferro videtur equalis tenebit
C q; omnia quia ferri natura sit robustior auro & argento simul & ere. ¶ Significauit quidem & de lapide regi daniel. quod michi non placuit indicare sed preterita que sunt iam facta describere: nō futura tractare. ¶ Si quis autē integritatem desiderans vult hec perscrutari/ de incertis/ vtrū fiant/ studet agnoscere festinet librum legere danielis: quē inueniet inter litteras esse diuinas. ¶ Rex autē nabugodonosoꝛ hec audiens: & somnium suum agnoscens. obstupuit ingenium danielis: & procidens
Da.c.2 in faciem eo modoquo deus adoratꝰ salutauit danielem. eiq; sacrificari quasi deo precepit: cui etiam proprij dei imposuit nomen: & ꝓcuratoꝛem totius regni esse constituit cum cognatis suis qui peruiduam & dolum pericula sustinuerunt. & regem ex huiusmodi causa offendisse videbantur.

Interꝓtatio ſōniſ & expoſitio

Reuelatio ſomniſ regis ꝑ danielem.

Recuſat Ioſephus iudeoꝝ cecatus pfidia expōnē de lapide facere. vide bibliam.

¶ Simulachrū statue rex precepit omnibus adorandum quod daniel & contribules non venerantes apud regem accusantur qui victi in ignem missi diuinitus illesi liberantur. Secundum somnium daniel solus interpretatus est nabugodonosor qui septem annis in deserto cum bestijs habitans demū regnū recepit quo mortuo filius eius nabugodonosor (vt berosus meminit) regno successit post quē amilmadapacus post filius egessarius quo mortuo ad labadosarcum filium transijt imperiū postquē balthasar (qui nabor nuncupatur) regni suscepit gubernacula.

D

Capitulum.xij.

Statua regis de scripto & circa hanc mādati ō est fda vitiō & licet sit historica est tn cū hoc pphetica.

INterea rex dum fecisset statuam auream altitudine sexaginta cubitorū latitudine sex & eam stanuisset in maximo babilonie campo dedicaturus eam cōuocauit terre cui preerant principes vniuersos eis primo precipiēs vt dum audirent tube sonum pretacti statuā pariter adorarent. Qui vero hoc nō facerent eos ignis caminū interminatus est esse mittendus. ¶ Omnibus ergo post tube sonitū adorātibus simulachrū daniel & cognati eius minime fecisse dicunt nolentes vtiq; leges priuari paternas. Qui dum vincti fuissent repente in ignē missi & inopinabiliter diuina puidentia liberati mortis pericula fugerunt. Nō enim cōtigit eos ignis. Reor itaq; eo q; nichil iniuste fecissent in caminū missi nō sunt ab igne contacti: & facta est flāme natura debilior: habens in se dei ministros. qui eorū corpora esse tuta preparauit. vt nō potuissent ab igne cōsumi. Hoc ergo factum ostendit eos apud regē iustos atq; religiosos. pro quo habebant ab eo in honore precipuo. ¶ Post paululū itaq; tempus denuo vidit in somnijs rex aliam visionē quia casurus de regno cū bestijs esset habitaturus. & cū degisset hoc modo annis septem in deserto reciperet denuo principatū. Hoc cum dixisset somniū magos denuo conuocauit. eisq; referens quod viderat interpretationē congruam exigebat. Et aliorū quidem nemp potuit virtutem somnij cōprehēdere: neq; regi manifestare. Daniel vero solus & hoc exposuit. & sicut ei prē dixerat ita prouenit. Nam cum habitasset predictū tempus in heremo nulluſq; presumpsisset septem illis annis rerum dominū detinere: supplicans deo vt regnum reciperet. denuo reuertit ad eum est. ¶ Nullus igitur me culpet. eo q; ita narrauerim singula: sicut in antiquis libris inueniuntur scripta. Nam in ipso historie mee principio propter eos qui questionem faciunt aut in aliquo culpare nituntur astruxi. dicens translaturum me libros hebraicos in eloquium & grecū. hos volētibus aperire neq; adijcere ipse aliquid seorsum neq; substrahere me promittens. ¶ Porro nabugodonosor cū vixisset annis quadraginta & tribus defunctus est: vir illustris. & prioribus regibus valde felicior. Meminit huius actuum & berosus in libro tertio historie chaldeorum ita dicens. Audiens autem pater nabugodonosor quia satrapa qui constitutus fuerat in egypto & locis syrie & phenicis. recessisset ab eo: cum ipse iam fatigari nō posset: cōmittens filio nabugodonosor iuueni quādam partē exercitus misit aduersus eum qui ab eius patre recesserat. facta dimicatione & eum vicit: & prouinciam ex illo principio suo subiugauit imperio. ¶ Eo siquidem tēpore contigit vt pater nabugodonosor egrotaret in babilonie ciuitate & a vita recederet qui regnauit annos viginti & vnū. ¶ Nabugodonosor autē nō post multum tempus mortem patris agnoscens & disponens causas egypti. reliquāq; prouinciam & captiuos eius & phenicum & syriorum & gentium egyptiarum: & precipiens quibusdam amicis vt cum magna virtute. & omni vtilitate ad babiloniam cuncta deferret. ipse cum paucis per desertum venit ad babiloniam. & potitus rerum que gubernabātur tunc chaldeis a quodam viro optimo sibimet reseruanti: totius regni paterni dominus est effectus. Captiuis autem venientibus habitationē constituit in locis oportunissimis babilonie ciuitatis. Ipse vero de manubijs hostium & templum beli & reliqua largissime nimis ornauit & antiquę ciuitati. Alia quoq; contulit & prisca reparauit: ita vt nequa q̄ obsidentes valerent fluuium conuertere & ciuitati aliquo modo prealere. Erexitq; tres porticus intrinsecus: tres extrinsecus de latere octo: decenterq; muniens eam & exornans valde magnifice: paternis quoq; regalibus: alia proxime regalia fabricatus est. quorum spacia & reliquam multitudinē dicere credo superuacuum. verūtamen hoc sciendum quia dum essent hec magna & primis eximia. diebus sunt quindecim cōsummata. In istis vero regalibus lapides posuit. quorū similis erat instar mōtis & plantauit diuersas arbores. fecitq; ortum quod suspensibile dicebatur: eo q; vxor eius possessionem regiōis proprie videre desideraret quę nutrita fuerat in locis medie. ¶ Horū itaq; meminit etiā megastenis in quarto indicorum libro. vbi nititur approbare hunc regem fortitudine & actuum magnitudine herculem transcendisse. dicit eum vastasse libien ciuitatem & hyberiam. ¶ Sed etiam diocles in secundo persicorum libro meminit huius regis & philostratus in indicis & phenicis hystoriis dicit quia iste rex obscedit tyrum annis tribus & decem mēsibus cum tempore tyro regnaret ~~loatha baliasa~~ joath abules. Hoc ergo modo diuersi scriptores huius regis facere memoriā. Post mortem vero nabugodonosor amilmadapacus qui & ibamathadacus filius eius suscepit regnum & hierosoli

Scdm sōniū nabugo. qd ponit sio tertia.

Daniel solus somnium interpretatus est.

Translatio vera Josephi de hebreo i grecum.

Nabugodonosor pater regnauit annis viginti & vno.

Megastenes historiographus. Diocles Philostratus Reges babilonie.

E

F

abimasobarus

mitatum regem iechoniam qui & ioachim ſoluit a vinculis. eumq; inter amicos neceſſarios habuit.
A & multa ei dona conceſſit:fecitq; in babilonia inter reges haberi.Nam pater eius fidem non ſeruauē
rat ieconie: qui ſe vtiq; cum vxoribus & filius & omni cognatione ſponte tradiderat pro ciuitate ne
ſicut prediximus obſeſſione capta vaſtaretur. moriente vero amilmadapacho poſt annos decem &
octo ſui regni egeſarius filius eius tenuit principatum quadraginta annis.Eoq; mortuo.ad eius filiū
labadoſarcum peruenit imperium. Quod dum nouem menſibus habuiſſet. eo defuncto tranſiit ad
Balthaſar.qui nabaor nuncupatur.

Bellum mouente ciro perſarū & dario medoq; regibus contra balthaſat ſuperbū deiq; vaſa pro-
phanantē tunc ſibi viſio manus in pariete ſcribētis manifeſtata eſt qui in anguſtia cōſtitutus: voca-
tis ariolis:torquē & tertiam regni partem pmittit exponēti. Quod daniel: cū nullus ſciret: manifeſte
quid mane thechel phares ſignificarent declarauit:qui quod pmiſſum donatū eſt & non poſt multū
tempus capto balthaſar a ciro perſarū rege deſtructa eſt babilonia. Ca.xiij.

Da.c.5 COntra hunc itaq; regem caſtrametati ſunt cirus perſarum rex & darius medorū.Qui dum Bellū ciri & da-
obſiderent eum in babilonia mirabile quoddam prodigiū contigiſſe dinoſcitur.lacebat nā rij cōtra baltha-
q; cenans in domo maxima. & conuiuijs regalibus oportuna cum ſuis cōcubinis pariter & ſar babilonię re-
amicis.Placuitq; ei vt de proprio templo vaſa dei deportarent que de hieroſolimis depre gē ſupbū qui va-
datus nabugodonoſor vſus quidem non fuerat:ſed in templo ſuo dicauerat. At ille ſuperbia ductus ſa dei ad ppha-
eſt vt eis vteretur ad pocula.& hoc modo blaſphemaret in deum. ¶Tunc itaq; vidit de muro venie nosvſus abuſus
Da.c.5 tem manum:& in pariete quaſdam ſillabas ſcribentem.Qua viſione turbatus conuocauit magos at- eſt.
q; chaldeos.& omne genus ſimilium qui inter barbaros ſomnia & huiuſmodi ſigna diſcernere pre-
ualebant. vt ei que fuerant ſcripta manifeſtarent. ¶Cumq; magi nichil penitus inuenire neq; in- Promittit rex vi
telligere ſe poſſe dicerent in anguſtia rex conſtitutus & multa triſticia propter hanc ſic inopinabilem ſitionē exponē-
cauſam in omnem prouinciam predicari fecit. vt qui litteras illas que per eas ſignificarentur: poſſet ti torquē & ter-
exponere.ei torquem auream veſtemq; daret purpuream ſicut chaldeis regibus mos erat vti.& ter- tiā regni partē.
tiam partem ſui pariter principatus. Quo facto dum multi magi concurrerent vt propoſitam mu-
nificentiam regis haberent: inuētionem aut ſignificationem litterarum nequaq; inuenire poterant.
¶Dūq; regem videret in anxietate ſua auia cōſtitutum.cepit eum cōfortare ac dicere eo q; eſſet qui Auia cōſolatur
dam de iudeę captiuis ex eorū genere quos deduxerat nabugodonoſor cum hieroſolimā deuaſta- balthaſar danie
ſet:cui erat nomen daniel.vir ſapiens & argutus vt poſſit res inuenire difficiles.& que deo ſoli viden lē ſignificās vi-
tur notę qui etiam nabugodonoſor regi cum nullus alter potuiſſet dicere quibus regebat ad agnitio- ſionē poſſe ex-
B nis lumen,adduxerat quod querebat adijciens vt aduocaret & peteret quatenus de litteris eo narrā- ponere.
Da.c.5 te agnoſceret quod nullus poterat inuenire ſi triſte aliquod ſignum ſignificaret a deo. ¶Hec audi-
ens balthaſar.daniel ad ſe venire precepit.Cui dum dictum fuiſſet de eo eiuſq; ſapientia:quia ei ſpiri
tus ſanctus ineſſet & ſolus inuenire poſſet que alij neq; mente cōciperent poſcebat: vt ea que ſcripta
fuerāt & que ſignificare poterant indicāret.Quod ſi faceret:purpura veſtiendū & torquē auream cir
ca collum eius dandam eſſe promiſit:inſuper el partem tertiam regni pro honore ſapientię conferē-
dam:& ex eis inſignis videntibus appareret. ¶Quo facto doniel dona quidem eum apud ſe retine- Spiritualia gra-
re dixit ſapiētiam namq; & diuinitatē ſine ſuffragijs ſemper exiſtere & gratis prodeſſe credētibus. ea tis danda.
vero que ſcripta videbatur ei ſignificaturum ſe eſſe promiſit.dicens hec eius vitę indicare ſubuerſio-
nem:eo q; neq; ex his ex quibus parens eius propter iniurias fuerat caſtigatus ille didicit eſſe pius &
nihil vltra humanam cogitare naturam: quando & nabugodonoſor mutatus in beſtiam: propter ea
que impie geſſerat poſt multas preces ac ſupplicationes miſericordiā potuit promereri & ad huma- Factus ē beſtia
nam redire conuerſationem:ac regna priſtina reparare. Qui propter hec deum ſolum omnē habere Nabugodono-
virtutem.& humano generi prouidere:donec aduixit aſſeruit. Tu inquit obliuionem horum habens ſor ſcdm hunc
multumq; diuinitatem blaſphemans/ in eius vaſis vna cum tuis concubinis tibi miniſtrari feciſti. actorē. ſed hoc
Da.c.5 Que videns deus & iratus per ea que ſcripta ſunt pronunciauit.qui tibi terminus ſit futurus.Ille ve- repręhendit de
C ro litterę deſignant hec.¶Mane.quod latina lingua ſignificare poteſt numerū quia vitę tuę inquit lyra i glo. ſuper
deus tēpus & regni dinumerauerit:& paruum tibi ſuperesſe decreuerit.¶Techel quidem.hoc ſigni- dañ.ca.iiij.vide
ficat pōdus. Apponderans inquit deus tuę vitę tempus.iam illud declinare pronunciat.¶Phares. ibi.
ſed hoc fragmentum ſignificat lingua romana.Frangit inquit deus regnum tuum.& medis illud per
Da.c.5 ſiſq; diſtribuit.¶Cumq; daniel hec indicare diciſſet que fuerant in pariete conſcripta balthaſar qui- Balthaſar pmiſ
dem triſticia qualis poterat pro tante calamitatis ſignificatione prouenire detinuit.non tamen pro- ſa dedit danieli
phetę quaſi malarum rerum indicu dona que promiſerat denegauit.ſed cuncta conceſſit.cogitans
quia illa quidem pro quibus darentur propria eius & non prophetantis eſſent.Illum vero qui hec ve
re diſcreuerat. virum bonum dicebat ſimul & iuſtum. ¶Igitur non poſt multum tempus & ipſe

Balthasar captus a ciro psarũ rege anno regni decio octauo & babilonia destructa.

captus est & ciuitas ciro persarum rege aduersum eum fortissime dimicante. Balthasar enim ipse est sub quo capi contigit babiloniam cum regnasset iam decem & octo annis nepos nabugodonosor regis.cui talem terminum fuisse percepimus. D

¶ Daniele propheta a rege honorato et in media inter satrapas principali constituto conta eum alij inuidia agitati mortem machinatur qui (procurantibus emulis) in leonum lacu deuorandus immittitur sed diuinitus preseruatus est inimici eius:precipiente rege:a leonibus statim deuorati sunt. Quibus peremptis rex danielis deum adorauit ipsum solũ omnipotentẽ predicans & danielem prę celso honore exaltans principem suorum fecit amicorũ.Qui in media mausoleũ pro sepeliendis persarum & medorũ regibus edificauit.Quemq; Iosephus super ceteros prophetas multipliciter exaltat Cumq; visionẽ in susis arietis & hirci habuit eius explanationẽ sapientissime disseruit. .. Ca.xiiij. Danie. ca.5.

Daniel ꝓpheta maximo honore habitus est apud dariũ regẽ & ductus in media vnus inter tres satrapas cõstitutus.

ARius autẽ astiagis filius qui babilonioꝝ principatũ destruxit cum ciro cognato suo annum habebat sexagesimũ & secundum cum babilon fuisset inuasa qui tamen alio nomine vocabat a grecis.quicq; danielem ꝓphetam sumẽs ad se in medam duxit: & omni eũ honore celebrauit. Erat enim vnus inter tres satrapas quos darius sup trecẽ tos satrapas istituerat.Daniel itaq; cũ esset apud dariũ in honore precipuo.ita vt qua si ei soli cũcta viderent esse cõmissa.inuidię apud ceteros crimine laborat Mordẽtur enim qui quosdã apud prncipes plusq̃ se valere cõspiciunt. Et dum quererẽt occasionẽ & derogationis fomitem vidẽtes eum apud darium esse probabilẽ nullam iueniebãt causam.Nam dum esset su per thesauros & omne suffragium oblatum a quocũq; despiceret: cui turpe videbat aliquid etiam ꝑ bonis rebus accipere nullã criminis causam accusatores inuenire faciebat. ¶ Illi vero cum nichil haberent qđ cõtra danielem dicentes regi eũ possent honorare priuare aliũ quesiuere modum quo eũ minorẽ apud gratiam regis ostẽderent.videntes namq; eum tertio in die orantẽ ad deum occasionẽ se inuenisse putauerunt:per quem pderent danielem. Et venientes ad darium nũciauerunt qui satrapis & eius pricipibus placuisset vt triginta diebus populus requiesceret quatenus neq; ipsum aliquid neq; deos eorum adiret similiter nec exoraret. Quorum si quis sententiã trãscẽderet in lacum leonũ periturus includeretur.Rex autem eorum nequiciã non intẽdens neq; hęc contra danielem arbitratus facta molimina dicit placere sibi quę ab eis decreta videbantur & eorum sententiam confirmare promisit.Proposuitq; decretum in populo.quod satrapum placita designabant. Et ceteri quidã iussa custodientes ne trãscenderent quę precepta videbantur a rege quiescebãt. Danieli vero nulla fuit in istis cura sed vt erat solitus stans deũ cunctis inspicientibus adorabat.Satrapevero occasione sumpta quam contra danielem inuenire querebant mox venerunt ad regem accusantes eum tanq̃ solus daniel p̃cepta trãscenderat.quia dum nullus alter apud eos orare presumeret q̃ non quidem ꝓpter impietatem sed propter custodiam fieret preceptorum:ille cõdemnãs pretepta ad suum oraret deũ Credentes etenim quia propter magnum fauorem: quo eum darius diligebat etiam illorum decreta contemnens danieli veniam daret. in hoc potius habentes inuidiam magis instabant: & ad nullam mãsuetudinem recedebant:sed eum secundum legem datam in lacum leonum esse proiciẽdum pocebant. ¶ Sperans autem darius quia eum eriperet deus:& nichil a bestijs sustineret aduersum con solabaur eum vt fortiter ferret euentum.Rex itaq; (dum fuisset in lacum missus daniel) signato lapide (qui pro ianuis in eius positus erat ore) discessit.& incenatus totam noctem duxit in somnẽ mestus & pro daniele nimis afflictus ¶ Die vero facto surgens & aperiens hostium clamauit voce magna daniel requirẽs si sanus esset. Quo respondente regi qui nichil passus fuisset mali iussit eum repente de lacu ꝓtrahi bestiarum. Inimici vero videntes nichil mali pertulisse daniel dicebant regi non eum ꝓuidentia diuina custoditum sed satiatos leones cõpti contingere eum noluisse.Ille vero eorum neq; tiam videns iussit leonibus multas carnes apponi. Eisq; satiatis inimicos danielis in lacum precepit immitti vt si reuera per satietatẽ ad eos minime leones accederent:hoc aperte cognosceret.Quo facto:& satrapis in lacũ positis dario manifestatũ est quia diuinitas saluauerit danielẽ.Leones eñ nulli eorum penitus pepercerũt.sed omnes pariter discerpserũt quasi rabida fame pleni:& nulla cibi copia recreati.Arbitror enim quia non fuerant ad hoc fame prouocati leones qui vtiq; paulo ante videbantur carniũ abundantia satiati.sed hominum nequitia etiam irrationabilibus erat animalibus manifesta simul et quia dei volũtate vocabant ad poenam. ¶ Peremptis itaq; hoc nõ danielis inimicis rex darius quod actum fuerat diuulgauit in omni prouincia laudans deum quem daniel colebat eũq; verum & omnipotentem asserens esse solum:habuit autem etiam daniel in honore precelso.principem eum suorum faciens amicorum. ¶ Cum ergo daniel sic esset insignis & clarus eo q̃ religiosus existeret:edificauit in egbathanis alias echbathanis medie mausoleum valde preclarum & mirabiliter nimis instructũ.Q đ equidẽ manet hactenus:& videntibus creditur nup edificatum ita vt eã die Da.c.6 Da.c.5 Da.c.6 Da.c.6

Malicia iuidoꝝ cõtra danielem occasionẽ mortis machinãtiũ.

Daniel (eũ inuidis accusãtibus) i lacu leonũ mittit mestus rex.

Inimici danielis in lacũ leonũ (precipiente rege) statim deuorantur.

Mausolium

qua conſpicitur putetur eſſe conſtructum ſic eius pulchritudo noua videtur & ſolida nullaq; ſenectu
A te tam magni temporis longeuitate confecta: cum edificia eadem que homines patiantur & ad vetu
ſtatem veniãt & ſua fortitudine longeuitate careant: ac proprij decoris amiſſione marceſcant. Hacte
nus enim ſepeliuntur ibi medorum reges atq; perſarum pariter & parthorum. Et cui hec cura com
mittitur ſacerdos eſt iudeorum: & hoc ſit vſq; ad preſens tempus. Dignum eſt enim de daniele dici
q; maxime quilibet audiens debeat ammirari. Qui dum mirabiliter & quaſi vno quodam loco ma
ximo poſitus oĩa prophetaſſet: & vite ſue tempore apud reges & plebem in honore fuit. & gloriam
& memoriam poſſidens ſempiternam. Oĩes namq; libri quoſcunq; ſcribens dereliquit legũtur ha
ctenus apud nos: & ex his credimus quia danieli loquebatur deus. Non enim ſolum futura ſicut alij
quoq; prophete dixit: ſed etiam tempus diffiniuit quo hec neceſſe ſit adimpleri. Prophetis nãq; prio
ribus mala prędicentibus & propterea a regibus & populo non bene ſuſceptis: daniel bonarũ rerum
propheta fuit apud eos & propter famam rerũ quas prędicebat. fauorem videbatur habere cuncto
rum. Per euẽtum vero cauſarum veracium acquirebat dictorum fidem: & opinionem diuinitatis ha
hebat in populo. Reliquit enim ex his nobis quę conſcripſit. vnde integritas eius prophetię & nulla
Da.ca. mutatio poſſit cognoſci. ¶ Ait eñ quia cum eſſet i ſuſis in metropoli perfide cum ſuis ſodalibus exi
3 uit in campum & repente terremotu facto: relictus ſit ſolus amicis eius per diuerſa diffugiẽtibus con
turbatus in faciem ſuper ambas cecidit manus tum quodã tangente eum & inter hęc vt ſurgeret im
perãte quatenus ea quę erant poſt multas generationes ciuibus euentura conſpiceret. Dum ſurrexiſ
oſtẽſum ſibi dixit arietem magnũ multa quidem habentẽ cornua: nouiſſimum eſſe pręcelſum. dein
de reſpexiſſe quidem ad occidentẽ & vidiſſe hircum exinde ferri per aerem: cõgreſſumq; arieti & eũ
ſecundo cornibus impeditum proſtrauiſſe in terram & vndiq; cõculcaſſe. deinde vidiſſe hyrcum de
fronte cornu maximum produxiſſe: quo fracto: orta ex eo loco cornua quatuor & ad ventos ſingulos
eſſe cõuerſa inter quę aliud paruulũ ortum fuiſſe conſcripſit. Quod dum creſceere diceret deus qui
hęc monſtrabat expugnaturum fore eius gentem & ciuitatem fortiter eſſe captuum templumq; cõ
Da.c.3 crematurum: & ſacrificia fieri prohibiturum. diebus mille ducentis & ſexaginta ſex. ¶ Hęc quidem
in campo qui eſt in ſuſis daniel ſe vidiſſe conſcripſit. & tali modo deum ſibi hanc aperuiſſe viſionem
Da.c.8 expoſuit arietem quidem regnũ perſarum & medorum ſignificare dicẽs. cornua vero eos qui regna
B turi forent. Nouiſſimũ vero cornu ſignificare dicens vltimum regem & hunc diuitiis & gloriam prio
rum eſſe pręcipuum. Hircum autem ſignificare narrabat quia aliquis de greçis regnaturus eſſet: qui
ſecundo congreſſus aduerſus perſam eum bello deuinceret & omnem gloriam eius principatus au
ferret: & maximo cornu quod erat in hyrci fronte primum ſignificari regem & ortum quatuor cor
nuũ illo cadente quia quatuor partes terre videbantur aſpicere ſucceſſionem vniuſcuiuſq; poſt obi
tum primi regis dixit annunciare. & diuiſionem regni inter eos eſſe faciendam dum ille prior nec fili
os nec cognatos habiturus eſſet multiſq; annis in terrarũ orbe eſſe regnaturos: & ex eis quendam ori
ri regem & expugnaturum gentem eius & leges atq; cõuerſationem pariter ablaturum: & templum
deprędaturum. & ſacrificia celebrare tribus annis eſſe prohibiturum. Et hęc vtiq; gens noſtra ſuſti
nuit per antiochũ qui appellatus eſt epiphanes hoc eſt preclarus: ſicut vidit daniel: & ante multos cõ
ſcripſit annos. Quę omnia ille (deo ſibi monſtrante) cõſcribens reliquit. vti legentes & quę iam pro
uenere cõſiderantes credant in honore diuino fuiſſe danielem. Et per hęc quę ſunt ita veriſſima epi
cureos errare cognoſcãt. qui & prouidentiã vite negant: & deum res humanas curare non exiſtimãt
neq; a beata incorruptibiliq; ſubſtantia pro ſtabilitate cunctorũ gubernari iudicant vniuerſa: ſed hũc
mũdum ſine rectore & ſine cura aliqua ferri ſponte cõfirmant. Quę ita ſunt ſine preſule ſicut naues
gubernatoribus deſolatas ſi ventorũ violentia ſubmergi conſpiciuntur. aut currus ſine agitatore con
C fringi: ita & mundus ſine prouidẽtię regimine olim potuit deperire quaſſatus. ¶ Ego itaq; daniel di
cta reſpiciens valde puto a vera opinione recedere eos qui nullam prouidẽtiam humanarũ rerum di
cunt habere deum. Nõ enim ſi hęc ſponte gererentur ſecũdum illius prophetiam omnia prouenire
conſpiceremus. Ego ſiquidem de his vt inueni & legi ita conſcripſi. Si quis autem vult opinionem
aliam ſequi crimen pro diuerſa ſententia habebit.

Exaltãtus da
niel ſup alios p
phetas multipli
citer.

Viſio danielis
de ariete mag
no habẽte mul
ta cornua & de
hirco.

Expoſitio p̃di
cte viſionis.

Anthiochus e
piphanes peſſi
mus.

Contra epicure
os & eoꝝ errorẽ

¶ Explicit liber decimus.

¶ Flauij ioſephi de antiquitate incipit liber vndecimus
qui continet tempus annorum ducentorum quinqua
ginta trium. menſiũ quinq

HISTORIA LIBRORVM ESDRE INCIPIT.

D

¶Hebreorum populus a babilonica captiuitate anno septuagesimo per cyrum persarū regem liberatur: qui templi reedificandi & ciuitatis dedit libertatem eisq; in huiusmodi rebus auxilium promisit vastare & vasa templi quę nabugodonosor abstulerat reddidit iudeis epl'amq; ad syrię satrapas pro ipsis hebreis (vt eos iuuarent) direxit: poenamq; crucifixionis impedientibus imposuit. Cap.j. 1 Esd. c.j.

Liberatio populi hebreorū a captiuitate babilonica septuagesimo āno p cyrū psarū regē qui eis libertatē tēplū reedificādi dedit &c.

ANno imperij primo regis persarum cyri. septuagesimo concurrente ex die quo nostrum populum cōtigit ex propriis finibus ad babiloniam migrari: miseratus est captiuitatis deus & illius captiuitatis infœlicium iudeorum & sicut per hieremiā prophetam prędixerat quam ciuitas euerteretur: postq̄ seruierunt nabugodonosor nepotibusq; eius. & hanc sustinuerūt seruitutē per annos fere septuaginta: rursus eos ad propriam restituit terram: & templum reedificare & prēterita frui fœlicitate decreuit. Concitans ergo animum cyri: & fecit eum per omnem asyam scribere. Cyrus hęc dicit. Quoniam maximus orbis terrarum deus regem constituit: credo hūc esse quem gens israelitarum adorat. Is enim & meum prędixit nomen per prophetas: & quod templum eius edificaturus essem in hierosolimis in terra iudea. ¶Hęc autem cognouerat cyrus: legēs librum quem inter suas prędicationes Ysayas reliquerat. sic eum in archano prędicauerat dixisse deum Quoniam volo cyrum quem multarū & magnarū gentium regem constitui: mittere populum meum ad ppriam terram. & templum michi recōstruere. Hęc ysaias prędicauerat ante annos centum & quadraginta destructionis templi. ¶Quem dum legeret cyrus & miraretur nomen dei impetus quidam eum accepit vt mīnificam impleret scripturam. Conuocans autem clarissimos iudeorum qui babilon habitabant: dixit se cōcedere iudeos ad propriam remeare prouinciam: & ciuitatem hierosolimē & templum dei reconstruere. seq; eos scilicet adiuuante. ¶Tunc scripsit suis ducibus illius terrę vicinis. vt aurum conferrent & argentum ad templi renouationē: insuper & ad immolanda pecora. ¶Hęc cyrus cum israelitis dixisset: egressi duarum tribuum principes iudę ac beniamin. vna cum leuitis & sacerdotibus ad hierosolimam peruenerūt. Multi vero resiederunt babilonię: minime passi possessiones suas relinquere. ¶Quo dum venissent: omnes amici regis adiuuabant eos: & conferebant ad templi reuocationem. alij aurum alij argentum: quidam autem & equos ac iumentorū multitudinem & vota deo reddebant & constitutas secundum veteram consuetudinem immolatiōes celebrabāt: tan ĩcreatam & antiquā consuetudinem religionis rediuiuā. ¶Transmisit etiam cyrus vasa dei: quę auferens a templo nabugodonosor: ad babilonem vsq; portauerat. Quę reuehenda tradidit mitridati custodi thesaurorū suorum: prēcipiens ea dari seruanda abaffaro: donec templum reedificaret: perfecto autem ea traderet sacerdotibus & principibus vulgi reponēda in templo. ¶Direxit autem epistolam cyrus ad syrię satrapas hęc cōtinentem. Rex cyrus sisin'o alias sisinnio & sarabene alias satrabane salutem. Iudeos terram meam inhabitātes qui voluerint ad suam patriam redire permisi & ciuitatem renouare: templumq; dei in hierosolimā rursus edificare. in eodem loco in quo prius fuerat constitutum. Misi autem & mitridatem pecuniarū mearum custodem. & zorobabel principē iudeorum: vt fundamenta restituant templumq; recondant. Cuius altitudo sit cubitorum sexaginta: eorūdem & latitudo & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito: & vnum parietem ligneum ex materijs ipsius prouincię. similiter & altare super quod immolent deo. Sumptus vero de meis in his omnibus volo fieri. Transmisi etiam vasa quę de templo rex nabugodonosor abstulerat tradens ea mitridati pecuniarum custodi zorobabel principi iudeorum quatenus ea ad hierosolimā reportent & templo dei restituant: quorū numerus est tantus. Refrigeratoria aurea quinquaginta. argentea quadraginta. situlę aureę quinquaginta. argenteę quingenta. libatoria aurea triginta. paterę aureę triginta. argenteę duo milia quadringēte. & vasa alia maxima mille. Cōcedo etiam eis honorem quo patiebant parentes eorum. Prēterea pro iumentis & vino & oleo dragmas ducentas & quinq; milia quingentas. & ad similam tritici viginti quinq; milia quingentos artabas quę iubeo prēberi de tributis samarię. Faciantq; ei immolationes in hierosolimis sacerdotes secundum legam mosaycam: & offerentes supplicent deo pro salute regis & generis eius: vt regnum persarum permaneat. ¶Eos vero qui hęc cōtempserint: vel infirmauerint iubeo crucifigi. subsistantiasq; eorum esse regales. Et epistola quidem hęc habuit. ¶Hi autem qui ex captiuitate ad hierosolimam cōuenerunt fuerunt quadraginta milia & duo: & quadringenti sexaginta. 1 Esd. c.j. B 1.Esd.c. 4-5 1 Esd.c.i 1.Esd.c.i

Cōuocatis iudeorū clarissimis cirus dat libertatē reedificādi templum eisq; auxiliū prēstare promittit aurum.

Cyrus vasa templi quę nabugodonosor abstulerat reddidit iudeis.

Mitridates thesaurarius cyri. Zorobabel iudeorū princeps

Numerus vasorū templi p cirū restitutorum.

Poena cōtra impediētes iudeos Clarius numerātur in biblia.

¶Cuthei (qui samaritę dicti sunt) iudeos a templi reedificatione impedierunt ignorante ciro qui ad bella occupatus exercitum contra massagetas ducēs vita priuatus est cui in regno filius cābises (qui in biblia artaxerses nuncupatur) succesit ad quem (scribentibus samaritanis) templi apus (re-

A ge iubente)nouem annos intermiſſum eſt. Capitulum ſecundum.

1.eſdre ca. 4. SEd cum mitterent templi fundamenta & nimis circa edificia feſtinarent:omnes in circuitu gentes preſertim cuthei quos a media & perſidia terra ſalmanaſar rex aſſyriorũ migrãs habitare fecit ſamariam cum exinde populũ iſrael tuliſſet.petebant ſatrapas & eos qui edificia curabant vt impedirent iudeos ne inſtaurarent ciuitatem templumq; conſtruerent. Cuthei qui Samaritani dicuntur impediũt iudeos a tẽpli ędificatione.

1.eſdre ca. 4. QUi pecuniis corrupti vendiderunt cutheis negligentiam &ſecordiam ędificationum. ¶ Hęc cyrus ad bella occupatus ignorabat:qui exercitum ducens contra maſſagetas vita priuatus eſt. ¶ Cambiſe autem filio cyri principatum ſuſcipiente:qui in aſſyria & phenicę & amonitidę & moabitidę ac ſamaria morabantur epiſtolam mittunt hęc continentem. Domino ſerui reũ beeltheen alias rathimus omnia accidentia ſcribens & ſemeleius alias ſamſai ſcriba & curia ſyrię iudiceſq; phenicis.cognoſcere te rex oportet iudeos qui a babilone deducti fuerant ad nos rediſſe: & ciuitatem rebellam ac maliuolã & fores eius ac muros edificare:templumq; reconſtruere.Scito autem his perfectis neq; tributa eos pati reddere neq; obaudire. ſed etiam regibus reſiſtere & magis imperare q̃ obſequi feſtinare. Dum autem edificatur templum & fieri feſtinatur: optimum nobis viſum eſt reſcribere tibi quatenus monimenta parentum tuorum inquiras in quibus inuenies rebelles iudeos & regibus inimicos:ideoq; ciuitatem eorum fuiſſe deſtructam.Propterea viſum eſt nobis & hoc vobis certũ fore. quod fortaſſe Cyrusi bello moritur.

1.eſdre ca. 4. neſcitur quoniam ſi ciuitas renouata & muris vndiq; munita fuerit:viãtibus iter claudetur ad inferiorem ſyriam & phenicem. ¶ Poſtq̃ vero cambiſes legit hanc epiſtolam:natura maliuolus exiſtẽs mouetur:& ſcripſit hęc dicens.Rex cãbiſes rathimo accidẽtia ſcribẽti & belle ſemio & ſemeleio ſcribe & reliquis conſtitutis & habitantibus phenicem & ſamariã hęc dicit.Legẽs miſſos a vobis apices iuſſi parentum meorum inquiri volumina & inuenta eſt ciuitas inimica regibus ſemper exiſtere:& ſeditiones ac bella habitatoribus eius mouiſſe regeſq; eorum cognouimus potẽter & violenter tributa inferioris ſyrię & phenicis exegiſſe. Igitur pręcipio minime cõcedi iudeos ciuitatem edificare ne plus creſcat eorum malicia qua ſemper contra reges vſi ſunt. ¶ Cum has littetas legiſſent rathimus & ſemeleius ſcriba & qui cum eis erant:ſtatim equis deuecti propere ad hieroſolymam ducentes ſecum multitudinem aduenerunt.& ciuitatem & templum ędificare iudeos vetabant.Quę quidem opera per annos nouem impedita ſunt vſq; ad ſecundum annum darij regis perſarum. Nam cambiſes ſex annis regnauerat.Qui cum ſubditis ęgyptijs reuerteretur:defunctus eſt in damaſco. Reſcriptiocambiſe maliuoli ad ſamaritãos qua pręcepit iudeos ipediri a reedificatione ciuitatis & templi. Intermiſſum eſt opus tẽpli & ciuitatis per nouẽ annos.

¶ Defuncto cambiſe darius hiſtaſpis a ſeptem ſapientibus(qui & domini apud perſas nuncupabantur)rex ordinatus ad quem zorobabel hebręorum dux veniẽs honorifice receptus eſt eiuſq; corporis fit cuſtos cui & alijs cuſtodibus ſui corporis poſtq̃ prouincialibus principibus: is ęnim centum & viginti ſeptem prouincias inditione habebat magnificam fecerat cenam.queſtiões propoſuit diſſoluendas magna promittens illi qui ſuę interrogationi ſapienter reſponderet prępoſitis enim queſtionibus prima vtrum fortius ſit vinum ſecunda vtrum rex tertia vtrum mulieres & demum an his omnibus fortior ſit veritas primus excellentem vni fortitudinem diſputauit ſecundus regis fortitudinem manifeſtauit deniq; zorobabel mulierum oſtenſa fortitudine pręcedentia pręcellere etiam begaci regis exemplo veritatem(quę perpetua eſt atq; immortalis)fortiſſimam ſuper omnia declarauit.Capitulum. tertium.

1.eſdre ca.5. POſt magorum vero iteritum qui defuncto cambiſe principatum perſarum tribus annis tenuerunt hi qui ſeptem domini nuncupãtur apud perſas filium hiſtaſpis darium regẽ ordinauerunt.Qui dum priuatus eſſet.deum orauit vt ſi fieret rex omnia dei vaſa quanta babilonię inuenirentur.ad templum hieroſolimitanum mittere ſe promiſit. ¶ Cõtigit eodem tempore proficiſci zorobabel ducem captiuorum iudeorum ab hieroſolymis ad darium qui regi quondam amicus extiterat vnde etiam corporis eius cuſtos cũ alijs duobus dignus iudicatus quem ſperauerat honore potitus eſt.Primo vero imperij anno darius ſummo apparatu cenam exhibuit amicis & vernaculis ſuis:& ſatrapis perſarum & prefectis indię & ethiopię: magiſtratibuſq; centum viginti ſeptem prouinciarum. ¶ Cum autem completus dapibus vnuſquiſq; ad dormiendum rediſſet:rex darius ad cubiculum veniens paucumq; noctis requieſcens:& expergefactus quod reliquum noctis reſtabat inſomne protraxit:ſermonemq; ad tres corporis ſui cuſtodes conuertit.promiſitq; ſummo honore fulgendum qui eius interrogationi ſapienter & vere reſpondere potuiſſet: & veſtimenta purpurea indui & in poculis aureis bibere.& ſuper aurum dormire:curruſq; frenis aureis ornato vehi:& cydari byſſino ac torquę aurea vti:& poſt ſeipſum ſedere propter ſapientiam: affinemq; ſuum eſſe vocitandum.Cum hęc igitur dona illis promiſiſſet:primum conſuluit vtrum fortius ſit vinum ſecundum vtrum rex tertio vtrum mulieres aut his omnibus magis fortior ſit veritas has cum illis propoſuiſſet queſtiones requieuit. Lucęſcente autem die conuocauit omnes magiſtra Defuncto cambiſe a ſeptẽ dominis dariusrex ordinatur. Zorobabel iudeorum dux ad dariumveniens honorifice recipitur. Verba darij regis expergefacti ad tres cuſtodes corpis quorum Zorobabel vnus erat.

3.eſdre c.3.

3.eſ.c.3

n.i.



tus & ſatrapas & prefectos perſarum & medorum ſedenſq; in ſolio quo ſolebat vnumquemq; corpo D
Ad primā quę ſtionem reſpon ſo de fortitudie vini. ris cuſtodem coram omnibus iuſſit pronunciare quid eis propoſitis quęſtionibus videretur. ¶ Tunc primus excellentem vini fortitudinem oſtendens ait. Cum fortitudinem vini.conijcio: omnia ipſam hoc modo vicentem inuenio:nam mutat & decipit bibentium mentes & animas.Reges etiam pupil lo & infanti ſimiles facit:ſeruo quoq; ac libero audaciam concitat. Pauperes diuitibus ſimiles parat. Conuertit enim & reformat animas:& calamitatibus compreſſas reficit:meſtitiam extinguit·alienęq; debitores pecunię ad obliuionem perducit: ita diſponens eos vt ſe omnibus ditiores putent nichilq;
Forte vinum. vile loquantur:ſed memores diuitiarum fœlicibus vtantur vocabulis & reges magiſtratuſq; contem nant.Amicorum quoq; ſolitam expellit memoriam.Nam ſcit homines etiam contra amiciſſimos ar mare ſocietates diſſoluere.Et cum ad ſobrietatem per noctem vino relinquente peruenerint excitan
Ad ſecūdā quę ſtionem reſpon ſio de regis forti tudine. tur nihilq; penitus de his quę inebrietate commiſerunt cogitantes. Hæc ego conſiderans omnibus fortitudinem vini comperio potiorem:& violenter omnia vincentem. ¶ Poſtq̄ hæc primus quę di 3.eſdre cta ſunt de fortitudine vini diſſeruit: ſecundus dicere cepit de regis fortitudine: oſtendens eum ſu ca. 4. periorem ac potentiorem his quę valida iudicantur.Modum autem approbationis hunc aſſumpſit & dixit.Dum omnia ſub hominum cohercentur poteſtate qui mare alias maria acterras cogunt cō petenter ſibi ſeruire:etiam ipſi homines ſub manu regum ac poteſtate degunt .Q ui ergo ſuper tam potens & validum animal dominantur: cur non inſuperabiles illi virtute & fortitudine iudicentur. Vnde & bella & pericula ſubiectis imponentes audiuntur:& eos contra inimicos dirigentes propter ſuam fortitudinem habent obedientes.montes quoq; dirui muros ac turres deponi iubentes. Prętereaoccidere ac interfici patiuntur. Ne regum precepta tranſcendere videantur.Vincētes autem prędam quam ab ipſis abſtulerunt bellis.regi reportant.Hi quoq; qui non militant:ſed terram colunt a rantes cum perlaborauerint & omnem inopiam miſeriamq; tollerauerint meſſem faciētes & fructus colligentes tributa regibus offerunt & quod vel dixerint vel iuſſerint ſine dilatione completur. Q ui cum omni luxuria vel libidine ſaturati dormierint:aliis vigilantibus cuſtodiuntur tanq̄ ipſo timore
Ad tertiam quę ſtionem & quar tā zorobabel re ſpondet de mu lieris fortitudine primo. victi minime audent dormientem regem relinquere.vel diſcedere ac ſibi prouidere: ſed vnum opus hoc exiſtimant neceſſarium vt permanentes cuſtodiant regem.Cur itaq; videtur rex cunctos fortitu E dine ſuperare cui tot populi obſecundare precipiuntur. ¶ Iſto quoq; tacente de mulieribus & verita 3.eſdre te tertius zorobabel cepit docere dicens.Sic equidem forte vinum. fortis & rex eſt cui omnes ob au ca. 4. diunt.ſed his potentior pulchritudo mulieris exiſtit. Nam regem enixa mulier ad vitam edidit: & eos qui vites plantauerunt vnde profluit vinum: mulieres creauerunt & aluerunt. Nichil autem eſt quod non ab his habeamus.Nam & veſtes nobis ab his texuntur & domus noſtrę per has curantur atq; ſeruantur:& non poſſumus a mulieribus ſegregari. Sed etiam aurum multum & argētum ſi poſ ſidemus & quicquid aliud precioſum fuerit & induſtria dignum cum viderimus decoram mulierem omnia relinquentes ſpeciem eius obſtupeſcimus & patimur omnia cōcedere quę poſſidemus:vt de
Fortiſſima mu lier. ſiderata pulchritudine potiamur.Patres & alitricem terrā ſepius & amicos obliuiſcimur propter vxo F res:& animas vna cum ipſis perdere non metuimus.Nonne laborantes & omnem tollerantes miſe 3.eſdre riam per mare acterram:cum aliquid per labores acquirimus totum offerentes vxoribus tanq̄ do ca. 4. minis tradimus. ¶ Regem quoq; vidi aliquando tātorum dominum a filia rabezaci alias bezaci mi
Exemplum no tandum. niſici nomine apania alias apenie concubina eius alapis percuti & diadema tollentem capiti eius & ſibimet imponentem.& hęc omnia tollerantem.Ridebatq; cum illa riſiſſet & cum irata fuiſſet.meſti tia confuſus & blandimētis placabat mulierem.rogans eam & ſe nimis humilians ſi quando triſtem vidiſſet. ¶ Poſt hęc inuicem reſpicientibus ſatrapis & ducibus:item zorobabel diſputare de veritate 3.eſdre
Zorobabel de veritatis fortitu dine diſputat ip ſam ſuper omia fortiſſimā oſten dens. cepit.Euidenter quidem oſtendi quantum mulieres fortes exiſtunt debiles tamen & iſte ſimul & rex ca.4. ad comparationem veritatis apparent. Nam ſi terra maxima eſt & celum altum &velox hęc omnia voluntate dei mouentur.verus autem deus & iuſtus eſt:& ex eadem cauſa oportet veritatem fortiſſi mam iudicari.quod nichil contra eam iniquitas valet.Inſuper &cetera quę fortia videntur mortalia & citius deficientia probantur. veritas autem & immortalis eſt & ſempiterna.Nobis autem non pu chritudinem tempore tabeſcentem accommodat neq; ſubſtantiam caſibus auferendam:ſed iuſta &
Super omnia vi cit veritas. regalia diſcernit ab his quę iniuſtā vel iniqua monſtrantur.

¶ Zorobabel ſapientior oībus iudicatus maximo apud regē habitus eſt honore qui & a rege re edificādi tēpli obtinuit facultatem precipiente oībus rege auxilium zorobabel prębeāt & omnem im penſam in ſacra veſte qua templo ſeruiunt principes ſacerdotum & alij ſacerdotes & inſtrumētis qui bus leuitę dño cātent de ſuo fieri mandante quo facto zorobabel agens regi gratias redit ad contribu les regis precepta manifeſtant quos de babilonia adduxit in hieruſalē repulſis quibuſdā a ſacerdota li honore qui alienigenas cōduxerant vxores numeratur redeuntium multitudo.Capitulum quartū.

A CVm ergo terminasset zorobabel de veritate sermonem: laudante multitudine optime eum dixisse quoniam veritas fortitudinem immutabilem & non senescentem sola possidet: imperauit ei rex petere preter promissa quod vellet. Nam prestaturum se dixit: eo quod sapientior & prudentior aliis apparuisset. Iussitq; etiam secum sedere & affinem vocari. Tunc zorobabel ammonuit cum vt votum quod deuouerat si regnum perciperet/adimpleret. votum autem quod promiserat hoc erat: reedificare hierosolymam templumq; construere: & vasa restituere que auferens nabugodonosor ad babiloniam portauerat. Et dixit hanc esse eam petitionem quam nunc me iubes poscere propter quod iudicatus sum prudens ac sapiens. ¶ Rex autem in hoc letatus surrexit. & eum osculatus/ toparchis & satrapis scripsit: precipiēs vt deducerent zorobabel necnon & eos qui ad templi renouationem cum eo profecturi essent. Preterea mandauit syrie & phenicis magistratibus ligna cedrina a libano decisa hierosolymam transmittere & cum eis recondere ciuitatem. Scripsit etiam liberos esse omnes iudeos qui a captiuitate redierant ad terram iudeam. prohibuitq; satrapas & curatores suos imperare iudeis opera regalia. Super hec precepit & omnem terram quam colere voluissent sine tributis eos possidere: iussitq; etiam ydumeos & samaritas & eos qui humilem syriā habitabant: reddere cunctos iudeorum quos tenebant. insuper ad templi edificationem quinquagi-
ta talenta dari mandauit. sacrificare quoq; eos legitimas immolationes permisit. ¶ Omnem autem impensam & sacram vestem qua seruiunt templo principes sacerdotum & reliqui sacerdotes & leuitis instrumenta quibus domino cantent de suo fieri precepit. Custodibus quoq; ciuitatis & templi iugera terna terre: per singulos annos & pecunias constitutas ad necessaria vite/dare decreuit. Transmisit etiam vasa: & omnia que cyrus ante ipsum de iudeorum restitutione facere voluit: eadem Darius definiuit impleri. ¶ His omnibus a rege donatis Zorobabel exiens de regia domo respexit surrsum ad celum: & cepit gratias agere sapientie per quam victoriam (dario presente) perceperat dicēs Nequaq̄ his dignus fuissem nisi te domino propicio. Ita deo gratias agens de presentibus: petebat vt ei i futuris adiutor existeret. Peruenit autem ad babiloniam: & contribulibus suis regis mandata
B patefecit. Audientes illi. deo gratias referebant. qui eos patrie suę restituebat. Ad potum conuiuiaq; conuersi per septem dies summa leticia fruebantur ad restaurationem generationemq; patrie festiuam gratulationem celebrant. ¶ Postea omnes principes tribuum ad hierosolimam profecturi cum vxoribus & filijs ac subiugalibus elegerunt homines darij quos cum eis rex vsq; ad hierosolimam destinauit. & cum letitia & iocunditate cum cantibus tybijsq; ac sonantibus cymbalis ibant. Precedebat autem eos & reliqua multitudo iudeorum cum ludis. At illi ad hierosolymam cōscendebant ab vna quaq; patrum tribuum certus numerus existens. ¶ Sed mihi visum est minime nomine patrum recē sere. ne legentium animos a rerum consequentia suspendens: obscuram illis facerem narrationem. ¶ Septem vero cantores. & cantatrices ducente quadraginta septem. ¶ Cameli vero quadringenti trigenta. ¶ Summa vero multitudinis euntium qui circa duodecimum annū etatis habebant ex tribu iuda & beniamin: fuerunt quater mille milia. & secenta viginti octo milia. ¶ Leuitę autē quatuor milia septuaginta: mulierum autem infantiumq; commixtim corpora fuerunt quadraginta milia septingenta quadraginta duo. Preter hos vero leuitę cantores fuerunt centum viginti octo ianitores centum decem serui templi trecenti nongenti duo: Insuper & alij secenti quinquaginta duo dicentes se quidem israelitas: nullomodo tamen valentes suum ostendere genus. ¶ Repulsi sunt vero qui dam a sacerdotali honore qui vxores sibi copulauerant. Hi nec suum genus dicere prevalebant. nec
C in generatione leuitarum vel sacerdotum inuenti sunt: qui fuerūt quasi quingēti vigintiquinq;. ¶ Mācipiorum vero multitudo sequebatur eos qui ad ciuitatem hierosolymorum pergebāt: numero septē milia trecenti triginta quinq;. Subiugalia quinq; milia quingenti viginti quinq;. ¶ Dux vero dinumerate multitudinis zorobabel fuit filius salatiel ex filijs dauid genitus de tribu iuda: & iesus filius iosedech princeps sacerdotum necnon & mardocheus & hisrebeus. alias hisrebeus quia populo fuerant principes constituti: & contulerunt auri quidem mnas centum. argenti autem quinq; milia. Sacerdotes quoq; & leuitę parsq; totius populi iudeorum quanta in babilone fuit. ita ad hierosolymorum rediens ciuitatem ibidem habitauit. Reliqua vero multitudo ad suas patrias discessit.

¶ Septimo egressionis a babilonia mense (edificato altare vbi templum prius fuerat/conuocatoq; populo) tabernaculorum festum celebratur vicinis gentibus ipsis hebreis inuisis vbi oblationes & vota reddentes templi fundamenta posuerunt quo perfecto sacerdotes & leuitę solemnibus ornati habitibus deum laudabant tristes tamen quia nouum a veteri longe in magnificentia differebat plorabēt. vicebantq; tubarum sonos & populi letitiam sacerdotem lamentationes ad quos (audito tubarum clangore) samaritani venientes reedificare templum cum vna cū iudeis zorobabel & iesum petierunt & in communi petierunt laborare.

Capitulum quintum.

Zorobabel sapientior omnibus iudicatus maximo habitus ēhonore apud regē & obtinuit a rege facultatem reedificandi templū & ciuitatem.

Liberalitas dariⁱ in templi ornamētis & seruitorum templi.

Solēnitatem celebrāt per septē dies.

Cātorū nūerus. Camelorum.

Repulsi quidam a sacerdotali honore quia alieni genas: sibi copulauerant.

Iesus sacerdotū princeps mardocheus.

Septimo mense egressionis a babilone ędificato altari vbi prius fuerat templum conuocatoq; populo celebrabat festū tabernaculorum vicinis gētis hebręis iuisis

¶ Fundamenta templi.

Prępositi in opere.

Sacerdotes & leuitę ornati perfecto templo deum laudabāt tristes tamen quia a veteri nouum templum longe in magnificētia differebat.

Samaritanis odium contra iudeos habētes audito tubarum sono petierunt vt vna cū illis templū renouarent.

CVmq; septimus venisset mensis ex quo de bābilone egressi sunt mittens iesus princeps sacerdotum & zorobabel iudex. cunctos ex prouincia in hierosolymis congregauit. Qui sine dilatione construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat: & legitimas super ipsum hostias obtulerunt secundum legem moysi. Dumq; hęc facerent gentes offendebantur vicinę quę eis odiose erant. Celebrauerunt autem illo tempore dies tabernaculorum: quemadmodum legislator moyses pręceperat. ¶ Prętera & oblationes. & quas dicunt hendeelchismus & hostias sabbatorum & omnium sanctorum dierum sanctificabāt: vota reddētes a primo die septimi mēsis. ¶ Ceperunt etiam renouare templum: multas prestantes pecunias lapidum cesoribus & edificatoribus: insuper & alimenta operantibus ministrabant. Sydonijs vero leue ac suaue videbatur a libano ligna cedrina deponere: quę ligantes in modum ratium ad portum ioppe transferebant. Nam sic ante pręceperat cyrus sed tunc iubente dario fiebat. Que secundo anno profectionis iudeorum ad hierosolymam mense secundo vecta sunt. cum & templi reuocatio vrgeretur & fundamentis restitutis. superedificaretur a primo die sequentis mensis anni secundi. ¶ Operibus vero prępositi sunt leuitas vicesimum iam etatis annum agentes & iesum & filios & fratres eius: & obdoidum alias obdolum fratrem iude & aminadab & filios eius. Itaq; templum omni studio fabricantibus eis qui edificationem curabānt: propere consummatio quam sperabant euenit. ¶ Perfecto autem templo sacerdotes cum tubis ornati habitu solemni. & leuitę & filij asaph surgentes deum laudabant laudibus quas dauid eis primus ostenderat. Cumq; sacerdotes & leuitę & seniores prounciarum. vetus recordaretur templum ingenti magnificentia conditum & nouum viderent per inopiam non ita constructum arbitrati quantum: a preterita fœlicitate minores existerent: tristes a dolore se tenere minime valentes: ad lachrimas lamentationesq; proruperunt. Populus vero pręsentia diligebat & de templi edificatione letabatur. nullam prioris memoriam faciens: nec antiqua comparatione cruciabatur. Vincebant vero tubarum sonos & populi letitiam. sacerdotum & seniorum lamentationes. eo quod videbatur minor templi constructio instituisse. ¶ Cumq; clangores tubarum audissent samaritę: odium erga tribum iude & Beniamin habentes concurrunt. causam tube volentes agnoscere. Videntesq; q iudei a babilone redeuntes templum edificassent: petierunt zorobabel & iesum & principes tribuum vt & ipsi quoq; permitterent vna cum eis templum renouare: & in communi laborare. Nam non colimus dicebant minus ab illis deum quoniam & religionis cupidi ex illo tēpore sumus: ex quo nos hic salmanasar rex assyrius a cuthia & media migrauit. Postq̄ hęc sunt locuti: zorobabel & iesus princeps sacerdotum & duces tribuum israel respōderunt quidem impossibile esse eos communicare: quoniam ipsis esset permissa templi innouatio: prius quidem a cyro nunc autem a dario: adorare vero si vel lent licere. & hoc solum illis esse commune & omnibus hominibus: veniētes in templum adorare deū Postq̄ vero hęc audierunt cuthei nam hac appellatione samaritę vocantur indignati persuaserunt gentes syrię petere suos satrapas eodemmodo quo prius sub ciro & cambise. vt cum ipsis templi renouationem fieri prohiberent & festinantibus iudeis moram afferrent ac tarditatem.

3.esdre ca.5. D

3.esdre ca.5.

3.esdre ca.5.

E

3.esdre ca.5.

F

¶ Interrogātibus syrię & phenicę principibus quis eis tēplū sic edificare cōcessisset zorobabel prudētissime respōdit neq; a tēpli cōstructione aggeo & zachari aiatibus iudei cessauerūt quos samaritani apud regē accusauerūt sed antiquorū registra iubente rege inuestigātur quibus cōcessa iudeis per cirū inuēta reedificādi tēpli facultate rex tisinnio & principibus syrię ciri decretū cōfirmās rescripsit ne impediātur a tēpli cōstructione quo septē annis cōstructo eius dedicatio celebratur & festū azimorū accusauerūt iudei samaritas ꝓpter mala quę ab eis sūt ꝓpessi. quo audito rex rescribit zorobabel. C. vi

Interrogatio principis syrię &c. de destructōe tēpli Responsio zorobabel prudentissima.

DEr idem tempus ascenderunt ad hierosolimam tisinnius syrię ac phenicę profectus & sarobazanes cū alijs: & interrogabant iudeorum magistratus qui eis concessisset templum sic edificare vt magis castrum videretur esse q̄ templum: vel cur porticus & ciuitatem tā munito circūdedissent muro. Zorobabel autem & princeps sacerdotū iesus: seruos se quidem esse maximi dei dixerūt. hoc vero templum ipsi deo quondā a rege suo fidelissimo. & qui oēs virtute vicerat fuisse constructum: multisq; temporibus permansisse. ¶ Sed cum sui patres iniquitatem coram deo gessissent: nabugodonosor rex chaldeorū ex babilonia sua potentia superans ciuitatem euertit. templumq; depopulatus incendit: & populum captiuum ad babiloniam migrauit. Cyrus autem qui post ipsum persarum & babilonię rexit imperium scripsit vt tēplum reedificaretur & omnia quę exinde nabugodonosor extulit ornamēta & vasa zorobabelo & mitridati custodi pecuniarum tradidit: prępiens & hęc iterum ad hierosolimā reportarent & in proprio renouato restituerent tēplo hoc enim mādauerat festinanter fieri. Ideoq; sabassirum ascendere iussit ad hierosolymā vt operi faciendo omnimodis immineret. Qui postq̄ a ciro litteras accepit veniens studiose fundamenta deposuit. Et ex illo tempore hactenus hæc construxit sed propter malorum inuidiam imper-

1.esdre ca.7.

1.esdre ca.8.

A fectum adhuc remanſit Igitur ſi vultis ac probatis ſcribite dario vt inquirat imperatorum monimenta: & inueniat nos nihil penitus fuiſſe mentitos. ¶ Hęc dicente zorobabel & principe ſacerdotum ſiſinnio & qui cum eo erant edificationem vetandam iudicauerũt: donec regi dario ſuggererent. Stam. esdre ca. 5. tim vero ei propter hęc ſcripſerunt. ¶ Tunc iudei timentes & exteriti ne aliud q̃ iuſſerat prius regi videretur de templi conſtructione: fiduciam a duobus prophetis qui per idem tempus erant apud eas aggeo & zacharia acceperunt dicentibus nihil penitus a perſis durum eſſe metuendum: cum di- 3. esdre ca. 6. ſpoſitum templum prędixerint innouari. Qui cum credidiſſent prophetice ſententie: edificationem curabant nullum prętermittentes diem. ¶ Dario vero ſcribentibus ſamaritis & accuſantibus per epiſtolam iudeos quia ciuitatem munirent & templum caſtello magis ſimile quam templo conſtruerẽt: & dicentibus non ea quę fiunt ei prodeſſe: inſuper epiſtola oſtendentibus per quas cambiſes templi edificationem fieri vetuiſſet. cognoſcens rempublicam ſuam non eſſe tutam. Hieroſolymis reſtitutis: cum litteras a ſiſinnio & qui cum eo erant directas legiſſet iuſſit in monimẽtis regalibus de his inquiri: & inuentus eſt in echbatanis alias echathanis cõſtructa turre in regione medię codex in quo hęc ſcripta leguntur imperij anno rex cyrus iuſſit templum in hieroſolymis renouare & exaltare: cuius altitudo eſſent cubitorum ſexaginta latitudo eorumdem ex tribus parietibus lapideis lapide polito & li- 1. esdre ca. 6. gneum parietem vnum ex materijs ipſius regionis. Sumptus autem a rege fieri diſpoſuit: & vaſa quę abſtulit nabugodonoſor & ad babiloniam portauit/reddi hieroſolymitis. Quorum curam ſub aſario ſyrie & phenicis prefecto & magiſtratibus & collegis eius iniungebatur. vt ipſi quidem a locis illis recederent: ſeruis vero dei iudeis & magiſtratibus eorum templum edificare permitterent. Iuſſit quoq; vt adiuuarent eos ad opera: & ex tributis prouincię quam curabant darent iudeis immolationis cauſa tauros & arietes & agnos & hedos & ſimilam oleumq; & vinum: & alia quęcunq; peterent ſa- B cerdotes: vt orarent pro ſalute regis atq; perſarum. Eos vero qui mandata cõtemnerent crucifigi prę- 1. esdre ca. 6. cepit & eorum ſubſtantias regie domui deputari. Depręcatuſq; eſt orationibus deum ſi quis auderet edificationem templi vetare hunc talem percuti: eumq; a ſua iniquitate ſuſpendi. ¶ Hęc inueniens 3. esdre c. 6. in commentarijs cyri darius: reſcripſit ſiſinnio & collegis eius dicẽs. Rex darius ſiſinnio equitum prefecto & ſarabazeno & collegis eorum ſalutem. Exemplum epiſtole quam in monimentis inuenimus tranſmiſi: & iubeo omnia fieri quę in ea continentur. valete. Igitur ſiſinnius & qui cũ eo erant per epiſtolam regis cognoſcentes voluntatem de reliquo competentia faciebant: & inſtabãt ſacris operibus 3. esdre ca. 7. adiuuãtes ſeniores & magiſtratus iudeorum. ¶ Et procedebat ſummo ſtudio templi cõſtructio. prędicantibus aggeo & zacharia ſecundum mandata dei. Et cum voluntate cyri & darij regum edificatum eſt ſeptem annis. Nono autem imperij anno darij viceſimotertio die mẽſis duodecimi quem hebręi vocant adar macedones diſtrum ſeniores & magiſtratus iudeorum ſacerdotes & leuitę & reliqua iſraelitarum multitudo poſt captiuitatem pro renouatione veterum bonorũ & dedicatione obtulerunt hoſtias thauros centum: & arietes ducentos annos quadringentos: & hircos duodecim pro 1. esdre ca. 6. duodecim tribubus/nam tante ſunt tribus iſrael pro ſuis vnaquęq; peccatis. ¶ Sacerdotes vero & leuitę ſecundum legem ordinauerunt ianitores per ſingulas ianuas. Nam edificauerunt iudei templi 3. esdre ca. 7. porticus in circuitu interioris ſacrari. ¶ Veniente autem die feſto azimorum primo menſe quem macedones xanthicum nos autem niſan nominamus: omnis populus ab agris in ciuitatem cõfluxit: dieſq; feſtos ſanctificati cum ſuis vxoribus & filijs ſecundum patriam legem celebrauerunt. Sacrificium etiam quod paſcha dicitur quartadecima die eiuſdem menſis immolauerunt: & per ſeptem dies nullis abſtinuere delitijs. Holocauſtum etiam offerentes deo ſacrificabant agẽtes ei gratias quod iterum C terrę patrię ſuę legibuſq; eos reſtituiſſet. mentemq; regis perſarum propitiam eis prębere dignatus eſſet. Quibus rebus ammoniti: deo nimis munifice & locupletabiliter immolabãt. ¶ Habitabãt autem in hieroſolymis: & optima alias optimatum gubernatione regebantur. Nam ſacerdotes tractabãt eorum negotia vſq; quo regnare contigit nepotes aſamonei. Nam ante captiuitatem & tranſmigrationẽ a ſaul & a dauid quiprimi imperium gentis iudaicę ſuſceperãt alia illis erat forma reipublicę per quingentos triginta duos annos menſes ſex dies decem. Ante hos autem reges. pręſules eos regebãt qui appellabantur iudices & monarchę: & hac republica vſi ſunt annis plus quingẽtis. poſt mortem moyſi & ducis ieſu. Hęc quidem reductis a captiuitate iudeis temporibus cyri & darij omnia contigerũt. ¶ Samaritę vero inuidi vel moleſti aduerſum eos erecti multa in iudeos operati ſunt diuitijs confidentes & cognatione perſarum: quoniam ex his fuerant progreſſi. Nam quanta iubebantur a rege immolationis cauſa de vectigalibus pręberi nullatenus dare volebant: & prefectos equitum fauentes ſibimet in hoc & cooperantes habebant aliaq; multa quibus nocere iudeis per ſe aut per alios potuiſſent non eos pigebat efficere. ¶ Placuit igitur hieroſolymis mittere legationem ad regem dariũ: quo accuſarent ſamaritas. ¶ Legatus itaq; miſſus eſt zorobabel. & alij quatuor de magiſtratibus. Cũ vero

Iudei cõſtructionem templi aggeo & zacharia pphetis animãtibus non ceſſarunt.

Iubente dario rege regiſtra antiquorum quęruntur & inuenitur cõceſſa iudeis p cirũ facultas reedificandi tẽplũ

Reſcriptio darij ad ſiſinnium cõfirmantis decretum ciri.

Septẽ annis edificatum templũ ſecundum.

Ianitores templi

Feſtum azimorum celebratur.

¶ Paſcha ſacrificium.

Regimen iudeorum per ſacerdotes.

Samaritę iudeis inuidi multa in eos mala operati ſunt.

crimina & cauſas quas contra ſamaritas ferebant a legatis rex cognouiſſet: dedit eis epiſtolam repor
tandam ad equitum prefectos & curiam ſamarię quę huiuſmodi erant ſcripta. Rex darius tangane& D
Audita ſamari- ſambane prefectis equitum & ſadrace & velueni ſamaritis & reliquis conſeruis eorū in ſamaria con-
tarum per iude- ſtitutis. Zorobabel & ananias & mardocheus legati iudeorum vos accuſant tanq̄ moleſtos & impe
os accuſatiōe re dientes templi conſtructionem & nullatenus velle preſtare ad hoſtias (quos vobis precipimus) ſum-
ſcribit darius. ptus. volo igitur vt legētes preſentem epiſtolam prebeatis his ex regalibus theſauris & tributis ſama
rię oia quę illis ad immolationem ſunt vtilia quemadmodum vobis ſacerdotes indixerint: vt non pre
termittant diuinis ſacrificijs & pro me & pro perſis ſupplicare deo. Epiſtola quidem hęc cōtinebat.

¶ Defuncto dario rege Xerxes virtutibus ornatus filius ſucceſſit ei regno a quo eſdras legis do-
ctor verus dilectus commendaticiam epiſtolam obtinuit & a babilonia ad hieruſalem aſcendēs mul
tos ſecum adduxit cui regis habens fauorem ab omnibus amatus ieiunium indixit trium dierum &
hoſtias deo obtulit accuſatiſq; apud eum ſacerdotibus (qui tranſgreſſi patrias leges alienigenas vxo-
res duxerunt) fleuit & tranſgreſſores culpans alienigenas abijcere precepit leges quoq; rogatus popu
lo ab ortu vſq; ad mediam diem legit & flentes populos redire ad propria & a lachrimis ſuſſit ceſſare

Capitulum ſeptimum.

Defuncto dario rege eius filius xerxes in regno ſucceſſit bonus iudeis.

DArio autem defuncto: filius eius xerxes regnum ſuſcipiens. voluntatis paternę colen
di & honorandi deum heres apparuit. Omnia namq; faciebat quę religionis erant
patremq; ſecutus: & iudeis liberaliter vtebatur. ¶ Per illud tempus princeps fuit ſa- 1.eſdre
cerdotum filius hieſu nomine ioachim. Erat autem & in babilone vir iuſtus & gloria ca.7.
magna potitus apud multitudinem primus populi ſacerdos nomine eſdras. Qui cū
legum moyſeos integram haberet experientiam xerxi regis amicus eſt factus. ad hie 3.eſdre
roſolymam autem aſcendere deliberans & deducere ſecum quoſdam a babilone iudeos a rege po- ca.8.
poſcit epiſtolam ſibi ad ſatrapas ſyrię dari: per quam notitię eorum quis eſſet intimaretur. rex autem
ad ſatrapas huiuſmodi direxit epiſtolam. Rex regum xerxes eſdrę ſacerdoti & lectori legis dei ſalu-
tem. Opus eſſe meę clementię putans apud eos qui volunt ex iudea gente vel ſacerdotes vel leuitas
ſub noſtro regno conſtitutos pergere ad hieroſolymam precipio ſi deſiderant vt eant quemadmo- E
Epłe exēplum. dum & mihi & ſeptem conſiliarijs meis viſum eſt. Quatenus viſitent iudeam ſecundum ritus legum
dei: & portent dona deo iſrael quę deoui ego & amici mei: aurum etiam & argentum quantum in-
uentum fuerit in terra babilonię deo dicatum hoc. omne ad hieroſolymam deportetur pro ſacrificijs
dei necnon & quodcunq; volueris vel ex auro & argento conſtruere liceat tibi cum tuis fratribus fa
cere. vaſa etiam ſacra quę tibi tradita ſunt diſpone: & quicquid mente cogitaueris vt fiat impēdia in
his iuſſimus vt ex regalibus theſauris efficias. Scripſi etiam cuſtodibus pecuniarum ſyrię & phenicę
vt diligentiam habeant circa ea quę per eſdram ſacerdotem vel lectorem legum dei mandata noſcū-
tur. Igitur de me nequaq̄ aut de nepotibus meis iram deus aſſumat. omnino precipio vſq; tritici mo- F
Auctoritas a re- dios centum deo ſecundum legem dari a vobis vt ſacerdotibus leuitis ac ſacris cantoribus. & ianito-
ge collata eſdrę. ribus. ſacriſq; ſeruis & templi ſcribis nullomodo aut tributa imponatis. aut aliquid captioſum aut one
roſum. Sed etiam tu eſdras ſecundum dei ſapientiam cenſores ordina qui omni ſyrię & phenicę tuā 1.eſdre
legem ſcientibus iudicent. eamq; diſcendam ignorātibus trade. Et ſi quis ex gente tua dei tui legem ca.7.
vel imperatoris tranſgreſſus fuerit puniatur: & non tanq̄ ignorans videatur tranſgredi: ſed cogno- 3.eſdre
ſcens audacter negligere comprobetur. Ergo huiuſmodi contemptores aut morte aut pecuniis con ca.8.
demnentur vale. ¶ Tunc eſdras hanc epiſtolam accipiens letatus deum adorare cepit: & regis beni
uolentię ipſum confitebatur auctorem ideoq; omnes ipſi gratias dicebat eſſe referendas. Legens au
tem epiſtolam iudeis babilonię conſtitutis eam quidem ſignauit: exemplum autem eius ad omnes iſ 1.eſdre
raelitas mediam inhabitantes tranſmiſit. ¶ Hi vero cognoſcentes regis circa deum pietatem: & fa- ca.7.
Eſdras regis ha uorem quem in eſdram habere probatur: omnes eum dilexerūt. Multi quidem facultates ſuas ad ba 3.eſdre
bēs fauorem ab biloniam deportantes venerunt cupientes ad hieroſolymam deſcendere. Totus autem populus iſ ca.8.
oibus amabatur rael in illa prouincia permanſit. Ideoq; due tantum tribus conſiſtunt per aſyam & europā obſequen
tes romanis: decem autem tribus hactenus trans eufratem commorari probatur: quarum multitudi
nes ineſtimabiles minime poſſunt numero comprehendi. ¶ Venerunt etiam ſacerdotes ad eſdram
Eſdras ieiuniū & leuitę & ianitores: cantatoreſq; ac ſerui ſacri. Quos congregans de captiuitate trans eufratem tri- 3.eſdre
trium dierum in bus diebus moratus ieiunia eis impoſuit vt deo vota pro ſalute perſoluerent ne quid in via pateren- ca.8.
dixit. tur aduerſum aut per hoſtes aut per aliam quandam difficultatem forſitan accidentem. Nam eſdras
regi predicens quod deus eos perduceret iam non petit qui eos precederent equites. Et poſtq̄ vota
perfecerunt ab eufrate ſurgentes die duodecima primi menſis ſeptimo imperij anno xerxis ad hie-

A rosolymam peruenerunt quinto mense eiusdem anni. Et illico esdras custodibus pecuniarum de sacerdotali genere existentibus restituit sacras pecunias argenti talenta secenta quinquaginta. vasa ar
1.esdre ca.8. gentea talentorum centum. vasa aurea talentorum viginti: & vasa era auro meliora habentia pondo talenta duodecim. Hęc namq; rex & consiliarij eius: & omnes israelitę babiloniam habitantes dona uerunt. ¶ Cumq; esdras eas tradidisset sacerdotibus: obtulit deo legitimas hostias. holocaustum tauros tredecim pro cōmuni vero populi salute arietes noningentos agnos octogintaduos. hedos pro purgatione delictorum duodecim. Regis quoq; dispensatoribus ac prefectis omnibus syrię & pheni cę regias litteras obtulit qui denunciationem eius agere compellebantur: gentemq; honorant & ad
1.esdre ca.9. omne opus bonum cum eis elaborabant. ¶ Hęc igitur quemadmodum & ipse esdras deliberauerat
3.esdre ca.8. processerunt: deo eum vt arbitror dignum in his quę voluit iudicante propter iusticiam ac benignitatem eius quem pauco tempore transeuntem aliqui adierunt accusantes. quidam sacerdotum & leuitarum transgressi sunt patrias leges vxores alienigenas ducētes: & genus sacerdotale confundentes. Petebantq; vt legibus subueniret: ne communis super omnes veniēs ira: calamitatibus iterum eos involueret. Quę cum audisset mox prę merore vestem dirupit: & caput barbamq; contumeliose dilacerans sese prostrauit in terram quod tale facinus primates populi commisissent: existimans quia si prę ciperet eis vxores cum earum filijs deserere. nemo eorū obediret: & ideo permanebat in terra iacens Concurrebant autem omnes meliores ad eum: & dolorum eius in his quę facta sunt participes erāt. ¶ Cum autem esdras a terra surrexisset & manus ad celum tetendisset dicebat. Confundor quidem a deo propter populi delicta veniam suscipere. qui etiam de sua memoria parentum nostrorum iniquitates remisisset. Rogabat vero deum qui semen aliquod & reliquias ab illa eorū calamitate vel ca-

B ptiuitate seruauerat & rursus ad hierosolymam & propriam terram restituerat: qui & reges persarum
1.esdre ca.10. impendere eis misericordiam pręparabat: vt veniam solita pietate concederet se vero morte quidem
3.esdre c.8. digna commisisse/bonitatis autem dei esse hos tales a tormentis eripi. ¶ Qui postq̄ orando conticuit cunctis lugentibus qui cū vxoribus & filijs ad eum cōuenerant quidā achanonius noie primus hierosolymitanus accedēs ad eū dicebat ipsos quidē peccasse cohabitantes cū alienigenis vxoribus. persuadebatq; eis oēs iurare quatenus suas vxores cū earū filijs amouerent. & hos punirent qui legi obedire contemnerent. ¶ Flexus igitur esdras fecit principes tribuum & sacerdotum & leuitarum & israelitarum iurare: quod vxores suas & filios secundum achanonij consilium incunctanter abiscerēt. Suscipiens vero sacramenta statim egressus e templo ingressus est habitaculū iohannis filij eliasib alias eliab & nihil penitus illo die propter merorem comedens ibidem cōmoratus est. Facta autē prędicatione iubet omnes qui ex captiuitate redierant ad hierosolymam colligi & hos qui non ante biduum aut tres dies occurrissent alienari a multitudine: & substantias eorum auferri decernens secundum iudicia seniorum. Conuenerunt itaq; intra tertiam diem ex tribu iuda & beniamin in vicesimo die noni mensis secundum ~~qui~~ hebręos fileos secundum macedones appelleos vocatur. Cumq; in superiori loco templi consedissent pręsentibus senioribus & propter ~~genus~~ vehementer afflictis surgens esdras

C criminabatur illos qui pręter legis consuetudines alienigenas duxissēt vxores. Nūc ergo facturos eos
1.esdre ca.10. rem deo gratam & sibi vtilem dicebat: si vxores eijcerentur. Cūq; omnes id se perfecturos clamarent
3.esdre ca.9. sed abundantem esse multitudinem tempusq; hyemale & hoc opus non vnius aut duorum esse diei: oportere dicebant vt duces & alij qui non cum alienigenis habitabant vxoribus tempus acciperēt dilationis. & seniores cohabitantem cum alienigenis multitudinem visitarent. ¶ Cū hęc decreuissent: ceperunt querere a primo die mēsis decimi eos qui cum alienigenis habitabant vsq; ad primū diem secundi mensis: & inuenerunt multos ex nepotibus principis sacerdotū iesu & fratrū eius sacerdotum
3.esdre ca.9. & leuitarum ac israelitarum qui vxoribus filijsq; earum dilectionem magis legum suarum prępones-
tes eas illico refutarent. Quo facto hostias placantes deum immolatis arietibus obtulerunt. Quorum nomina minime visum est nobis dicere necessarium. ¶ Igitur prędictum nuptiarum peccatum sic esdras purgauit. vt de cetero hęc consuetudo non permaneret. Septimo vero mense cenophegiam celabrantes & toto tunc populo congregato. ascendentes ad superiora templi super oriētalem portam esdram rogabant vt leges eis mosaycas legeret. Qui stās in medio populi: a solis ortu legit vsq; ad mediam diem. Et cum ~~audissent recensitas leges~~ iusticiam quidem ad prędens & in posterum docebantur de prędictis autem: gemebant. lachrimasq; fundebant. Et recordati sunt si legem custodissent: nihil ex tot supradictis malis perpessi fuissent. ¶ Cumq; videret esdras sic eos afflictos: prędcepit eos ad sua discedere & a lachrimis abstinere propter festos dies in quibus minime liceret affligi. Hortabaturq; magis ad epulationes conuerti. & facere quę sunt grata & cōuenientia celebrationi prędenti penitentiam vero & mestitiam de prioribus peccatis habendam & obseruandum nequid in posterum eis simile proueniret. Postq̄ vero eos esdras hortatus est ceperunt habere leticiam. Cumq; hoc per

n.iij.

Esdras hostias obtulit deo.

Accusantur aliqui sacerdotum & leuitarum esdrę q̄ transgressi sunt patrias leges qui sacerdotale genus confundentes alienigenas duxerant vxores.

Flente omni populo āchanonius(qui in biblia sechemas dicit) cognoscens peccatum se & suos peccasse confitetur & vxores amouere.

¶ Esdras legu; trāsgressores criminatur & alienigenas abijcere monet. Eijciunt alienigenas vxores.

Rogatus esdras leges mosaycas populo legit ab ortu vsq; ad mediam diem.

Mors esdrę.

dies octo in suis tabernaculis egissent: ad propria discesserũt. laudantes deum pro emendatione communium peccatorum: esdreq; gratias referebant. Quem contigit post gloriam quem apud deum habuerat in senectute veneranda finire vitam: & in hierosolymis cum multa sepeliri liberalitate. D

¶ HISTORIA LIBRI Neemie incipit qui in biblia secundus Esdre dicitur.

¶ Neemias iudeus captiuus xerxis regis pincerna (audita hierosolymorum propter defectum murorum desolatione) similes ad deum pro populo orationem fudit. Quem tristem rex prospiciens tristitię causam inquirit quo patrię desolationem & murorum ciuitatis ruinam flens causam esse dicente statim rex reedificandi muros facultatem & ad satrapas syrię commendatitias litteras condonauit qui a babilonia hierusalem cum multis contribulibus veniens populum manifestata prius facultate sibi a rege obtenta ad vrbis reedificandos muros animatus est. quo audito ammonitę moabitę & samaritę impedire volentes insidias moliebantur volentes etiam neemiam occidere sed constantes iudei vna manu gladium tenentes alia autem edificantes opus duodecim annis peregerunt quibus completis neemias & populus deo sacrificauerunt muris itaq; restauratis munificẽtissimus neemias defunctus est.

Capitulum.viij.

Neemias iudeus captiuus xerxis pincerna (audita hiero. desolatione propter defectum murorum) fleuit & ad deum orationẽ pro populo fudit.

Neemiam tristẽ videntem regem tristitię causam inquirentem significauit eineemias prime desolationem & muroru ciuitatis ruinam quiq; facultatem reedificãdi muros obtinuit & litteras commẽdatitias habuit ad satrapas.

Oratio neemię ad populum significatiua potestatis sibi a rege concessa.

Muris mensuratis diuidunt opera populo & incipiũt ipsos reedificare.

Audientes ammonitę & moabite & samaritę murorum edificationem impedire volentes insidias meditabãtur neemiam occidere.

SVb idem tẽpus & ioachim defuncto principe sacerdotũ: filius eius eliasib in principatũ sacerdotalem successit. Quidam autem ex captiuis iudeis xerxis pincerna noie neemias occurrens quibusdam peregrinis ante metropolim persarum susis ex longo itinere ad ciuitatem intrantibus & audiens eos adinuicem hebraicę loquẽtes consulebat vnde essent profecti. Illis autem respondentibus se a iudea venisse: rursus interrogabat qualiter se haberet eorũ multitudo & metropolis hierosolyma. Cumq; dixissent male habere ciuitatem & depositis in solum muris multa mala gentes in circuitu positas inferre iudeis & die tota percurrere deuastantes prouinciam & nocte tanta mala conficere & multos a prouincia vel ab ipsis hierosolymis captiuos adducere. vt omnes vię singulis diebus plene inuenirentur cadaueribus occisorum: tunc neemias pro suorum calamitate fleuit. Et attendens ad celum dixit. Domine vsq; quo despicis quę nostra patitur generatio. Sicra pina vel spolia sumus omnibus effecti. Remoranti autẽ eo in porta & hęc deflenti: quidam nuncauit iam regem accumbere pręparatum. Qui statim sicut erat illotus: ad ministerium poculi regis festinauit. vt vero rex cenauit: suauitate plenus ad iuuenem respexit mestum: & querebat cur tristis esset. Tunc ille deum depręcatus vt gratiam ei quandã postulanti pręstaret: quomodo inquit possum tibi rex non talis non apparere neq; animo non dolere dum audierim patrię meę hierosolymorum i qua & monumenta & sepulchra meorum sunt parentũ muros in terra iacentes & portas eius incẽsas. Sed pręsta mihi proficiscenti muros restituere: partemq; tẽpli cadentem denuo reconstruere. Tũc rex annuit dare se donationem ei quancumq; supplicasset. & ad satrapas litteras deportãdas quatenus eũ honorarent. & omnia quę opus haberet ei pręberent. dicens repelle tristitiam & de reliquo gaudens nobis ministra. Igitur neemias deum adorans & regi gratias agens: mestitiam vultus confusionemq; suam pollicitationis hylaritate mutauit. ¶ Postero autem die conuocans eum prębuit assyrie alias syrię & phenicis & samarie pręfecto addo epistolam deferẽdam. in qua de honore iuuenis & de impedimentis edificationis mandauerat exhibendis. ¶ Veniens ergo ad babiloniam & multos gẽtis suę sponte eum secutos adducens ad hierosolymam peruenit vicesimo quinto anno regnãte xerxe: & demonstrans epistolam porrexit addo & alijs pręfectis equitum: & congregãs omnem populum ad hierosolymam stetit in medio templi: talem ad eos effundens orationem. vos scitis viri iudei deum quidem in memoria patrum abraham isaac & iacob permanere: & per illorum iustitiam non derelinquere prouidentiam nostri vnde & adiuuauit me vt acciperem a rege potestatem muros nostros reedificare. ac reliquam partem templi reficere volo autẽ vos vicinarum gentium certe scire inimicitias: & quia si cognouerint magnificenter nos edificare parati resistent & multa moliuntur. vt nos impedire pręualeant. Primum ergo in deum confidere debemus qui illorum inimicitijs potest resistere: nec die vero nec nocte studium edificandi relinquere: dum tempus oportunum existit. ¶ Cumq; hęc dixisset iussit & magistratibus muros metiri. & opera diuidere populo per vicos ciuitatis secundum vniuscuiusq; possibilitatem. Pollicitus est autem & semetipsum cum suis seruis edificationem adiuuare. Solutaq; contione iudei statim opus aggressi sunt. iudei vero dicti sũt ex die que a babilone profecti sũt ex tribu iuda quę prior ad illa loca peruenerat. vnde & ipsi & prouincia tali appellatione vocitantur

¶ Audientes vero murorum edificationem accelerari ammonitę ac moabitę vel samaritę & omnes qui inferiorem syriam habitabant moleste ferebant & meditabantur insidias contexere quatenus voluntatem eorum impedirent multosq; interficiebant iudeos. Ipsum vero neemiam dilacerare querebant quosdã alienigenas conducentes qui eũ perimerẽt. Pręterea in timore & tremore & turba dispersis rumoribus eos mittebãt: tãq; multis gẽtibus paratis cõtra eos arma pferre qbus turbati rumoribus

Neemias.c.10

E

Neemias.ca.2

F

Neemias.ca.2

Neemias.ca.3

Neemias.c.4

constructionē penę reliquerūt. Neemias nullo modo his pmotus studium dereliquerat sed custodie
A causa corporis sui agmine satellitum circūspectus sine vulnere pmanebat: operis desiderio tribulatio
nem nō sentiens. Ita siquidem intentus agebat & prouidebat suę saluti non timore mortis: sed agno
scens post suum interitum minime cōcedi suis ciuibus muros construere. Vñ pręcepit in posterū. vt
arma ędificatores accincti fabricarēt. Igitur edificatores vel impensarū portitores: gladios habebāt.
Clipeos iuxta eos poni decreuit. Buccinatores etiam quingentis pedibus statuit: pręcipiens vt si ho
stes apparuerint significarēt populo quatenus armati resisterent ne eos nudos inermesq; oppugna
rent. Ipse autem nocte circuiens ciuitatem. minime aut operibus aut somno aut cibo fatigabatur. Ni
chil autem horū suauiter sed sub necessitate vtebatur. ¶ Quos labores sustinuit per ānos duodecim
& menses quatuor: nam tanto tempore hierosolimorū sunt muri perfecti. Octauo autem & vicesimo
anno & mense nono imperij xerxe postq; muri perfectionem acceperunt: neemias & reliqua multitu
do sacrificauerūt deo pro eorum edificatione: ac per octo epulati sunt dies. ¶ Gentes igitur quę syri
am habitabāt audientes factam constructionē murorum: grauiter agebantur. Neemias autem in ciui
tate videns paucos homines habitare. rogauit sacerdotes & leuitas vt vicos relinquētes migrarent
ad ciuitatem & in ea manerent. fabricās eorum domicilia propriis expensis. Populum etiā agros co
lentem decimas fructuum ad hierosolimā iussit offerre. vt habentes sacerdotes & leuitę alimenta per
petue religionis iura non derelinquerent. Et hi quidem libenter sequebantur decreta neemie: ciuita
tem vero exinde cōtigit hominum multitudine compleri. Multa etiam talia bona & laudibus digna
cum summa fecisset munificentia neemias ad senectutem perueniens vir benignus & natura iustus
atq; munificētissimus erga propriam gentem defunctus est. qui in memoria sui eterna muros hiero
solimitanos reliquit. Hęc ergo sub imperio xerse sunt acta.

¶ Edificatores gladios & arma ędificādo habe bāt &c. clangen te buccina:

Duodecim ānis muri hierusalē sunt reedificati quibus cōpletis Neemias & po pulus sacrifica uit deo &c.

Muris restaura tis Neemias mu nificentissimus defunctus est.

HISTORIA LIBRI HESTER INCIPIT.

¶ Sirus qui dictus est Artaxerses i biblia Assuerus patre xerxe mortuo succesit in regno sub quo pe
ne deleta est gens iudeorū qui diuitiarū ostentationem per centum & octoginta dies parans suos cō
B prouinciales septem diebus delitijs saginauit in conuiuio quod munificentissimū fuit. Regina quo
q; mulierum cōuiuium in aula collegit quam rex cōuocatam vt ad suum veniret cōuiuium & recusan
tem habito persarum consilio abiecit a consortio. Tristem vero de vxoris abscessu regem amici con
solantur. & queri puellas regi pulcherrimas faciunt ex quibus pulchriorem rex accipiat vxorem.

Capitulum.ix.

Hester ca.i.

EFuncto vero xerxe: regnum ad filium eius cyrum (quem greci Artaxersen vocant) contigit transferri. Quo regente persarum imperium/ periclitata est tota gens iudeo rum cum mulieribus & filijs. Causam vero paulopost demonstrabo. Nam decet pri mum de rege differere: quēadmodum iudeam duxit vxorem de regio genere: quam nostram dicunt seruasse gentem. Nam cum regnum Artaxerses accepisset & ordinas set ab India vsq; ad ethiopiam centum & viginti septem satrapas tertio imperij sui anno: amicos suos & gentes persis subiectas cum ducibus earum magnifice pauit: sicut regem opor tuit. Qui diuitiarum ostentationem per centum & octoginta dies parauerat: postea gentes ac lega tos eorum in Susis per septem dies delitijs saginauit. Quorum conuiuium huiusmodi erat instru
C ctum. ¶ Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteisq; columnis vela purpurea super eas exten dens: vt multa milia discumbentium operirent. Ministrabatur vero poculis aureis & lapidibus prę ciosis: ad delectationem simul & spectaculis præparatis. Pręcepit itaq; & ministris ne cogerent eos bibere potionem eis offerentes/ quod apud Persas fieri solet: immo & concederent cuiq; discumbē tium vt quemadmodum vellet epularetur. Misit autem per omnem prouinciam denuncians vt o
hes.c.i pera relinquerent: multisq; diebus pro eius imperio letarentur. ¶ Regina quoq; mulierum con uiuium in aula collegit. Quam rex prādentibus volens ostendere ad conuiuium iussit accedere: pul chritudine cunctas mulieres precedētem. Quę pro legum persarum custodia prohibentium ab ex traneis alienas iugales alias coniuges videri: non accessit ad regem. Cumq; sepius eunuchos ad eam mitteret inuitantes nichilominus suum denegans permānsit aduentum. Vnde rex ira cōmotus soluit conuiuium. & ad se conuocans septem persas apud quos legum mandata seruātur: accusabat vxorē dicens qualiter ab ea fuisset contemptus cū sepius ad conuiuium vocaretur. nec semel paruisset Pre cepit ergo vt pronūciarent contra eum quandam legis definitionem. Tunc vnus ex his nomine no cheus alias Manucha locutus est dicens nō ipsi soli hanc iniuriam factam fuisse sed omnibus persis periculum vitę patientibus: vt turpiter a suis contemnantur vxoribus. Nullo enim iam pudore tene buntur: exemplo reginę superbiam aduersum te omnium rectorem habentis. Et ideo hortabātur vt eam quę sic iniuriata fuerat regē maximis damnis afficeret: & hoc facto cunctis gentibus denuncia

Cirus q̄ dictus est Artaxerses i biblia est Assue rus mortuo pa tre xerxe succes sit in regno sub quo fere deleta est gēs iudeor. Cōuiuij Assueri qui hic artaxer ses dicit descri ptio & magnifi centia.

Regina fecit cō uiuiū fęminar. Cōuocata sepi us regina vaschi a rege vt ad suū veniat cōuiuiū recusat.

ret quę in reginam decreta ſunt.Placuit ergo vt vaſti abiiceretur & honor eius alie mulieri pręberet.

Triſtem regē de vxoris abiectione amici eius cō ſolātur & queri puellas regi faciunt pulcherrias ex quibus pulchriorē accipiat rex vxorē.

¶ At ille amore coniugis detētus: grauiter diſiūctionem eius ferebat.Et conciliariſ quidem propter legem non poterat triſtis tamen in ſollicitationibus permanebat.Quem videntes amici nimio mero re cōfectum perſuadebant vt memoriam quidem vxoris & amorem nichil profuturum deponeret:& quereret per vniuerſam terram virgines decoras: ex quibus pulchriorem haberet vxorem: extingui enim prioris ſic poſſe cupidinem(alia introducta) & deſiderium paulatim a muliere proiecta ſubtractum ad cohabitantem poſſe conuerti.Hoc flexus conſilio:ſtatim quibuſdam iuſſit de palatio eligere pręcellentes pulchritudine virgines:& ad ſe deducere. D Heſter ca.2.

¶ Congregatis multis puellis puella quedam ambobus orbata parentibus apud auūculum Mardocheum in babilonia nutrita heſter noīe omnes pulchritudine ſuperans ad regem adducitur quā rex ſuper ceteras ſibi placentem legitime duxit vxorem.Cuius auūculus Mardocheus de babilonia Suſim veniens inſūniatores per heſter regi prodidit quod rex annalibus ſcripſit. Capi.x.

Pulchritudo heſter mardochei neptis.

¶ Vmvero congregatę multę fuiſſent inuenta eſt quedam puella in babilonia ambobus orbata parentibus quę apud auūculum nomine mardocheum nutriebatur.Is enim fuerat ex tribu beniamin.Omneſq; primas iudearum heſter (hoc enim ei nomē erat) pulchritudine ſuperabat:& gratia vultus ſui reſpiciētium magis delectabat aſpectum.Quę tradita cuidam eunucho pro diligētia cuncta:rerum prouidentia fruebatur.Affluentia aromatum odore & largitate vnguentoꝝ quibus corpora vtunt irrigabant & his fruebantur per menſes ſex:nūero quadringente. Cūq; putaſſet virgines per prędictū tempus diligentię ſatis habuiſſe: & dignas iam regio factas eſſe cubiculo per ſingulos dies ad cōcubitum vnam regi mittebat:qui poſt concubitum ſtatim eas ad eunuchum remittebat. Heſter ca.2

Heſter ſup ceteras virgines placuit regi quam legitimā duxit vxorem.

¶ Veniente vero ad eum heſter delectatus eſt in amorem incidens puelle:& legitime eam duxit vxorem:& nuptias celebrauit imperij ſui anno duodecimo menſe qui dicit adar. E

¶ Deſtinauit autē per omnes gentes eos(qui aggari dicuntur)pręcipiens eis p ſuis nuptijs feſta celebrare.Ipſe autem perſas & primos gentium paſcebat per totum menſem:pro nuptijs ſuis.Quam cū introduxiſſet ad aulam:corona eam induit.habitauitq; cum eo heſter minime ei prodēs ex qua eſſet natione.Trāſiens autem & auūculus eius a babilone ad perſicā ſuſim & habitans illic ſingulis diebus in palatio commorabatur:requirens qualiter puella conuerſaretur quam tanq̄ filiam diligebat.

Mardocheus de babilone Suſim venit

¶ Cumq; legem rex poſuiſſet vt nemo familiarium ad eum non vocatus accederet.cum ſuper ſoliū ſederet ſedebat itaq; etiam ipſe rex virgam auream ferens.Quam cum aliquem liberare voluiſſet horum qui non vocati venirēt porrigebat ei:& cum tetigiſſet vitabat periculum mortis. De his quidem a nobis ſufficienter dictum eſt. ¶ Interiecto vero tempore inſidiātibus regi bagatho alias bargatha & theodeſto bargani eunuchus ſeruus alterius eunuchi genere iudeus cum intellexiſſet iſidias regine aununculo indicauit. Mardocheus autem per heſter manifeſtans inſidiatores prodidit regi. Heſter ca.2

Mardocheus p heſter inſidiatores regi ꝓdidit quod rex annalibus ſcripſit.

Rex vero turbatus veritatem inueniens eunuchos quidem crucifixit: mardocheo autem tunc nichil pręſtitit q̄is ſalutis eius nuncius extitiſſet nomen tamē eius annalibus monimentis inſeri pręcepit: & in palatio eum permanere vt amicus regis neceſſarius exiſteret.

¶ Amā apud regem exaltatum oībus adorantibus mardocheus contemnebat vnde contra eū omneſq; iudeos odium exercens Aman eos regi accuſat genus eoꝝ deleri ꝓcurans & mandatū regium pro ipſis extimādis vbiq; fecit publicare.Quod cognoſcens Mardocheus rupta veſte cinere pſuſus ciuitatem circuiens cum clamore lamentabat.Quod cum regimen fuiſſet nūciatum ad Mardocheū mittens querit triſticię cauſam. Qua cognita heſter Mardocheum inuitare Iudeos ad ieiunium triduum mouet & ſe ſimiliter facere promittit atq; pręter legem adire regem etiam ſi mori debeat. F

Capitulum.xj. Heſter ca.

Amā exaltatus apud regē ab oibus adorabatur excepto mardocheo índe cōtra eū ídignatus & cōtra oēs Iudeos odiū exercuit Accuſat Aman Iudeos regi eorū genus deleri procurat.

¶ Vo tempore aman amadachi filium genere amalechitam ad regem introeūtem:peregrini & perſę ſalutabant Nam adhuc honorem rex ei ab oīmbus iuſſerat exhiberi.Mardocheū vero propter ſapientiam & patrias leges non adorantem aman cuſtodiri fecit:& interrogauit eum ex quo eſſet genere.Audiens autem iudeum eſſe indignatus dixit.Omnes liberi perſę me adorant:hic ſeruus exiſtens hoc facere dedignatur. Et punire mardocheum volens/ ipſum quidem a regs ad tormentum petere paruum putauit: gentem autem eius decreuit totam vna perimere:nam iudeos ſatis in odio habebat quoniā amalechitaꝝ genus e quibus ipſe fuerat.ab ipſis omne perierat. ¶ Adiens ergo regem accuſabat iudeos dicens gētem eſſe malignam diſperſam per vniuerſum orbem quę non eius ſeruiret imperio.nec mixtam:nec alię genti coadunatam nec eandē cum ceteris religionem colentem:quę nec legibus ſimilibus inquit vtitur:& inimica moribus & profeſſionibus tui populi.& hominibus cunctis exiſtit.Sed ſi vis aliquod ſubiectis beneficium commēdare iube radicitus eam perire.nec aliquas eius permanere reliquias:nec aliquos eorum ad ſeruitutē

aut ad captiuitatem ſeruari. Verumtamen vt nullum patiaris damnū: tributa eorum de propria ſubſtātia ipſe me prębere polliceor quadraginta milia talenta pecuniarum:vbicūq; pręceperis.Has au-
A Hester ca.3 tem pecunias libenter offero:ſi placatum ab his malis tuum fuerit imperium.¶Poſtq̄ aman hęc intimauit:rex ei & pecunias & homines donauit:quicquid de illis vellet efficere.Deſiderio autem adepto aman ſtatim mandat tanq̄ a rege per omnes gentes prącepta:hunc modum cōtinentia.Rex maximus artaxerſes ab india vſq; ethiopiam centum vigintiſeptem prouinciarum principibus & iudicibus qui eius imperio ſubiecti ſunt/ſaltem dicit. Cum pluribus gentibus imperarem & vniuerſum orbē meę ſubiugaſſem ditioni voluit nequaq̄ abuti potentię magnitudine ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos:vt abſq; vllo timorevitam ſilentio tranſigentes optata cunctis mortalibus pace fruerent.Querente autem me a conſiliarijs meis quomō hoc poſſet impleri:vnus qui ſapientia ac fide cęteros prącellebat & erat ſecundus poſt regem aman nomine indicauit michi in toto orbe terrarum diſperſum eſſe populum qui non naſtris vteretur legibus: & contra omnium gentiū faciens cōſuetudinem regum iuſſa contemneret:& vniuerſarum concordiam nationum ſua diſſentione violaret.Quod cum didiciſſemus videntes vnam gentem rebellem aduerſus omne hominum genus peruerſis vti legibus noſtriſq; iuſſionibus contra ire & turbare ſubiectarum nobis prouinciarum pacem atq; concordiam: iuſſimus vt quoſcunq; aman qui in omnibus prouincijs prępoſitus eſt & ſecundus meus pater monſtrauerit cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis ſuis nulluſq; eorum miſereatur quartadecima die duodecimi mēſis adar anni pręſentis:vt nefarij homines vno die ad iferos
hel.c.3 deſcendentes reddant pacem imperio noſtro quam turbauerunt.¶Hoc per ciuitates & prouincias veniente prącepto: omnes ad interitum iudeorum conſtituta die parabantur. quod etiam in Suſis
Hester ca.4 ꝓponebatur.Rex vero & aman epulatiōibus vacabāt:ciuitas vero turbabatur.¶Quod mardocheus cognoſcens veſtem rupit & ſacco indutus cinereq; perfuſus ciuitatem circuibat:clamans interimi gentem quę nihil peccauit.Et hęc dicens ad aulam puenit & ante ipſam ſtetit. Nam minime licebat ei ingredi tali circumamicto habitu.Idem etiam omnes iudei fecerūt per ciuitates quibus de hoc litterę proponebantur:lugentes & plangentes nunciatas ſibi calamitates.¶Cum vero cuidam regine nunciaſſet mardocheum in tam miſero habitu ante aulam ſtātem audito ſermone turbata:miſit qui
B eius veſtimentum mutarent.¶Quo nolente ſacco exui quia nōdum erat malum finitum pro quo ſaccum induerat vocans aſſiſtentem eunuchum achrateon al's Athach ad mardocheum deſtinauit interrogans quid:ei triſtitię contigiſſet:quod hunc habitum nec ea petente deponeret.Tūc mardocheus indicauit eunucho cauſam & litteras contra iudeos per omnes prouincias ſub lege cōſtitutas trāſmiſſas/ & promiſſionem pecuniarū per quam a rege perditionem gentis comparauerat aman. Harum etiam exemplū ad heſter tradidit reportandum quę propoſitę in ſuſis fuerant:mādans ei quatenus de his regi ſupplicaret:nec recuſaret pro ſalute gētis habitum humilem accipere.per quem regi oſtēderet periculum iudeis imminere. Aman inquit qui ſecundum honorem poſt regem obtinet
Hester ca.4 accuſando iudeos regē aduerſum eos incendit.¶Hęc cum regina cognouiſſet rurſus mittit ad mardocheū dicens ꝙ a rege non eſſet vocitata:& ſi quis ad eum non vocatus intraret moreretur:niſi vo
lens ſeruare quendam porrigeret ei auream virgam.Nam inuocato & ad eum intranti ſi hoc rex fecerit hic ſolus non interimit.ſed veniam accipiens liberat. Mardocheus vero hęc verba deportante
C ſibi ab heſter eunucho renunciare prącepit non ſuę ſaluti prąuidere ſed totius gentis periculum amouere.Nam ſi nunc ipſa inquit contempſerit adiutorem quidem genti deum omnibus modis fu-
Hester ca.4 turum:ipſam vero & paternam eius domum ab illis quos contempſerit perituram.¶Heſter autem denunciauit mardocheo per eundem miniſtrum vt pergens ad ſuſis conſtitutos illic iudeos ad con
cionem congregaret:& ieiunare cunctos triduo pro ipſa prąciperet.Quod & ipſa cum ſuis agens ancillis:ꝓmiſit ſe prąter legem adire regem:& ſi mori oporteret non recuſaret.Mardocheus autem ſecundum heſter mandata populum fecit ieiunare: deumq; ſuum petere vt nec eam nec gentem eius perituram cōtemneret:ſed vt a ſeculis ante prouidit & peccati veniam conceſſit & nunc a denūciato dudum interitu liberaret.Non enim propter aliquod peccatum ita cogebatur ſine gloria deperire cum & ipſe dominus noſſet cauſam furoris aman quod eum nō ſalutabat. Neq; enim inquit honorē quē tibi domino offerebam hunc illi quoq; patiebar offerre. Ideoq; iratus contra eos qui tuas leges non trāſgrediuntur:talia machinatus eſt.Eaſdem etiam vulgus voces emittebat:petens deum prouidere ſuę ſaluti:cūctoſq; iſraelitas per oīem liberare terram a futura calamitate.Nam iam prę oculis eam ſperabant:& ſimul habebāt.Rogabat etiam heſter deum patria ſe lege ꝓſternens interra:lugubriq; veſte circumamicta.Cibum autem & potum omniaq; ſuauia rēnuebat per tres dies deum petens vt adiuuaret eam quatenus regi videretur ſupplicans ſuauis eloquio ſpecieq; pulcherrima vt ex vtroq; ſuſtentata & ipſa piculū euitaret.& genti ſuę ſalutem acquireret.in amā quoq; regis odium cōciaret.

Amā mādat vbiq; iudeos ꝑimi ꝑmittēte rege.

Mandatū regiū pro exterminādis iudeis.

Cognoſcēs Mardocheus regis ędictū cinere perfuſus rupta veſte ciuitatē circuiēs cū clamore lamentabat. &c.

Heſter iterū ad mardocheū ꝺmittēs ſe excuſat.

Heſter monet Marducheū iudeos iuitare ad ieiuniū triduū ſe ſimiſr facere ꝑmittit & ꝑter legē etiam mori oporteret adire regē non recuſare.

¶Hester(lugubri depoſita veſte) regali ornata habitu ad regem cum timore veniens (cum eam rex aſperius iracundo vultu reſpiceret debilitatis membris,ſup ar.cillas collapſa eſt quã cõſolatur rex ab D
ea pellens timorem.Illa vero reſpirans ad conuiuium regem cũ Aman.ad ſe venire ſupplicat:qđ annuit rex & cum eſſet inter poculorum leticiam iuſſit rex heſter aperire quid vellet.Et illa in poſterum diem ſe ſuum conſilium permiſit ſi rurſus ad conuiuium cum Aman veniret.Quod(annuente rege) Aman egreſſus gaudens q̃ ſolus apud heſter cum rege meruit epulari.Etvidens in aula mardocheũ minis indignatus eſt & ingreſſus vxorem & amicos vocauit quibus & honorem(quo frueretur apud regem)expoſuit.ſed & ſibi non placere videre Mardocheũ.Cui vxor lignum cõſuluit parare & Mardocheum a rege petere crucifigendum. Cuius conſilium laudans pręcepit famulis paratum lignum in atio conſtituere quod ad pœnam mardochei ſeruarent. Capitulum.xij.

Heſter regali ornata habitu ad regẽ cũ timore venẽs cũ eã aſperius rex iracũdo vultu reſpiceret mẽbris debilitatis ſup ancillas collapſa ẽ. Cõſolat rexvxorẽ heſter pellẽs ab ea timorẽ.

Heſter ca.5.

Sic deum per tres dies deprecans lugubremveſtem depoſuit:& habitu mutato ornata ſicut oportebat reginam ibat cum duabus ancillis quarum vna leuiter eam incumbentem ſuſtinebat:altera vero ſequens longitudinem veſtis vſq; ad terram profuſam ſummis digitis deportabat.Quę ita facie rubore plena verecundum ac modeſtum habens decorem:adibat regem etiam cum timore.Cum vero ad faciem eius ſedentis in ſolio deueniſſet & vidiſſet eum circũdatum ornatumq; qui ex varia veſte vel auro ac lapidibus pręcioſis valde fulgebat:terribiliorẽ eum magis propter hęc intuebatur.Cumq; & ille aſperius eamvultuq; iracundo aſpiceret membros eam debilitas comprehendit:& ſuper ancillas quę prope latera eius erant repente collapſa eſt.¶Rex autem volũtate dei arbitror mentem mutauit:& timens ne quid mali vxor eius timore pateretur ſurrexit a ſella:ſuoq; eam gremio colligens fouebat & oſculabatur: blandeq; loquebatur.cõfidere eam petens ne aliquid metueret:quod ad eum non vocata veniſſet.Nam legem iſtam propter ſubiectos eſſe poſitam: ipſam autem ſimiliter cum eo regnãtem omnem habere licentiam. Hęc dicens ſceptrumq; in manu eius ponens:virgam ſuper ceruicem eius tetendit propter legem liberans eam a mortis diſcrimine.¶Illa vero reſpirans:domine inquit non habeo facultatem explanandi quę michi ſubito cõtigerunt.Nam vt te vidi maximum & pulchrum atq; terribilem:ſtatim ſpiritus meus receſſit:& a mea anima ſum relicta.Vix illa cum debilitate hęc loquente:etiam regem anxietas habuit.Deinde confi E
dere melioraq; ſperare:heſter inuitabat.Nam medium ei regnum ſe concedere ſi hoc peteret ,pmittebat.¶Heſter vero ad cõuiuium eum cum aman amico ad ſe venire ſupplicabat.paraſſe ei cœnam ſe dicens. Cumq; annuiſſet & aduenieſſet.inter poculorum leticiam iuſſit rex heſter aperire quid velet.Nichil enim ſe negaturum eſſe promiſit.etiam ſi mediam partem regni poſcere voluiſſet.Tum illa in poſterum diem explanaturam ſe ſuum conſilium promiſit.ſi rurſus ad cõuiuiũ cum aman veniret.Cumq; rex promiſiſſet.aman egreſſus eſt gaudens q̃ ſolus apud heſter cum rege meruit epulari: dum nullus alius talem honorem potuit adipiſci. Videns vero in aula mardocheũ:nimis indignatus eſt q̃ non aliquã ab eo veneratiõẽ ſibimet exhiberi ſenſiſſet.Tunc ingreſſus ad ſemetipſum. vxorẽ zaraſan cum amicis vocauit.Quibus pręſentibus & honorem expoſuit quo frueretur non apud regẽ tantũ ſed & apud reginam:& qualiter illo die ad eam cum rege ſolus accerſitus eſſet & in poſterũ diem rurſus inuitaretur. Dicebat autem non ei placuiſſe q̃ mardocheũ videret in aula iudeum.¶Cui reſpondit vxor ſua zaraſa.Iube lignum ſecari cubitorum quinquaginta & mane pete a rege Mardocheum crucifigendum.Cuius conſilium laudans:pręcepit famulis lignum paratum in atrio conſtituere:quod ad pœnam mardochei ſeruarent.

Heſter regẽ ad cõuiuiũ cum Aman iuitat.

Amã qui letus de cõuiuio exierat viſo mardocheo idignatus eſt.
Aman pro Mardocheo cõſulente vxore crucẽ iuſſit parari.

¶Aſſuerus cum dormire non valeret annales coram ſe iuſſit aſportari legendum:& inuento Mardo F
cheo qui regem ab inſidiatoribus pręſeruauit nulla habita remuneratione vocato Aman qui pręter ſolitam horam petiturus Mardochei mortem maturius proceſſerat/petit rex conſilium de honorãdo ſecundum regis magnificentiam quodamvalde regi chariſſimo. Aman vero putans conſilium quod daret pro ſe futurum optimam dedit ſententiam dicens dignum eſſe dilectum hominem glorię meritis honorare & eum ſuper regis equũ regia veſte indutum aurea torque ornatum & vnum ex regis neceſſarijs amicis procedere per totam ciuitatem clamantẽ Sic honorabitur quẽcunq; voluit rex honorare. Quo accepto cõſilio iuſſit rex Aman vt Mardocheũ ſibi chariſſimũ ſic honoret Qui meſticia percuſſus & mente confuſus exiuit equũ ſedente mardocheo purpura regali veſtito & torque ornato ducens circuit ciuitatem pręcente Aman & prędicãte q̃ huiuſmodi fruitur bonis quem rex amauerit.Quo facto Mardocheus ad regem ingreditur Aman autẽ confuſus cum lachrymis advxorem in domum reuertitur. Capi.xiij.

Rex dormire ſi| valẽs ãnales coram ſe iuſſit aſportare legendos.

Heſter ca. 6

Deus autem ſpem malignam aman deridebat:& accidentia pręuidẽs de futuris delectabatur.Nam regi ſomnium per illam noctem abſtulit:qui nolens in ocio vigilias perdere ſed ad gubernationem ſui principatus eas habere:ſcribam iuſſit ferẽtem prędeceſſorum ſuo-

rum & factorum suorum monimenta relegere. Cumq; detuliſſet & recenſeret: inuentus eſt enim quí-
A dam qui pro virtute ſua pręcium acceperat agros cuius & nomen ſignatū erat:alter vero pro fide do
natione impetrauerat.Poſt hęc legendo venit ad gabetheū alias bagathā & theodeſtū eunuchos i- Mardocheus in
ſidiatores regis quos mardocheus indicauerat.Et cū hoc tñ ſcriba ꝓnunciaſſet,& ad alterius tranſiſ hiſtoriis regis in
ſet actus rex eum detinuit:cōſulens ſi quid ei ꝓ remuneratione datū ſcriptum haberet. Scriba reſpō uenit q regē ab
dit.Nichil.Tunc rex iuſſit eum tacere. Et interrogabat eos(quibus hoc ꝓmiſſum fuerat) quę ſit hora ſiſidiatoribus p-
noctis.Audiens aūt iam deluceſcere:pręcepit vt quem inuenirent amicoꝝ ante aulam pręſentem nū ſeruauerat.
ciarent.Euenit autem aman inueniri. Nam pręter ſolitā horam maturius proceſſerat: petiturus mor
tem mardochei.Cumq; ſerui renūciaſſent aman ante ędem ſtare pręcepit eum vocari. ¶ Cumq; in-
traſſet:amicum te inquit ſciens ſolum fidem peto vt cōſilium michi prębeas quemadmodū debeam
ſecundū meam magnificentiā honorare quędam michi valde chariſſimum.Aman vero putans cōſi
lium quod dediſſet hoc pro ſe futurū:nam amari ſe ſolum a rege credebat:quam eſtimauit optimam
eſſe ſententiā regi declarauit & dixit.Si vis quem dicis hominē dilectum glorię meritis honorare:fac Cōſilium Amā
eum ſuper equum ꝓcedere tua veſte indutum & torquē auream habere.& pręcedere vnum ex tuis de honorādo a-
neceſſariis amicis clamantem per totam ciuitatem quod tale beneficium merebitur:quem rex hono mico regis ſecū
rificare voluerit.Igitur aman huiuſmodi largitatem arbitratus ad ſe venturam talia perſuaſit.Rex ve dū regiā magni
ro delectatus hac motione vade ait habes equum & ſtolam & torquem require mardocheū iudeum ficentiā.
& his illum induens antecede equum eius.Nam tu inquit amicus es michi pręcunctis.Ergo perfice Aman mēte cō
cōſilium.cuius vtilis ſuaſor extitiſti.Et hęc ei a nobis donent:quia meam animā liberauit. ¶ Poſtq̄ fuſus Mardo-
hęc pręterit omnē ſpem audiuit mēte cōfuſus & meſticia ꝓcuſſus exiuit equum ducens cū purpura & cheum purpura
auro.Et mardocheū reperiens ante aulam ſacco indutū iuſſit eum exutū purpura circūdari.Tunc il- circūdatū cogit
le neſciens veritatem ſed deludi ſe putans peſſime inqt oim hoim ita calamitatē noſtram derides.Vt per vrbē dedu-
vero certe cognouit ꝙ rex ei hunc honorē donauerit pro ſalute quam illi prębuerat inſidiatores eu- cere.
nuchos redarguens purpura induit quam rex ſepe veſtitus dęgebat & torque verticē circūdatus &
B ſuper equū ſedens totam circuibat ciuitatē pręcedēte aman & prędicante ꝙ huiuſmodi fruit donis
quē rex amauerit & dignū honore ꝓbauerit. ¶ Cumq; totam circuiſſet ciuitatē mardocheus ingredi Reuertēte Mar
tur ad regē:amā autem ex cōfuſione a ſe recedēs cum lachrymis vxori & amicis quę cōtigerant indi docheo ad regē
cauit.Illi vero nequaq̄ puniri poſſe mardocheū dicebant:deū enim eſſe cum ipſo credebant. Amā cōfuſus lu
¶ Aman ad cœnam cum rege inuitato heſter pro iudeorum liberatione regem depręcatur Aman gens in domum
manifeſte accuſans quo rex turbatus ortum exiuit a conuiuio & redeunte ipſo Aman ſuper lectum reuertit.
procidentem inueniēs reginam depręcantem huiuſmodi viſu magis incitatus quia vxori violētiam
facere conaretur ipſum in cruce quam mardocheo parauerat.Sabucada eunucho hoc manifeſtante
ſtatim iuſſit ſuſpēſum interimi poſſeſſionem cuius Mardocheus habuit loco eius regi ſeruiens. Et ſic
heſter Iudeorum liberationem mandato regio vbiq; promulgato obtinuit.Et diem qua Aman Iude
os perdere ſtatuerat:pręcepit rex ſolemnizari pœnam indicens trāſgreſſoribus.Sicq; maxima fuit iu-
deorum leticia pro Mardochei promotione qui permittente rege inimicos ſuos interfecerunt.

C Capitulum.xiij.

DVmq; hęc loquerentur adinuicem.venerunt heſter eunuchi Aman vrgentes ad cœnam. Aman ad cœnā
¶ Sabuchadas vero vnus ex eunuchis videns crucem fixam in domo aman quam mar- inuitatur.
docheo parauerat cōſuluit aliquem ſeruorū cuius cauſa eam paraſſet.Et audiens ꝙ auū-
Heſter culum reginę amana rege petiturus erat ad pœnam tunc quidem tacuit. ¶ Cumq; rex vna cum amā Heſter ꝓ libera
ca.7 epulatus interrogaret reginam vt diceret quam vellet ab eo donationem impetrare completurū eum tione iudeoꝝ re
eius deſiderium promittebat:tunc regina pro populi depręcabatur periculo & ꝙ tradita fuiſſet ad p- gem depcatur
ditionem cum ſua gente ideoq; ad eum ſermones facere decreuiſſet.Neq; enim moleſtum ſibi dice- Aman manife-
bat ſi amaram eis ſeruitutem imponeret:paruum enim ei hoc eſſe malum ſed ſupplicabat hęc amo- ſte accuſans.
ueri.Itaq; interrogante rege a quo hęc ſanccita fuiſſent:accuſabat iam manifeſte aman:& maliuolum
contra eos exiſtentem has militum inſidias vrgebat.Tunc rex ad hoc turbatus;a conuiuio ad ortum
regreditur.Heſter vero reginam aman petere cœpit.& veniam pro peccatis expoſcere.Nam intelle-
xerat.in quibus iam malis eſſet.Cumq; ſuper lectum procidens reginam peteret:ſuperuenit rex & hu Sabucadas A-
iuſmodi viſu magis incitatus dixit.Peſſime oim:vxori meę etiā violentiā irrogare conaris. Ad quod mā accuſāte qa
aman obſtupuit & nichil potuit reſpondere. ¶ Tunc ſabuchadasal's Arbona eunuchus cœpit aman crucē ꝓ mardo-
accuſare:quemadmodum inueniſſet in atrio eius paratam crucem ad mortem mardochei.Nam hoc cheo parauerat
illi interroganti ſeruus indicauerat.cū ad ipſum inuitaturus eum ad cœnam veniſſet.Crucem autem rex eum ſuſpen
dicebat eſſe altudine cubitorum quinquaginta.Quod rex audiens in illa eum pœna tradere decre- di in ea iuſſit &
uit:quam contra mardocheum ipſe tractauerat.ſtatimq; iuſſit cruce ſuſpenſum interimi. ¶ Vnde mi interimi.

chi cõtigit mirari nomẽ dei. & ſapientiã & iuſticiã eius' agnoſcere q̃ nõ ſolum maliuolẽtiã amã puni uit ſed q̃ excogitata cõtra alium tormẽta in eum conuertit. & ceteros hoc ſentire permiſit q̃n qui cõ tra alium quẽdam moleſtus fuerit hec in ſe primum parata cognoſcat. ¶ Itaq; amã honore (quẽ a re ge acceperat) ſupra modum abuſus. huiuſmodi cruce confixus eſt. ¶ Rex autem ſubſtantiam eius re gine donauit & mardocheum aduocans dedit ei anulum quem amã ipſe prẽſtiterat. Nam iam he ſter ad noticiam eius perduxerat cognationẽ: quam ad illum habebat. Donauit vero & regina mar docheo aman poſſeſſionem & ſupplicauit regi liberari a mortis metu gentem iudeorum: certa ei faci ens quę per vniuerſas ꝓuincias ſcripſiſſet aman filius amadathi. Nã gente ſua perempta nullatenus ſe vitam poſſe tollerare dicebat. Cui rex promiſit nichil eam fruſtra petere: nec ſtudio eius aliquid cõ trarium prouenire. Vnde prẽcepit vt ſcriberet quę vellet de iudeis nomine regio ſignaretq; eius ſigil lo: & tranſmitteret per omne eius imperium. Si quis enim legeret ſignatas epiſtolas ſigillo regio mi nime ſanctiõſibus obuiabat. Scribas ergo regales vocans iuſſit ſcribere gentibus & primatibus & ma giſtratibus pro iudeis ab india vſq; ad ethiopiam: centum viginti & ſeptem prounciarum. ¶ Epiſto lę autem hunc modum continebant: Rex magnus artaxerſes ab india vſq; ad ethiopiam centum vi ginti & ſeptem prouinciarum ducibus ac princpibus qui noſtrę obediunt ditioni: ſalutem dicit. Mul ti bonitate principum & honore qui in eos collatus eſt abuſi ſunt in ſuperbiã: & non ſolum ſubiectos regibus nituntur opprimere: ſed datam ſibi gloriam non ferentes: in eos (qui dederunt) moliuntur in ſidias agitare. Nec contenti ſunt gratias non agere beneficij ꝓ humanitatis in ſe iura violare: ſed dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur ſe fugere poſſe ſententiam. Et intantũ veſanię ꝓruperunt vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant & ita cuncta agunt vt omnium laude ſint digni menda ciorum funiculis conẽtur ſubuertere dum aures principum ſimplices & ex ſua natura alios exiſtimã tes callida fraude ſubuertunt. Quę res & ex veteribus probatur hyſtoriſs & ex his quę gerunt quoti die: quomodo malis quibuſdam ſuggeſtionibus regum ſtudia deprauantur. Vnde prouidendum eſt paci omnium prouinciarum nec putare debetis ſi diuerſa iubeamus ex animi noſtri venire leuitate: ſed pro qualitate & neceſſitate temporum vt reipublice poſcit vtilitas ſententiam ferre. Et vt mani feſtius qd dicimus intelligatis amã filius amadathi & animo & gente macedo alienuſq; a perſarum gente ſua crudelitate pietatem noſtram cõmaculans peregrinus a nobis ſuſceptus eſt & tantam in ſe expertus humanitatẽ vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus poſt regẽ ſecundus. Qui in tantum arrogãtię tumore ſubleuatus eſt: vt regno nos niteretur priuare & ſpiritu. Nam mardoche um cuius fide & beneficijs viuimus & conſortem regni noſtri heſter cum omni gente ſua nouis qui buſdam atq; inauditis machinis expetiuit ad mortem hoc cogitans vt illis interfectis inſidiaret no ſtrę ſollicitudini. & regnum perſarum tranſferret in macedones. Nos autem a peſſimo mortalium iu deos neci deſtinatos in nulla penitus culpa reperimus: ſed econtrario iuſtis vtentes legibus & filios altiſſimi & maximi ſempq; viuentis dei cuius beneficio & patribus noſtris & nobis regnũ eſt traditũ & vſq; hodie cuſtoditur. Vnde & eas litteras quas ſub nomine noſtro ille direxerat ſciatis eſſe irritas: ꝓ quo ſcelere añ portas huius vrbis id eſt Suſis & ipſe qui machinatus eſt & oĩs cognatio eius pen det in patibulis nõ nobis ſed deo reddente ei quod meruit. Hoc autẽ ędictum quod nunc mittimus in cunctis vrbibus proponaſ vt liceat iudeis vti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe ãminiculo vt eos q ſe ad necem eorum parauerant poſſint interficere: terdecima die menſis duodecimi qui vocaſ adar ¶ Hanc enim diem omnipotẽs deus meroris & luctus eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter cetę ros feſtos dies hanc habetote diem: & celebrate eam cum omni leticia vt in poſterum cognoſcãt om nes qui fideliter perſis obediũt dignam pro fide recipere mercedem qui autem inſidiantur regno eo rum perire pro ſcelere. Omnis autem prouincia & ciuitas q̃ noluerit ſolẽnitatis eſſe particeps gladio & igne depereat & ſic deleatur vt non ſolum hominibus ſed etiam beſtijs in via ſit in ſempiternum. pro exemplo contemptus & inobedientię. ¶ Igitur equites epiſtolas deportantes exierunt: & viam ꝓpoſitam peragebant. Mardocheus vero regia indutus ſtola & corona aurea. & torquę proceſſit or natus. Quem videntes ita honorificatum a rege iudei in ſuſis habitantes cõmunem exiſtimauerunt felicitatem eius. Prẽterea gaudium & ſalutare lumen propoſitis regalibus ſanctiõibus per ciuitates & prouincias iudeos circundedit: ita vt etiam multi gentes propter timorem iudeorum perterrentur libertatem ex periculo eorum comparatã inſpicientes. ¶ Nam duodecimi menſis tertiodecimo die (qui apud iudeos adar. apud macedones diſtris alias diſtrios vocatur) portitores regalium litterarum nũciabant: quemadmodum deberent die quo ipſis periculum imminebat inimicos cõſumere. Tunc prẽfides ſatraparum & tyranni & reges & ſcribe ſummũ iudeis reddebant honorem quoniam timor mardochei eos ad temperantiam coacerbabat. ¶ Poſtq̃ ędictum regis per omnes ꝓuincias lectum eſt: in Suſis iudei inimicorum quingentos interemerunt. Cũmq; rex peremptorum in ciuitate nume

Mardocheus a mã poſſeſſionẽ habuit: & loco eius regi ſerui uit.

Heſter Iudeorũ liberationẽ obti muit regio man dato &c.

Exemplũ regię epiſtolę.

Nota ꝓ regimi ne principũ qui ſępe ab adulato ribus fallunt.

Ingratitudo A mã.

Die (qua Aman ſtatuerat Iude os pire rex ꝑci pit ſolẽniſari: & pœnã indicit re nuẽtibus.

Gaudium & le ticia Iudeorum de promotione Mardochei.

D

Heſter ca.8

Heſter ca.3.

E

Heſter ca.3

F

Heſter c.8

Heſter ca.8

rum hester nunciasset & in prouincia quod factum fuisset ambigeret si quid amplius vellet interroga
A uit eam. Illa petiuit eum vt preciperet iudeis & in posterum diem ita facere in reliquos inimicos su-
os & vt decem filij aman crucifigerentur. Quod quidem iudeis rex concessit: nequaq; volens resiste-
re hester. ¶ Iudei vero parati quartadecima die distris mensis occiderunt rursus aduersatiorū trecē-
tos: & nichil penitus possessiones eorum tangentes. Interfecti sunt etiam per prouinciam aliasq; ciui-
tates a iudeis septuaginta septem milia inimicorum: quos strauerūt decima die mēsis quem festum
celebrauerūt. ¶ Similiter autem iudei in susis collecti: die quartadecima & quintadecima eiusdē mē
sis epulati sunt. Vnde hactenus omnes in orbe terrarum iudei hos celebrant dies: particulas de cōui
uijs inuicē sibi mittentes. ¶ Scripsit etiam mardocheus omnibus sub imperio artarxerxe de gētibus
iudeis quatenus duos obseruarent dies semper eos celebrantes & nepotibus traderent per oīa tē-
pora celebrandos ne aliquando obliuioni traderent quod in his ab aman fuerant perituri: iustūq; es-
se cūvitassent periculum & inimicos punissent honorare eos: gratias offerentes deo. Vnde predictos
dies iudei celebrant appellantes eos conseruatores. Mardocheus autem magnus & clarissimus erat
apud regem. principatumq; eius regebat & potiebatur conuersatione cum regina. Tunc iudei super
omnes libertatis licētia fruebantur. ¶ Hęc quidem sub imperio artarxersis gesta sunt.

Decē filij aman petente hester cruci affiguntur Iudeoꝝ inimici occisi sunt p ꝓ uinciā pmittēte rege.

Dies festi iudeorū quos Mardocheus pręcepit obseruari.

dies Cōseruatores

Sequentia huius vndecimi libri non habentur in biblia sed pro parte in historia scolastica conti
nent in historia lib. de Hester.

¶ Iohanne sacerdote fratrem in templo occidente iudei (tēplo violato) per vagosum Artarxersis qui
ochus dictus est principe in seruitute rediguntur. Succedente Iaddo iohanni in sacerdotio Manas-
ses Isacham alienigenam duxit vxorem vñ iudei indignari eo scilicet tpe quo Alexander patre phi-
lippo a parsaniado interempto regnū suscepit dari principes deuincēs manassem sacerdotij esse par
ticipem & alienę vxori cohabitantem eam iubebant abijcere. Sed eius socer Sanaballach sacerdotij
principatum & templum in monte Garazim promittit ędificaturum. Capi. xiiij.

Histo. sco. c. 2 B

EFuncto autem elyasib principe sacerdotum. iuda filius eius principatum sacerdota
lem suscepit. Defuncto autem & hoc iohannes filius eius honorē suscepit. Porro va-
gosus dux alterius artarxerxe templum violauit & tributa iudeis imposuit. Nec prius
dimisit quotidianas offerre hostias: q̄ pro vno quoq; anno vectigal exigeret: dra-
mas quinquaginta. Hoc autem ex huiusmodi causa contigit. Frater erat iohannis
iesus cui vagosus amicus existens promisit sacerdotij principatum dare. Qua cōfi-
dentia iesus altercatus in templo aduersus iohannem incitauit fratrem vt eum interficeret & perime
ret ausus tantum in templo facinus in fratrem committere: quod nunq̄ apud hebręos nec apud grę-
cos nec apd barbaros ita crudeliter vel scelerate factum est. Vnde nec deus hoc impune dimisit: sed
populum propter hanc causam ad seruitutem redegit & templum violari a persis permisit dicēte va
gosо. Ausi estis homicidium in vestro templo cōmittere: Ego ~~peremptо in templo~~ mundior sum. Et
hęc faciens verba in templū ingressus est. Hac igitur vsus occasione vagosus annis septem pro nece
iesu eos puniuit. ¶ Finiente vero vitam iohanne succedit principatui sacerdotū filius eius iaddus.
C Erat autem huic frater manasses nomine: cui sanabalach missus a dario ad samariā satrapa genere cu
theus ex quibus & samaritę descēdunt. audiens esse clarā ciuitatem hierosolimā & reges eius multa
assyrijs & habitatoribus humilis syrię pericula feciſſe. libēter copulauit suam filiam noie Isacha arbi-
Histo. sco. ca. 4 tus per affinitatē obsidere ei futuram ad fidē gentis iudeorū. ¶ Per idem tēpus & philippus rex ma-
cedonū ~~i egēis~~ a pausania filio ceraste genus ab oreste trahente: insidias passus perimit. Succedens
vero filius eius, alexander imperio trāsijt hellespōtum & duces darij deuicit super ~~gratianicū~~ flumen
confligens cū eis. Cumq; pcucurrisset lidiam & ioniam captiuasset phrigiāq; prędasset ad loca pam-
philię peruenit vt alibi explanatū est. ¶ Hierosolimorū vero seniores indignabant q̄ principes sacer
dotū iaddi frater manasses alienigenę cohabitans vxori sacerdotij particeps existebat. Arbitrantur
enim hoc cōnubium fieri occasionis prestandę volentibus legem transgredi pro vxorum copulatio-
nibus quas ab alienigenis sibi coniungere festinabant. Nam extitisse etiam priorem ciuitatis captiui
tatem per hęc cōiugia mala putabant q̄ multi in his peccassent dum non vxores prouinciales duce
rent. Iubebant ergo manassem disiungi ab vxore: aut non introire sacrariū. Principes quoq; sacerdo-
tum cū populo hoc idigne ferebant. ¶ Manasses autem prohibitus a fratre ad altare accedere ad so-
cerum sanaballā peruenit amare se dicens filiam eius Isacha: sacerdotalem vero honorem maximū
esse apud gentem & ciuitatē & genus iudeorū: neq; velle propter huiusmodi cōiugium sacerdotij pri
uari iure. Itaq; sanabalach non ei solum sacerdotium sed etiam principatum sacerdotij & potentiam

Vagosus prin-
ceps artarxersis
qui & Ochus di
ctus est templū
violauit iudeis
tributa iponēs.

Iadus succedit
iohanni in sacer
dotio.

Manasses Isa-
chā alienigenā
duxit vxorem.
Philippo mace
donum rege a
pausania dolo
pempto succe-
dens Alexāder
regno darij pri
cipes deuicit.

Manasse se phi
bitū ab altari cō
querente ꝓpter
vxorē socer eius
ei sacerdotij pri
cipatū & tēplū
in monte Gara
zin ꝓmittit edi
ficaturū.

as honorem omniũ locorum sibi subiectorum dare promisit.volens suam apud eum filiam suam per manere. Dicebat etiam templum ei edificare instar hierosolimorũ super montem garizim qui altior omnibus montibus samarię apparebat sed hoc facere cum regis darij sententia. His promissionibus eleuatus manasses permansit apud sanaballach principatum sacerdotij arbitratus se accepturum dario cõferente.Nam iam sanaballach vergebat in senium.Adissam quidam qui mediterraneus est tyriorum vicus validissimus gableis semper erat exosus:& hostiliter in eos animatus:tam habitatorum multitudine q̃ sui munitione agens inimicitias satis israelitis multis vero sacerdotibus & israelitis huiusmodi sibi iunctis vxoribus nõ parua seditio hierosolimitas habebat:dum plures ad manassem trã sirent quibus sanaballach pecunias ministrabat, & terram colendam habitationẽq; deputabat: omnibus modis genero suo cõcordans.

¶ Darius (arma ipso contra Alexandrum parante)victus fugit ad persas captis matre & vxore ab Alexandro qui subiugata Sidone ad principem sacerdotum litteras mittens auxilium petit ab eo quo excusante(quia fidei dario dederat sacramenta)minatur ei bellum Ad quem Sanaballach socer Manasse cum octo milibus virorum veniens(desperato dario)amicitiam procurat. Qui annuẽte Alexandro templum edificauit. & manassem ibi sacerdotum principem constituit: & paulopost mortuus est.

Capitulum.xv.

Darius cõtra Alexãdũ arma parat.

Odem tempore darius audiens alexandrum hellespontum transisse: satrapasq; suos super grannicum fluuium pugnauisse. & vlterius accessisse:delectorum equitum & peditum colligens exercitum occurrere statuit macedonibus priusq̃ omnem percurrentes asyam deuastarent. Transiens ergo fluuium eufratem & montem cilicię taurum hostes in cicilia ipse sustinebat:illic eos sperans expugnare.¶ Tunc sanaballach propter discessum darij gauisus illico dicebat manassem ꝓmissa complere:dario post captiuitatem hostium reuertente. Nam credebat non ipse tãtum sed etiam omnes asyam habitantes: nec ad manum belli macedones cum persis propter multitudinem esse venturos. Aliter vero q̃ sperabatur euenit. Nam congressus cum macedonibus rex & victus multamq; partem perdens exercitus.& captis matre pariter & vxore simul & filijs ad persas fugiens remeauit. ¶ Alexãder autem ad syriam veniens damascum cœpit:& subiugata sydone tyrum obsidebat.Litteras vero ad principem sacerdotũ iudeorum misit inuitans eum auxilium sibi mittere & venalia exercitui ꝓparare.& quãta prius dario cõferebat ei ꝓbere.eumq; inuitauit amicitiam macedonũ eligere: ne in posterũ pœniteret.Cumq; princeps sacerdotũ litterarum portitoribus sacramenta dario se dedisse vt nequaq̃ cõtra eum arma portaret:nec posse viuente dario constituta transcendere: alexander incitatus tyrum quidem relinquere non decreuit.paulopost capi futuram.Quavicta:minabatur contra principem sacerdotum gentis iudeorum exercitum ducere, vt oẽs per eum discerent quibus deberent constituta seruare. Quapropter intensius in obsidione perseuerans vastauit tyrum. ¶ Cumq; eam cœpisset ad ciuitatem gazan peruenit eamq; cum duce suo nomine habunasim alias habimasim obsidebat. Arbitratus autem sanabalach oportunum inuenisse se tẽpus dario iam desperato:eligens de suis subiectis octo milia ad alexandrum ꝓficiscebatur:quem repperit inchoantem tyri obsidionem.Cui etiã promisit dare iam loca sub eius potestate constituta:magisq; dominũ ipsum libenter habere q̃ darũ Cumq; se intellexisset grate susceptum confisus iam de ꝓsentibus & fretus.verba sanaballanach offerebat:dicens se generum habere manassem fratrem iaddi principis sacerdotum gentis iudeę: multosq; alios cum eo ꝓsentes ex ea gente quos vellet aiebat sub eo templum constitutis locis edificare.Hoc autem & ipsi profuturũ videretur.vt in duas partes esset iudeorũ potentia diuisa ne eadem concordia gens coniuncta rebellaret aut in aliquo regibus obuiaret: quemadmodũ prius & assyrijs cõtigerat regibus.¶ Concedente vero alexandro omni studio adnixus ędificauit sanaballach templũ & sacerdotẽ manassem constituit maximũ arbitratus ꝓmium ex filia nepotibus profuturũ. Septem autem mensibus in obsidione tyri transactis & duobus in gaza; sanaballach defunctus est.

Victas Darius captis matre & vxore fugit ad psas.

Alexander sub iugata Sidone ad sacerdotũ iudeorũ principẽ mittens lras auxiliũ ab eo petit quo excusante quia dario fidei sacramẽta dederat minat alexãder bellũ.

Sanaballach ãnuẽte Alexandro tẽplũ edificauit & manassem sacerdotem maximũ constituit: & paulo post mortuus ẽ.

¶ Alexandro contra hierusalem arma paranti & ipsam obsidere volentem Iaddus sacerdotum princeps & alij sacerdotes legitimis ornati stolis obuiam deo ꝓcipiẽte processerunt. Qui ꝑter omnium opinionẽ pacificatus nomẽ dei & sacerdotem adorauit.Et iterrogatus a parmenio cur solus sacerdotum principem adorauerũt respõdisse fertur non hunc adorasse sed deum cuius sacerdotij principatu functus est.Quiq; ad templũ ascendẽs sacrificauit & multa donauit sacerdotibus.Et viso danielis libro gauisus est & oẽia petita hebręis q̃liberalissime largitus est. Quiq; ad Sichimã venienti occurrerũt Samaritę quoꝝ natura est iudeos si ꝓsperant cognatos appellare.si autem eos fortuna leserit oino spernere.Sichimitis aũt alexander postulata negat quo mortuo successoribus diuisus est principatus.Et mortuo Iaddo onias filius eius sacerdotium accepit.

Capitulum.xvj.

A Alexander autem capta gaza ad ciuitatem hieroſolymitarũ aſcendere feſtinauit. Quod princeps ſacerdotum iaddus audiens:in pauore eſt cõſtitutus. Multis vero ſacerdotibus in timore conſtitutis moliebatur iaddus quemadmodum macedonibus feſtinus occurreret:rege indignante propter priorem contumaciam. Prẽcipiẽs ergo populo ſupplicationem & immolationem offerre deo ipſe deprẽcabatur ſubuenire genti. vẽturiſq; eam liberare periculis. Obdormiẽti vero poſt ſacrificium deus prẽcepit vt confideret ſertiſq; ciuitatem ornaret:portaſq; protinus aperiret. Et alios quidem cum veſte alba. ipſum autem & reliquos ſacerdotes cum legitimis iuſſit occurrere ſtolis. nil ſeuum ſperantes pati deo prouidente. Cumq; a ſopore ſurrexiſſet valde congaudens nocturnum oraculum omnibus indicauit & quę vidit in ſomno cunctis facere demandans regis prẽſentiam expectabat. Quem audiens eſſe non longe a ciuitate proceſſit cum ſacerdotibus & ciuili multitudine ſacram & maiorem aliis gentibus ei prẽparans occaſionem ad aliquem locum qui ſaphin appellatur:quod nomen latine tranſlatum ſcopulum ſignificat:ex quo loco hieroſolima templumq; potuiſſet videri. Phœnices vero & caldei regem ſecuti putabat quia(quicquid potuiſſet furor imperialis permittere)in ciuitatem ipſe committeret & principem ſacerdotũ ſummis afficeret cõtumeliis. Quod ediuerſo contigit euenire. Nam alexander prouidens multitudinem veſtibus albis indutã antiſtites vero cum biſſinis ſtolis & principem ſacerdotum iacinctina & auream ſtolam habentem ſuper caput cydarin. & ſuper laminam auream in qua ſcriptum erat dei nomen:adiit ſolus & nomen adorauit & principem ſacerdotum primus veneratus eſt. Omnibus vero iudeis vna voce alexandrum ſalutantibus & circunſtantibus regibus ſyrię & reliquis hoc facientem ſtupuerunt: corruptamq; regis mentem putauerunt. ¶ Parmenius alias parmenion vero ſolus eum interrogauit dicens: cur non omni-
B bus adorantibus ipſe adoraſſet principem ſacerdotũ gentis iudeę. Cui ille. Non hunc adorauí inquit ſed deum:cuius principatus ſacerdotij factus eſt. Nam per ſomnium in huiuſmodi eum habitu conſpexi adhuc indio alias odio in ciuitate macedonię cõſtitutus. Dumq; mecum cogitaſſem poſſe aſyã vincere:incitauit me vt nequaq̃ negligerem:ſed confidenter tranſirem. Nam ſe perducturum meum dicebat exercitum & perſarum traditurum potentiam. Ideoq; neminem alium in tali ſtola videns cũ hunc aduertiſſet habens viſionis & probationis nocturnę memoriam ſalutaui. Exinde arbitror diui no iuuamine me directum dariumq; vicíſſe virtutemq; ſoluiſſe perſarum. Quapropterea & omnia quę meo corde ſperantur prouentura confido. ¶ Poſtq̃ parmenio locutus eſt. principem ſacerdotũ honorans occurrentibus reliquis ſacerdotibus ad ciuitatem vſq; peruenit:& ad templum aſcendens ſacrificauit deo ſecundum ſacerdotis oſtenſionem. Ipſe autem principi ſacerdotum & reliquis ſacerdotibus munificenter multa donauit. ¶ Allato vero ei volumine danielis in quo ſcriptum erat quendam greco-
rum perditurum perſarum potentiam. arbitratus ſeipſum eſſe quem ſcriptura ſignificabat gauiſus eſt Tunc quidem multitudinem dimiſit. ¶ Poſtero autem die conuocans eos iuſſit petere quas vellent donationes accipere. Principę vero ſacerdotum petente vt liceret patrijs vti legibus & ſeptimum annum ſine tributis eſſe mandaret omnia conceſſit. Cumq; ab eo poſtulaſſent vt iudeos in babilone &
C mediagẽte prẽciperet ſuis potiri legibus: promiſit libẽter facere quę poſcebãt. Dicẽte vero ipſo ad multitudinem ſi quis eligeret ei militare permanens in patrijs legibus & ſecundum eas viuens paratum ſe eos ducere:ſe pugnaturos cum eo dixerunt. ¶ Igitur alexãder ita diſponens hieroſolymam. duxit ad reliquas ciuitates exercitum. Et omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus ſamaritę metropolim tunc ſichimam nomine habentes poſitam iuxta garizim montem in qua trãſgreſſores habitant iudei videntes ab alexandro ita iudeos magnifice honoratos: coacti ſunt iudeos ſe fateri. ¶ Nam huiuſmodi naturę ſamaritę ſunt:ſicut prius alibi demõſtrauimus In calamitatibus merſos negant iudeos eſſe cognatos veritatem confitentes:& cum viderint clarum eis aliquid oblatum tũc ſolos ſe iudaico generi profitentur originem ſuam a nepotibus ioſeph effraim & manaſſem recenſentes. Tunc ergo claritatem & multum oſtendentes animi ſui affectum:occurrerunt regi paulominus q̃ hieroſolymitę. Cumq; laudaſſet eos alexander: ſichimitę adierunt eum cum militibus quos ad eum ſanaballach tranſmiſſerat petentes vt ad ciuitatem peruenirẽt:& templum apud eos poſitum honoraret. Qui reuertens ad ipſos ſe venire promiſit. Petentes autem tributorum ſeptimi anni conceſſionẽ nam neq; ipſi ſeminant in eo conſuluit qui eſſent qui talia poſtularent. Cumq; reſpondiſſent hebreos ſe quidem eſſe:ſichimitas autem a ſydonijs nuncupari:iterum interrogauit vtrum iudei eſſent. Illis autem dicentibus non eſſe:ego inquit hęc iudeis cõceſſi. Sed reuerſus quidem a vobis certius edoctus quę viſa fuerint agam. Et ſichimitis quidem ita poſtulationem negauit. ¶ Similiter vero milites ſanaballach ſequi prẽcepit ad ęgyptum:ibi daturum ſe eis iugera terę promittẽs. quod & poſtea fecit the baidam cuſtodire prouinciam eis iniungens. ¶ Igitur defuncto alexandro principatuq; a ſucceſſoribus eius diuiſo:templum ſuper garizim montem permanſit. Et ſi quis culpam habuiſſet apud hiero-

Iaddus ſacerdos & alij legitimis ornati ſtolis ꝛc. prẽcipiente cum populi multitudine.

Alexandro hieroſolymam obſidere feſtinãti obuiã proceſſerunt q̃ pacificatus nomen dei & ſacerdotem adorauit

Interrogatus eũ Alexãder cur ſolus principem ſacerdotum iudeorum adorauit reſpondit nõ hunc adoraſſe ſed deũ cuius principatu ſacerdotij fũctus eſt.

Alexãder ad tẽplum aſcendens ſacrificauit & mlta donauit ſacerdotibus.

Alexander ad ſichimam metropoli ſamarię venienti Samaritę obuiam veniunt inuitantes vt tẽplũ eorũ viſitet.

Sichimitis poſtulata negat.

Mortuo Alexãdro principatus ſucceſſoribus diuiſus eſt. &c.

solymitas aut de cibo illicito seu de transgressione sabbatorum aut de huiusmodi peccato:ad sichimi tas recedebat dicens se iniuste culpari. ¶ Defunctus est autem illo tempore princeps sacerdotum iad dus & onias filius eius principatum sacerdotalem susceptit. In his constituti hierosolymitę degebant. D

Explicit liber vndecimus.

¶ Incipit liber duodecimus qui continet tempus annorum centum septuaginta.

ISTA Vsq; ad.x.c.non sunt in biblia sed partim in histo.sco.circa finem histo.Hester.

¶ Diuiso Alexandri imperio post eius mortem in multos principatus ptholomeus Lagi filius ęgyptum possidens hierusalem dolo sub sacrificij specie die sabbatorum(non resistētibus iudeis)sine labore capiens crudeliter ibi dominatus est & multos Iudeos a Iuda captiuos migrauit ad ęgyptum. Tuncq; orta est contentio pro templo inter iudeos & Sichimitas. Capitulum primum.

Diuisio imperij alexādri in multos principatus quos tenuerunt successores Antigonus Seleucus Lisimachus cassander ptholomeus.

Ptholomeus lagi filius hierusalem dolo sub sacrificij specie die sabbatorum accipiens crudeliter dominatus est

¶ Ptholomeus multos captiuos a iudea habens ad ęgyptum cō migrauit.

Contentio inter iudeos & Sichimitas pro tēplo.

ALexander rex macedonum vbi regnum persarum dissoluit iudeamq; dispposuit vt prędictum est a vita discessit. ¶ Cumq; multos pricipatus sui successores reliquisset antigonus quidem asyam apprehendit:seleuchus autem babilonem gentesq; vicinas obtinuit:lisimacho cessit helespontus:macedoniam rexit cassander:ptholomeus filius lagi ęgyptum possedit. Qui dum aduersum se seditiones haberent. suumq; dilatare principatum contenderent:diuturnis bellis ciuitates cōcusse multis suis ciuibus inter certamina pereuntibus ingemiscebant. ¶ Tunc & omnis syria sub ptholomeo filio lagi(qui saluator nuncupatur)contraria sui nois est perpessa. ¶ Nāq; hic etiā hierosolymorum depugnauit fraudibus & dolis ciuitatem die sabbatorum ingressus sub specie sacrificij nequaq̄ iudeis resistentibus quoniam hostile nihil existimarēt:& ideo ociose vel insuspecte segnes essent. Qui cū sine labore ciuitatem apprehendisset crudeliter eis dominabatur. ¶ Testis est oratioui mee ouidius sabatharcides:qui successorum alexandri facta conscribens superstitionem nostrā pro qua libertatem amisimus exprobrauit cū hęc diceret. Est gens quę iudea dicitur.ciuitatem munitam & magnam hierosolymam detinens quę contra ptholomeum regē arma sumere deuitauit. & propter superstitionem seuissimum dominum pertulit habere. Sabatharcides quidē hęc de gēte nostra conscripsit. ¶ Ptholomeus vero multos captiuos a montanis iudeę vel a vicinis locis hierosolymorum id est a samaria vel a garizim trahens ad ęgyptum cōmigrauit. Sed cū cognouisset eos quos ab hierosolymis abstraxerat.firmos iurisiurandi vel dei cultores existere cū alexandro legationē ad eos mittenti sic respōdissent.dario viuente cōtra eū nequaq̄ arma sumere.post darij expugnationem multos ad castella deputauit.& pariter cū macedonibus alexandrię ciues statuit fidēq; ab ipsis accepit vt nepotibus suis societatem custodirēt cū & alij nō pauci iudei spōte ad ęgyptū peruenissēt opulētia locorū ptholomeiq; munificētia iuitati:quorū nepotes seditiones cōtra samaritas dum suę gētis patriā oblationē seruare festinarēt excitabāt. Nā hierosolimitę defendebāt dicētes suū tēplū sanctum existere & immolationes illic trāsmitti oportere. Sichimitę vero ad garizim montē destinari videbāt. Sco.histo.c.6 E

¶ Mortuo ptholomeo saluatore qui alio nomine ptholomeus sother dictus est ptholomeus philadelphus eius filius regnum ęgypti obtinuit librorum cupidus bibliotecę suę demetrium prefecit. Quiq; pro habendis codicibus hebręis sacerdotum principi. Eleazaro rescripsit nuncios mittēs maximis cum munenbus.Iudeos quoq; procurante aristeo captiuos liberat militibus qui eos captiuauerant precio ex ętario proprio liberalissime soluto Sanxionis insuper iudeorum liberationis exemplū ad manifestandum posteris regis munificentiam decreuit custodiri. Capitulum secundum.

Philadelphus post ptholomeum patrē regnū ęgipti tenuit studiosus legem iudeorum iterpretatus est & hierosolimitas in ęgypto a seruitute liberauit.

Rege sacerdotū principi pro hebręis libris habēdis scribente aristeus captiuorū iudeorumlibera tionem ,pcurat.

DOst decimum vero & secundum annum imperij alexandri.& post quadragesimum ptholomei saluatoris regnū ęgypti philadelphus obtinuit per annos triginta& nouem. Qui & legē iudeorum interpretatus est:& famulantes in ęgyptum hierosolymitas a seruitutis vinculo resoluit vsq; ad centum viginti milia ex huiusmodi causa. ¶ Demetrius autem phalareus super bibliothecam regis constitutus dum studeret omnia per vniuersam terram inuenta volumina congregare & acquirere si quid audisset dignum industria vel voluntate regis quem erga codicum collectionem munificenter accendi cognouerat:interrogatus a ptholomeo quot milia codicum haberet cum viginti milia iam respondisset sed pauco post tempore vsq; ad quinquagita milia posse peruenire & nō ciatum sibi diceret multa apud iudeos legum eorum esse conscripta studio vel bibliotheca regali digna. quę figuris litterarum vel sermone eorum composita laborem non paruum prębererent si in grecum mutarentur eloquium cum videantur Syrorum litteris simile esse eorum figurę equa pronūciatione vocis.nihil ergo inquit prohibet tuarum pecuniarum sumptus interpretari.dum in bibliotheca tua eorum quoq; leges contineantur. ¶ Igitur rex optima demetrij sentētia delectatus per quam studium suum multos colligendi codices demonstraret.scripsit principi sacerdotū gentis iudeę hęc fieri demādās Aristeus alias Aristeus autē amicus regi necessarius propter humilitatem morum ab eo F Hysto.sco.c7

dilectus cū ſepius ante niſus eſſet petere ptolomeū quatenus dimitteret captiuos iudeos qui ſub im
A perio eius eſſent:tempus hoc petitionis proſperū arbitratus ante loquitur primatibus cuſtodū regij
corporis ſoſibio tarentino & andreę vt ſimul laborarent de quibus petiturus regem accederet.Quo
rum ſententia confirmata. cum huiuſmodi ſermonibus regem adijt dicens.Minime rex oportet va
na nos ſpe negligentes decipi:ſed veritatem intimare.Nam ſi legem iudeorum non tantū tranſcribe Ariſteioō ad re.
re:ſed etiam interpretari pro tua gratia ſtudemus.qua ratione poſſit hoc fieri tot iudeis in regno tuo gem pro libera.
ſeruientibus quos benignitate tuę muni ficentię decet a preſenti iugo ſeruitutis abſoluere.ac deo qui tione iudeorum
leges expoſuit pro tui regni tutela remittere.Nam cum multa ſepius indagaſſem.cognoui eos factorē
oim deū colere(quem nos zena id eſt iouē nominamus)qui oibus indulget.zena hoc eſt viuere.Qua Laudat iudeo.
propter ad honorem dei quem maxima religione placant liberos eos patrię moribuſq; ſuis reſtitue. rum legem.
¶ Cognoſce tamen princeps me nec affinem eis eſſe nec ab eadem genitum natione vt pro illis hęc
ſuggeram.ſed dum oim hoim factorem deum ſcirem ſuauiter ſuos benefactores amplecti ad hāc pe
titionem perueni. ¶ Poſtq̄ hęc ariſteus locutus eſt & rex in eum hylari & rideti vultu conſpexit. quā
ta inquit arbitraris milia poſſe dimitti.Tunc andreas reſpondit dum interfuiſſet & dixit paulopluſ q̄
centum milia poſſunt exiſtere.Non paruam inquit a nobis ariſteę donationem poſcis. Soſibio vero
cum preſentibus dicente dignum eſſe ſuę munificentię ſi deo qui regnum ei donauit has gratiarum
vices offeret.Rex ſapienti vſus conſilio ne contra milites qui eos captiuauerant facere videretur &
quorum ſtipendia captiuorum abſolutione minuividerentur de ſuo eos erario redimere ſtatuit dum
militibus merces annonę preſtaretur & pro ſingulo captiuo apud eū conſtituto dragme centū vigin Maxima regisli
ti darentur.De quibus etiā precepta proponere promiſit per quę munificentiā ſuā& ariſtei petitionē beralitas qui ex
cōfirmaret. ¶ Propterea volūtas dei affuit per quā non tantū illos qui a patre eius vel exercitu illius ,pprio erario ca.
B tranſlati fuiſſent verū etiam illos qui ſub regno eius extitiſſent abſolutioni donarent vel ſi qui poſtea ptiuos iudeos re
ſuperueniſſent pro quorū redēptioue pluſq̄ quadraginta talēta ſunt a rege largita. ¶ Vnde exēplum dimēs liberos p.
ſanctionis ad manifeſtandā poſteris regis munificētiam cuſtodiri decreuerūt quod erat huiuſmodi. miſit recedere.
Quicunq; ſub noſtri patris imperio militantes ſyriā & phœnicem cum eo iudeamq; vaſtauerūt & ca Sāctionis exem
ptiuos adductos ad noſtras ciuitates & prouincias vendiderunt hos & qui olim ſub meo regno exi. plum pro libera
ſtunt &ſi quos nunc ſuperduxerūt dimittāt:pro ſingulo corpore accipiētes dragmas centū vigiti.Et tione captiuorū
milites quidē cū annonis ſuis.reliqui vero a regali mēſa redēptionis preciū accipiāt.Arbitror em̄ eos
ſine volūtate patris mei cōtra iuſticiā deprędatos prouinciāq; eorū fuiſſe vaſtatā vnde & multos mi,
lites profeciſſe cognouimus dum ad ęgyptum eos traducerent.Iuſtū ergo conſpiciens miſereor eis&
iubeo conſtitutos in ſeruitute iudeos oēs dominis eorū antedictam accipiētibus ſummā abſolui:nec
quemq̄ in hac re fraudā quandā agere:ſed his potius conſtitutionibus obedire.Diſpoſitiones autem
meas precipio ex quo miſſe ſunt per ttes dies proponi quatenus ad iudices dñi cōueniāt.corpora ſta
tim oſtēdētes..Hoc em̄ credo meo profuturū imperio. Cōtumaces vero liceat cuiq; volēti intimare.
quatenus eorū ſubſtātię regijs poſſeſſionibus ſociētur. ¶ Cū hęc ſanctio regi lecta fuiſſet & viſa eſſent Modus diſtribu
oia iuſte decreuiſſe tm̄ vero deeſſe de abſolutione priorū & horū q poſtea dicti iudei fuiſſent:ipſe de tionis pecunia.
C his ſua liberalitate precepit. ¶ Preterea ſciēs ſubitaneā diſtributionē difficilē exiſtere iuſſit rerū mini rum.
ſtris & regis ſacellarijs pecunias ſe ponere.Quo facto itra ſeptimū diē oia regis p̄cepta ipleta ſunt: &
talēta ſuper quadrigēta ſexagita pro redēptione partita cognoſcūtur dū & pro infantibus dñi cētū vi
giti dragmas exigerēt:ſicut rex ,p his demādaſſet.ſcribēdo ,p ſingulo corpore p̄dictā ſummā exhiberi.
¶ Demetrius bibliotecę prefectus regem ptolomeum pro tranſcribēdis codicibus hebręis ad bi
bliotecę conſummationem mouet vt legiſlationem Iudaicam quę a deo videtur fuiſſe data figuris
hebraicis conſcriptam exponi procuret non prophanis linguis cum ſancta ſit ſedvt principi ſacerdo
tum ſcribat quatenus ſeniores ab vnaquaq; tribu legum peritos ad eius explanationem tranſmittat.
Quod precepit rex fieri & eius epiſtolam in hoc capitulo inueniens.Et eleazari ſacerdotum princi,
pis reſponſionem qui regis receptis muneribus quorum deſcriptionem potes videre ſeniores qui &
ſeptuaginta more ſacrę ſcripturę dicuntur licet fuerint ſeptuaginta duo mittit ad regem.Capitulū.iij.

Vm hęc ſecundū regiam voluntatē munificenter diſpoſita fuiſſent:iuſtū viſum eſt deme. Nichil a regibus
trio de iudaicis codicibus trāſcribādis eius allegare decretū.Nam nihil fruſtra a regibus di fruſtra diſpēſan
ſpēſatur.ſed oia cū multa diligētia gerūtur.Quapropter allegationis vel epiſtolarū exēplū dum.
deſignauimus & ornamētorū trāſmiſſorū multitudinē:& quicquid in vnoquoq; cōſtructū Exemplum alle
eſt.Vnde poteſt optime opificum ars proſpici & vaſorum oim excellentia agnoſci.Allegationis autē gationis deme.
huiuſmodi probatur exēplum.Maximo regi demetrius Precipiente te o princeps de his quę hacte. trij pro iudaicis
nus ad conſummationem bibliotecę deſunt quatenus colligātur.& de his quę corruerūt vt debitā di codicibus tran.
ligentiā impetrarēt omni ſtudio vſus in his ad notitiā veſtrā perduco legiſlationis iudaice volumina ſcribendis.

nobis cum alijs deesse. Nam figuris hebraicis & voce gentili conscripta: inexplanabilia nobis existūt

Nota sanctitatē legis quę p phanis linguis exponi nō debet ideo male fecerūt biblię laica lingua traductores fierunt theopōpus & theothecus quorum alter amēs est factus alius vero cecus.

Contigit etiam minus diligenter eam quā habent transferri. dum regalem prouidētiam minime percopisset. Necessarium tamen est hęc te cautius exposita reponi. Nam sapientissima & integra legislatio sic adeo videtur data existere. Quapropter inquit cautius abdita a poetis seu conscriptoribus historiarum millatenus meminisse eius nec virorum qui scilicet secundum eiusdem lationis prȩcepta vixerunt. quod casta nimis existeret: ac non oporteret eam prophanis linguis exponi. Si videtur ergo rex scribe principi sacerdotum gentis iudeę quatenus trasmittat seniores ab vnaquaq; tribu legū peritos vt cum ab eis codicum explanationem & consonantiam cognouerimus & interpretationis rerum cautam expositionem acceperimus: dignos codices tua voluntate reponamus. ¶ Igitur tali suggestione facta rex prȩcepit vt scriberet de his eleazaro principi sacerdotū gentis iudeę: simul etiam de absolutione seruientium apud eos iudeorum. Prȩpterea mandaret ei quod transmisisset ad faciēdas crateras & libatoria pondo auri talenta quinquagita: lapidum vero prȩciosorum inestimabilem multitudinem: denunciāns etiam custodibus archarum in quibus lapides seruabantur vt electionem illorum darent opificibus: quatenus quos vellent ad speciem operis tollerent: necnon imperauit vt pecunię pro immolationibus & reliquis causis centum talenta darentur sacerdoti. Narrabo igitur facturas & modum constructionis eorum cum declarauero exemplū epistolę principi sacerdotum eleazaro a rege conscriptę. qui principatus honorem pro tali causa suscepit. ¶ Defuncto principe sacerdotum onia filius eius symon successor extitit. qui iustus est appellatus propter pietatem quam in deum & fauorem quem erga regem habuisse videbatur. Quo mortuo & filium infantulum relinquente nomine oniam frater eius eleazarus de quo sermonem facimus principatum sacerdotij suscepit: ad quē

Symō iustus quare dictus sit.

Epistola ptolomei philadelphi ad eleazarum sacerdotum principem.

ptolomeus huiusmodi litteras destinauit. ¶ Rex ptolomeus eleazaro principi sacerdotum salutem. Multis habitantibus in imperio meo iudeis quos perse (cum potētes fuissent) ad captiuitatem traxere. eorum aliquos pater noster ad militiam maioribus stipendijs deputās hortatus est: alijs autem in ęgyptum cum eo ambulantibus castella & eorum custodiam demandauit. vt sint ęgyptijs in terrorē Cum vero ego principatum suscepissem. omnes clemēter tractaui prȩsentes ciues tuos quorum plus centum milia captiuos & seruientes remisi: possidentibus eos pro redemptione persoluens. Et tatibus autem vigentes numeris militaribus designaui multosq; qui mihi vel aulę potuissent seruare fidem in palatio constitui. arbitratus deo iocundum pro mea prouidentia votum hoc ei maximum deuouere. Porro volens & istis & omnibus per vniuersam terram iudeis prȩstare. leges vestras litteris grȩcis ab hebraicis translatas in nostra bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies eligendo viros optimos seniores sex & ab vnaquaq; tribu dirigendo: qui per etatem legum sint periti: valeātq; interpretationem earum caute nobis exponere. Nam opinor his perfectis maximam nobis gloriam prȩparari. Transmisi vero qui deberent de his vobiscum disputare andream primatem custodum mei corporis & aristeum mihi dilectissimos: per quos etiam primitias votorum ad templum & pro immolationibus & alijs rebus transmisi talenta centum. Tu autem manda nobis quę volueris fieri: quod gratius amplectemur. ¶ Cum regis epistola eleazaro fuisset porrecta: nimiū liberaliter ad eum ita rescripsit. Princeps sacerdotum eleazarus: ptolomeo regi salutem. Valentibus vobis cum arsinoe regina vel filijs bene nobis omnia constant. Cum vero epistolā suscepissemus satis de tua voluntate gauisi sumus Congregantes autem multitudinem legimus eam: quatenus ostenderemus eis quam pietatem erga deum habes. Demonstrauimus etiam pateras quas misisti aureas viginti argenteas triginta: crateras quinq; mensam dedicandam. & quę directa sunt pro immolatione vel renouatione eorum quę templo desunt talenta centum deportata per andreā & aristeum carissimos tibi amicos viros optimos & doctrina prȩcellētes tuaq; virtute dignos. Cognosce vero nos pro tuis vtilitatibus & prȩter naturam aliquid velle pati dum reddamus tuis beneficijs quę multipliciter in nostros ciues largiris. Statim etiā pro te tuaq; vxore vel filijs hostias obtulimus: & multitudo vota persoluit vt vobis eueniant quę desideratis. & tuus principatus in pace custodiatur Ad interpretandum vero legem quam pro tuis commodis accipere postulas elegi viros seniores sex ab vnaquaq; tribu. quos direximus legem ferentes. Erit autē vestrę pietatis vel iustitię vt post legis transcriptionem ad nos eā caute cum portitoribus remittatis Vale ¶ Hęc quidē princeps sacerdotū rescripsit. Mihi vero nō est necessariū visū septuaginta seniorū ab eleazaro missorū noia declarare. licet intimata sub epistola fuissent. Vasorū tamē magnificentiā & cōstructionem quam deo rex direxit nō incongruum exponere putaui quatenus omnibus munificētia regis erga deū dilucidetur. Siquidē ipse largos sumptus in hęc prȩstitit & semper opificibus opera trāsmittebat: nihil cōstrui desidiose cōcedēs. Quos de singulis quales fuerit munificētia narrabo. quāuis historia narrationē eorū minime deposcat. Regis ēn munificentiā vel diligentiā ita legētibus arbitror aperiri. Prius autē de mensa differemus. Igitur habebat rex in proposito suo valde

Querit rex sex seniores de vnaquaq; tribu pro expositiōe legis

Epistola responsiua eleazari ad regem.

Maxima dona ptolomei hebrę orum templo.

Hij sunt septuaginta interpretes q licet sint. lxxij tamen more scripturę quę modicū numerum sup aliquā summam super excrescentem tacet/ dicuntur septuaginta.

D

Hysto. sco. c7

E

F

A maximam menſam conficere. Prȩcepit autem dedicatę in hieroſolymis menſę quantitatem cognoſcere.ſi poſſet maior fieri.Cumq; percepiſſet qualis eſſet illic conſtituta:& quia nihil prohiberet maiorem conſtrui dixit duplam magnitudinē ſe facere.ſed timere ne miniſterio pro magnitudinis quātitate inutilis fieret Nam non eam tantum ad ſpectaculum deuouere.ſed etiam miniſteriis habilem voluit dedicare.Quapropter arbitratus mediocrem priorem menſam auri inopia confectam magnitudine quidem ſuperari priorem noluit:varietate vero vel pulchritudine materiali clariorem confi cere iudicauit.Sagax ergo ad diſcernendam variam rerum naturam erat:& inuenire nouas ammirādaſq; naturas.Quę ſine deſcriptione fuiſſent horum ipſe prudenter inueniebat effectum & oſtendēs artificibus ita perfici enunciabat quę vero deſcripta fuiſſent eorum cautam ſimilitudinem euidenter opifices imitarentur. ¶ Promiſſa ergo complentes menſam deſcribere feſtinemus.Huius duorū ſemis cubitorum longitudinem latitudinem vnius altitudinem vnius & ſemis conſtruxerunt totam.de auro formantes eam.Coronam quidem in palmum conferūt frontiſpicia vero verſatilia ſculpturam habentia ornatam ſpecie reſtis ex tribus partibus mare ſimilantis.Triangulis enim exiſtentibus frontiſpiciȷs.vnuſquiſq; angulus eandem diſpoſitionem formę habebat.Quę dum verterentur:vnam& non diuerſam ſpeciem demonſtrabant. Coronę porro pars quę ſub menſa erat incluſa: pulchre conſtructa fulgebat.Pars autem quę de foris apparebat artificiȷ decore plus ſculpta ſplēdebat:quia viſui vel ſpectaculo patebat.Vnde proceritate partium lambarum acutam fieri contigerat:ne nullus angulus trium vt prędiximus exiſtentium in tranſductione minor videretur.Diſpoſitivero erant in modū funium torno factorum prȩcioſiſſimi lapides: aureis ſperulis per foramina concluſi. Partes autē quę per latera coronę cernebantur:in ſpeciem ouorum optimo lapide factorum figuratę nitebāt ſculptu

B rę virgulas,imitare quę ſpiſſe circa menſam voluebantur Ouorum autem diſpoſitioni circunduxerunt opifices tornatam omnium fructuum naturam:vuas pendentes:ariſtas ſurgentes malagranata concluſa Lapides autem ſecundum genus prędictorum fructuum ad propriū vniuſcuiuſq; colorem formam:circa totam menſam ex auro ligauerunt.Sub corona quoq; ouorum ordo ſeu virgarum cōſtiterat vt ex ambabus partibus eandem operis varietatem cauſamq; ſpecies menſę conſtructa proferret ne frontiſpiciorum vel coronę poſito in ālтera parte menſę conuerſa fieret diuerſa ſed eadem vſq; ad pedes facieſq; operis extenderetur.Nam ductile aurum quatuor digitis latum ſecundum totam menſę latitudinem ſuper quod pedes eius imponerent fecerunt deinde ſperulis & clauſuris eos cum corona menſę conſtruxerunt vt eundem artificiȷ & magnificentię viſum prębereṅt in quamcū q; partem menſa conuerteretur.Super menſam autem meandrum fluuiuṁ ſculpſerunt: lapides prȩcioſiſſimos in medio eius tanq̄ ſtellas vario colore ponentes.Nam carbunculum vel ſmaragdum iocundo aſpectu fulgentes miſerunt:alioṙumq; genera lapidum qui vel induſtria vel emulatiōe digni per excellentiam naturę cunctis exiſtunt.Poſt meandrum autem completum in ſpeciem funus quidam circunferebatur. in medio figuram ſublongam & rotundam habens.Super quod criſtallinus lapis eratvel electrus impoſiti pari penę formarum aſpectu.qui delectationem miram intuentibus prę ſtabant.Capita vero pedum eius ſimilia aliȷs fabricauerunt curuationem brachiorum habentia ſub

C menſa reflexam:intus vero rectum inſtar lilij germen videbatur quos lapis carbunculus in palmū factus figuram crepidinis oſtendens & latitudinem octo digitorum habens ſubſtentabat.Nam ſuper eum omne pedum pondus innitebatur. Sculpſerunt etiam tenuiſſimo vel laborioſiſſimo torno vnūquemq; pedum in quibus hedere vel vitis palmites cum vuis exiſtentibus eminebant vt nihil a veris diſcepare putarentur.Siquidem ad aure flatum per tenuitatem & extenſionem ſummitatis ſuę cōmotę:ymaginationem naturalium arte prębebant.Verumetiam figuram totius menſę tribus tabulis conſtruxere compagine partium in inuicem ita colligata vt inuiſibilis exiſteret nec intelligeretur eorum inſertio.Craſſitudo vero menſę non minus dimidio cubito dinoſcitur fuiſſe . Talis ergo votiua menſa multa regis munificentiavel prȩcioſitate materię ac varietate pulchritudinis & induſtria artificum ſtudioſe perfecta eſt. Et licet magnitudine prioris deo deuotę menſę non diſtaret.artificio tamen & nouitate vel claritate facture valde melius & ſplendidius elimata fulgebat. ¶ Crateres etiam duos aureos ſculpturam viperam ab inferiori parte vſq; ad cingulum habentes lapidibus variȷs in ſquama concluſis.de hinc ſuper eos fecerunt meandrum altum cubito compoſitione lapidum diuerſorum ſpecie magna fulgentem in quo virgarum ordo inſtabat de quibus complexionibus ſimilis vſq; ad labrum protrahebatur.Per medium quoq; quatuor cubitorum ſculpta pulchris lapidibus inſerta decorem cratherum oſtendebant.Quorum labra liliorum foliȷs & vuarum floribus in orbem productis corona complectabatur.Et aureos quidē crateres duos capientes vtroſq; amphorā huiuſmodi conſtruxerunt.Argenti vero clariorem ſpeculis ſplēdorem emittebant vt certius in his facies aſpicientium viderentur. ¶ Inſuper fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide prȩcioſo:& circun-

Deſcriptio mēſę

Deſcriptio menſę aureę.

Craterum deſcriptio.

Patherarum deſcriptio & numerus.

date foliis edere vel brateis quasi vitis celatura artificiose obumbrabantur. Hęc autem ideo fiebant quod per scientiã opifices arte mira reliquos ãnte irent: & multomelius studio vel munificentia regis formabantur. Non enim tantum incessanter & large artificibus impendia prestabat quantum etiam publicorum negotiorum relictis regiminibus ipse operãtibus semper instabat: & frequenter artifices visitabat. Quapropter opera artificum diligentia regis & industria feruẽte: propensius imminebant. D

¶ Eleazarus (receptis Iocalibus regis) portitores eorũ honorans dona regi deportãda remisit. rex autem (cum seniores venissent cum voluminibus in quibus litteris aureis conscriptę leges continebãtur) ammiratus maximo delectatus gaudio prorupit in lachrimas quos honorifice recipiẽs (diem aduentus eorum per totum vitę tempus celebrem habuit) epulari secum fecit & hospitia in arce deputauit vnumquemq; eorum naturales percunctatus quęstiones caute illis ad singula respondentibus gauisus est & per duodecim dies illis instruxit cõuiuiũ iussitq; singulis tria dari talenta & ipsis ad deputata diuersoria adductis opus interpretationis septuaginta diebus perfecerũt. quod nemo neq; historiographus neq; poeta ausus est cõscribere demetrio regi iudicante. qualiter Theopomphus volens de his aliquid cõscribere fit plus triginta diebus mente turbatus. Et theothecus tragedicus poeta cecus factus remisit itaq; eos rex cũ muneribus muneraq; per eos sacerdotũ principi. Capitulũ. iiij

Eleazarus receptis iocalibus a rege dõa regi deportanda dedit portitoribus.

¶ Vmq; ad hierosolymam transmissa vota ptolomei fuissent & princeps sacerdotum eleazarus ea dicasset: portitores eorum honorãs donaq; regi deportanda prestans ad eum remisit. ¶ Ergo postq̃ alexandriam peruentum est & ptolomeus presentiam eorum cũ septuaginta senioribus audiuit statim ãndream & aristeum legatos vocari precepit. Qui venientes epistolas quas a principe sacerdotum deportauerant obtulerũt: & ea quę verbis eos disserere iussérat dixerunt. Studens autem colloqui senioribus ab hierosolymis propter interpretationẽ legum directis diuersos quidem qui pro suis causis aduenerant denũciauit dimitti: mirabilem hãc & preter cõsuetudinem faciens dimissionẽ: vt qui propter huiusmodi causam adducebãtur. post quintum diem eum audirent. Legati vero post mensam a rege tũc dimissi illos ab eleazaro destinatos expectabat.

Litteris aureis scriptas leges apportauerunt seniores regi ptolomeo.

¶ Dumq; seniores cũ donis quę regi deportanda princeps sacerdotũ eis dederat aduenissent: cum voluminibus transierunt. in quibus litteris aureis conscriptę leges cõtinebantur. Et rex eos de codicibus percunctatur. Cũ vero reuelarent & ostenderent tenuitatem mẽbranę vel incõprehensibilem eorũ compaginẽ: rex miratus est q̃ ita fuissent cõpacta. E

Receptio honorifica seniorum a ptolomeo.

¶ Dũq; hoc diu fecisset gratias inquit ago vobis quidem q̃ venistis; maiores vero illi qui vos destinauit: sed ante oẽs deo cuius he leges venerande probãtur. ¶ Cumq; clamassent seniores vel hi qui presentes erant orãtes regi prospera diuinitus euenire: nimiũ delectatus prorupit ad lachrimas. Nã sepius natura hoc summo gaudio patitur quod etiã dolentibus solet accidere. Tũc iussit codices primatibus officij designari. Viros autem osculatus equum duxit esse primũ ad eos facere sermonẽ pro quibus essent vocati: immo & diem quo adducti fuissent ad eum clarum singulis annis per totum vitę suę tẽpus se celebrare promisit. Nam euenit eũdem esse presentie illorum & victorię diem quo & antigonũ nauali prelio vicerat. Epulari etiam secum eos precepit: hospitiaq; in arce denunciauit eis oia deputari.

Dies aduẽtus seniorum solemnis apud ptolomeum. &c.

¶ Nichanor autem super susceptionem peregrinorum constitutus dorotheum vocãs qui de his curam habebat. iussit singulis necessaria parare. Nam ita dispositum a rege fuerat vt alimenta quibus singulę ciuitates vtuntur exhiberentur indulgenda consuetudini peregrinorum ad eos venientiũ & oia eis pararentur quatenus cibis solitis magis delectarentur: ne forsan corrupti extraneis grauarentur. Quod & circa istos effectum est. Dorotheo vero quem pro sinceritate vitę super hęc rex constituerat per quem & prępararat oia quę ad huiusmodi conuiuia conuenirent hęc implente in duas partes eos discumbere precepit: partẽ quidem mediam eorum ad dexteram suam reliquos autem post eius accubitũ: nihil prętermittẽs quod ad eorum honorificentiam pertineret. Postq̃ autem ita discubuerunt fuissit dorotheo solita ministrare: quibus oẽs iudei ad eum venientes vtebantur. Tunc itaq; sacros precones & immolatores & alios qui vota offerrent recusauit: & vnũ de senioribus noie heliseum sacerdotem existentem rex petuit facere orationem Qui in medio stans regi bona & subiectis eius optauit. Et post plausus cum gaudio & clamore oĩm surrexit: & residentes ad epulationes & delitias paratas se cõtulerunt. F

Nichanor ordinatus cum dorotheo ad susceptionẽ peregrinorum.

Helyseus sacerdos fecit orationem.

Interrogat rex istos seniores q optime responderunt.

¶ Pręterea autem rex quantum satis ei visum est cœpit philosophari & vnumquemq; eorum naturales percunctari sermones: & ad contemplationẽ quęstionis accendere. Caute illis ad omnia respondẽtibus que eis obiecta essent & explanantibus: gauisus per duodecim dies hoc conuiuium instruxit. ¶ Et qui vult singula cognoscere quę in conuiuio parata sunt: legat volumina aristei quę propter hęc conscripserat & agnoscet. Mirante vero eos non tantum rege sed etiam Menedino philosopho dicẽte omnia per prouidentiam dispensari ideoq; virtutem & pulchritudinem videre: sermonem destitit. rex quidem de his facere dicebat autem maxima sibi bona per presentiam eorum fieri. Nam pro fuisse ei quod

Liber aristei de conuiuio regis.

Il sermone

A didicisset ab illis. quemadmodum deberet regnare. ¶ Iussitq; dari singulis talenta tria & deputauit illis qui eos perducere ad diuersoria deberent. Postq̃ vero tres excesserunt dies congregans eos demetrius: transiit ad studium maris. Et vnum transiens pontem abiit ad partes aquiloni coniunctas. ¶ Consiliumq; fecit in domo prope littus stante & apta secretis. & ad cogitationem negotiorum. Vbi eos perducens petebat omnia quę opus habebãt ad legis interpretationem ipsis presentibus: vt incessanter opus implerent. Cumq; illi munificenter & laborioſe cautam interpretationem facerent. vsq; ad horam nonam in hoc sedentes: ad curam corporis vertebantur. ita eos inuitante doro, theo vel opulenter conuersationis salubria prębente multaq; etiam ex his quę regi parabãtur. Mane autem ad aulam venientes ptolomeum salutabant & rursus ad eundem locum redibãt & manus in mari lauantes & seipsos purificantes ita legis interpretationi vacabant. ¶ Itaq; transcripta lege & opere interpretationis ad effectum per septuaginta dies transacto: cõgregans demetrius iudeos omnes ad locum in quo translate leges fuerant presentibus etiam interpretibus legit eas. Cũq; multitudo amplexa legem vel seniores eius interpretes demetrium eo quod magnarum rerum inuentor esse videretur laudassent: rogauit etiam vt presidibus suis darentur legenda. Et petierunt omnes sacerdotes interpretes seniores & prepositi gentis vt bene interpretata permaneret immobilis. Cumq; omnes laudassent sententiam iusserunt si quid aut superfluum aut minus aliquid scriptum videret in lege hoc respicerent & manifestum facientes emendarent hoc castigantes vt quod semel iudicatum fuerat se bene habere sempiterna memoria remaneret. ¶ Gauisus ergo rex & videns voluntatem suam ad vtilem rem esse perfectam & delectatus relictis legibus & sensum & sapiẽtiam & legislatores obstupescens ad demetrium sermones facere cœpit q̃ ita mira existente legislatione. nemo neq; hihoriographus nec poeta meminisset eius. Cui respondit demetrius neminẽ fuisse ausum
B harum legũ tangere conscriptionem q̃ diuina & venerabilis esset & quia lesi sunt quidã a deo hoc presumentes. Significabat vero qualiter theopompus volens in historia de his aliquid conscribere fit mente turbatus plus triginta diebus: & cum humilitate a deo veniam supplicabat: dum inde sibi dementiam factã supplicatus esset. Necnon & in somnis vidit quod ei hoc ideo accidisset quia diuina scrutatus esset. & proferre ea homines impuros vellet. Cumq; conscribere quieuisset: recepit sensum.
Hysto. leo. c7 ¶ Referebat autẽ & de theotecto alias theotheco tragediarum poeta dicens quia dũ nisus fuisset in aliquo dragmatheorum meminisse quę in diuino volumine continẽtur: oculis obscuratis causam ecitatis suę recognouit: & ita liberatus est a passione deo veniam indulgente. ¶ Hęc ergo rex pure suscipiens petiuit interpretes frequenter ad sede iudea proficisci. Hoc enim eis ad honorem & ad donationem ab eo profuturum dixit. Nunc vero iustum esse dimitti eos dicebat. Spõte autem ad eum venientes omnia quę equum essent sapientiam eorum impetrare. & pro sua maiestate dignum largiri promisit. ¶ Et tunc quidem trãsmisit eos donans vnicuiq; rex optimas stolas: & auri talenta duo & calicem vnius talenti totumq; cõuiuatorium. ¶ Pricipi autem sacerdotum eleazaro destinauit per eos lectos cũ argenteis pedibus decem. & conuenientem eis supellectilem & calicem talentorum triginta: insuper stolas decem & purpuram coronamq; decoram. & lineas de byſſo centum. Prętera &
C pateras & trullam & libatoria: & crateres aureos duos deuouendos. Petiuit autem eum & per epistolas vt si quis ex his viris voluisset reuerti ad se eum permitteret dum nimium delectaretur cum eruditis semper habere sermonem. & diuitias suas talibus libenter impartiri. ¶ Huiusmodi quidẽ causam ad honorem & gloriam iudeorum a ptolomeo nomine philadelpho fieri contigit.

¶ Iudei ab Asię regibus honorem impetrauerunt cum ipsis castrametati quibus seleucus parẽ sicut macedonibus fecit honorem. Sed & erga eos maxima fuit Romanorũ magnificẽtia/ & Agrippe beneficentia. Anthiochus autẽ victo Scopa duce protholomei eos volẽs remunerare scripsit ad eos & ad ptolomeũ pro eorũ gratitudine eis multa promittẽs. Et ędictũ pro ingrediẽdo in templũ prohibens alienigenas ab ingressu per vniuersum trãsmisit imperiũ. Scripsit quoq; Anthiochus Zeubidi promittẽdis iudeis a babilonia in phrigiã/ Amicitięq; ptolomei cũ Anthiocho fœdere inito Anthiochus Cleopatrã ptolomei filiã accepit vxorẽ. Tunc quoq; iudei a samaritis multa sunt passi. Capitu. v.

IMpetrauerunt autem & a regibus asyę honorem quoniam cum eis castrametati sunt. Nam seleuchus nomine nichanor in ciuitatibus quas per asyam edificauerat & in inferiore syria & in ipsa metropoli anthiochia republica sua dignos eos effecit: & equum eis honorem cũ habitatoribus macedonibus & grecis deputauit. Hactenus in eadem conuersatione eos aliquando mansisse signum est q̃ iudei nolentes alienigenarum vti oleo accipiunt diffinitam quandam a principibus olimpiaci certaminis pro precio olei pecuniam: populoq; anthiocheo in presenti bello volẽti soluere consuetudinem. Mucianus prefectus tunc syrię constituta seruauit. Et post hęc imperatoribus vespasiano & tyto orbis terrarum supplicauerunt Alexandrini & Anthiocheni vt eis ius reipu

Donauit cuilibet seniorũ tria talenta.

Locus vbi seniores cõgregati p interpretãda lege & modus quo se habuerunt interpretando.

Opus interpretationis per septuagita dies perfectum.

Rex ad demetrium.

Theopompus volẽs aliquid de sacra historia cũ suis scribere mẽte captus plus triginta diebus.

Remisit rex septuaginta interpretes cum muneribus & p eos misit mũera principi sacerdotum

Iudei ab Asię regibus honorem impetrauerũt cũ ipsis castrametati & Seleuchus/ qui nichanor dictus/ eis parẽ honorem sicut macedonibus fecit. & cetera.

Magnificētia romanorū erga iudeos.

blicę de reliquo cum iudeis non deberet esse commune nec impetrauerunt. Vnde potest romanorū considerari modestia & potius magnificentia vespasiani & tyti. qui multa pericula bellando contra iudeos sustinuissent: acerbe ferentes quod se tradere voluissent sed vsq; ad finem pugnantes permansissent. nihil pœnitus eis de hoc quod dudum prestitutū fuerat abstulerūt. sed simul & priorem iram & petitionem magni populi alexandrini & anthiocheni viuaciter expulerūt dum nihil neq; pro amicitijs ad gratiam istorum neq; pro inimicitijs deuictorum concederent quatenus solueretur aliquid pristine iudeorum vtilitatis dicentes eos in pugna dedisse pœnas qui arma cœperunt: insontes: non esse iustum sua possessione priuari. ¶ Simile vero & marcum agrippam erga iudeos sensisse cognouimus. Nam motis contra eum congressionibus & petentibus agrippam vt conuersationem quā eis anthiochus seleuci nepos (qui apud grecos deus nuncupatur) dederat soli possiderent: & dicētibus (vt si cognati essent eorum iudei) colerent proprios eorum deos. Habito iudicio iudei vicerūt vt suis vtantur moribus. defendente eos nicholao damasceno. Nam agrippa interlocutus est. nihil innouare eis licere. Si quis autem vult certius hęc nosse legat nicholai centesimam & vicesimam tertiam & quartam historiam. Et agrippe quidem iudicium: non est forsitan admirandum. Non enim pugnabat tunc gens nostra aduersus romanos. ¶ Vespasiani & tyti magnificentiam quilibet decentius obstupescit: qui post tot bella & tanta certamina quę contra nos habuerūt tam pię dispositi sunt. ¶ Repetam autem orationem vnde ad hęc videor esse digressus. Iudeos igitur sub imperio magni āthiochi regentis asyam constitutos / contigit multa tolerasse dum terra diuersis calamitatibus subiaceret: cum illis qui humilem syriam habitare videbantur. Nam cum anthiochus pugnasset contra expatorem ptolomeum & eius filium cognomine epiphanen laborare cōtigit eos (eo conuincente & victo) eadem pati vt pares existerent nam turbatę & tempestatibus fluctuanti: dum inter fœlicitatem & calamitatem anthiochi fuissent communiter constituti. Cumq; vicisset ptolomeum anthiochus. iudeā recepit. Defuncto vero ptolomeo filio eupatoris. filius eius magnam virtutē militum misit. & ducem scopam nomine contra humilem syriam / multasq; eorum ciuitates cœpit: ex quo nostra gens eupugnata adiecta ei est: & non post multū anthiochus scopam vicit confligens cōtra eum iuxta fontem iordanis: & multos ab exercitu eius prostrauit. Postea vero anthiocho capiente syrię ciuitates quas scopa tenuerat & samariā spōte gens iudeorū ad eū transīēs & in ciuitatē oēm exercitū suscepit & elephantis abundāter alimenta prębuerūt: & obsidenti eos qui ab scopa in arce hierosolymorū relicti sūt custodes prono anno auxilium prestiterunt. ¶ Igitur anthiochus iustum arbitratus iudeorū erga se studium liberaliter remunerandū: scripsit magistratibus & amicis testimoniū exhibēs quod ab eis bene tractatus est sed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit manifeste illis innotuit. Referam vero epistolas quas magistratibus de ipsis scripserat: proponens testimoniū quod nobis pręberet polibius magalopolitanus in vndecima historia sua ita dicens. Ptolomei dux scopa ad superiora vadens loca: superauit hyemis tempore gentem iudeorum. Dicit namq; & in eodem volumine qualiter scopam anthiochus deuincens: bythiniam & samariā & [illegible] bella gadara[illegible] cepisset. Paulopost vero ei se tradiderunt iudei. qui circa templum habitabāt. Facte autem apparitionis in tēplo / ad aliud tempus narrationem differamus. Polibius quidem hęc in historia conscripsit. ¶ Nos autem reducamus orationem priorem ad priorem narrationem: intimantes epistolas regis anthiochi. Rex anthiochus ptolomeo salutem. Iudei mox vt prouinciam eorum ingressi sumus liberalitatem circa nos suā ostenderunt & venientes ad ciuitatem clare nos susceperunt cum senioribus & principibus occurrentes: & abunde ministrauerunt militibus & elephantis victualia & nobiscum ad arcem pugnauerant cōtra custodes ęgyptiorum. Ergo dignum & nos iudicamus eos remūerari: & reficere ciuitatem destructā & rursus in eam habitatores cōgregare dispersos Et primum constituimus propter pietatem eis prę stari ad immolationes victimarum & olei & vini & libaminis pręcium argenteorū viginti milia & ad similam secūdum prouincialem legem tritici modios mille quadringētos septuaginta quinq; & salis modios trecentos septuaginta quinq; Pręberi autem hęc inquit eis volo secundum mea mandata & opus templi construi & porticus & si quid oportet aliud refici. Materia autem lignorum deponatur ex ipsa iudea & ab alijs gentibus & a libano nullo pro eis exigēte vectigal. Similiter & in alijs in quibus oportet volumus clarissimam fieri templi ędificationem. Conuersetur omne genus eorum secundum proprias leges. Relaxentur & sacerdotes & scribę & templi cātatores sacri tributis quę pro suo capite dabant: & a regio vectigali vel ab alijs cunctis oneribus vt pro opere eorum cunctas habitationibus hominum apta reddantur. His quoq; qui vel nunc habitant vel habitaturi conueniant donamus tributa vsq; ad mensam hyperberitheum: & per tres annos liberamus a tertia parte fiscalium quatenus eis lesio releuetur. Et quicunq; ab ipsa ciuitate a iugo seruitutis abstracti sunt ex ipsis gentilos libertati donamus. & substantias / eis reddi prędcipimus. ¶ Epistola quidem hæc continebat.

Bñficētia agrippe erga iudeos.

Nicolaus damascenus historiographus.

¶ Iudei sub Anthiocho multa passi sunt.

Scopa dux contra humilem Syriā victus ab Anthiocho.

Anthiochus volēs remunerare. Iudeos scripsit ad eos.

Epistola anthiochi ad ptolomeum de gratitudine Iudeorū quibus multa promittit bona.

Sacerdotes immunes ab exactionibus & tributis. &c.

Ornato autem templo edictum per omne ſuum imperium in quo continebatur neminem alienige-
A narũ intra muros templi ingrediendi habere licentiam nec iudeos niſi quibus moris eſt purificatos. ſecundum patriam legem neq; inferri in ciuitatem equinas carnes neq; mularum neq; ferarum man ſuetarum vulpium aut leporum aut pardorum & generaliter omnium animalium que iudeis inter dicta ſunt: vt nec pelles eorum liceret afferri. neq; horum intra ciuitatem paſcere. ſed ſolitis parentũ. victimis ex quibus & deo oportet ſacrificare vti permiſſum eſt. Qui autem aliquid horum trãſgreſ ſus fuiſſet: iuſſit vt multatus preſtaret ſacerdotibus pecunię dragmas tria milia. ¶ Scripſit etiam te ſtimonium noſtrę pietatis. & fidei prębẽs cum rebelles frigas & lidos adiſſet eo tẽpore quo ad ſupe riores perſarum ierat prouincias iubens zeuſidi ſuo cariſſimo vt mitteret quoſdam noſtrorum a ba bilonia ad phrygiam ita per epiſtolam ſuam mãdans. Rex anthiochus zeubidi alias zeuſidi patri ſa lutem. Si ſani eſtis bene: ſanus autem & ego ſum. Audiens phrigas & lidos rebellare: magna cogita tione permotus cõſilium animo prępcepit quod oporteret fieri. Placuit autem ad caſtella vel neceſſa ria loca meſopotamię & babilonię iudeorum domos alias domus duo milia cũ apparatu ſuo dedu cere. Credo enim fideles nobis eos cuſtodes futuros propter pietatẽ quam circa deum habẽt. Nam teſtificantur parentes noſtri fidem eos & pronum animum habere: in his quę petiti fuerint. volo igi tur (licet difficile eſſe credam migrari) vt permittas eos legibus proprijs vti. Et cum eos ad prędicta loca migraueris ad edificandas ſibi domos locum vnicuiq; diſtribui terramq; colendam dari. & vi tium plantationes & tributa fructuum terre cõcedere per annos decem. Accipiant vero vſq; quo fru ctus colligant triticum ad cibum ſeruorum quod eis ſufficiat. vt noſtram impetrantes clemẽtiam p niores ſeipſos erga nos prębeant. Pręterea prouidentiam eorum gentis faciens ſecundum poſſibili tatem quatenus a nullo moleſtiam patiantur. De amicitia quidem magni anthiochi & iudeorũ: hęc a nobis pro teſtimonio dicta ſunt. ¶ Poſtea vero vt amicitiam & fœdus ptolomeus cum anthiocho compoſuit dedit ei filiam ſuam cleopatram ad nuptum: concedens ei humilem ſyriam & ſamariam & iudeam & phenicem dotis nomine. Diuiſis autẽ in vtrumq; regem tributis: vnuſquiſq; ſublimiſſi
B mus patrię ſuę colligens vectigalium ſummã ſtatuam regibus offerebat. ¶ Eodem tempore ſamari tę feliciter agentes multa contra iudeos mala fecerunt: terramq; eorum depopulantes multos inde captiuos trahebant. Quę facta ſunt ſub principe ſacerdotum onia. Nam defuncto eleazaro princi patum ſacerdotij patruus eius manaſſes ſuſcepit. Cui poſt vitę finem onias eo in honore ſucceſſit fi lius exiſtens ſimonis cognomine iuſti qui ſimon frater eleazari ſicut prędiximus erat.

¶ Onias mente paruulus & pecunijs auarus tributa ſoluere recuſans ptolomeum cõmouit ad iram qui legatum in hieruſalẽ mittens ipſum minabat. Ioſephus vero thobię filius quem auũculum auaricię accuſans ptolomei legatũ hoſpitio recepit & ei munifica donauit munera qui rediens onię in deuotionẽ & ioſephi vtilitatem regi nũciauit. ioſephus quoq; poſt legatum veniẽs a ptolomeo ſa lutatus ſuper currũ prępcipiente rege aſcendens oniam excuſans ſenectutis rõne veniã pro eo petijt & regis cõuiua factus emulos habuit vectigalia tamẽ a rege ſiue ſponſore recepit. Capitulum. vj.

C S autẽ onias paruulus mente & pecunijs auarus exiſtens p populo regibus vectigal quod patres eius ex ppriis dabant id eſt viginti talẽta pecuniarũ nõ reddens. ad irã regem ptolomeũ cõmouit. Qui & legatũ tranſmittens ad hieroſolimã culpabat oia non reddentẽ tributa: & interminabat vt ſi non acciperet tributa terram eoꝝ ad iu dei: turbabant. Hunc autem oniam nichil horum flectebat propter auariciam ſuam.

¶ Ioſephus autẽ quidam iuuenis etate ſed propter caſtitatẽ & prudentiam ſuam iuſticię gloriã ha bens apud hieroſolimitas patre thobia & ex ſorore onię principis ſacerdotũ progenitus / mandante matre / legati pręſentiam dum ille eſſet ad ficulam vicũ vbi natus erat veniens in ciuitatẽ increpabat ſacerdotem non puidentem innocentię ciuium ſed ad pericula volentem mittere gentem propter pecuniarũ priuationem dum per ipſum populum dignitatem accepiſſet & principatum ſacerdota lis honoris impetraſſet. Si autem cupiditate haberet pecunias ita vt propter ipſas & periculum fieri patrię & ciues ſuos afflictos videre pateretur: ſuadebat ei ad regem ire & petere vt aut omnis aut pars ei pecunię cõcederetur. Tunc onias nec velle principatũ ſe gentis habere reſpondit immo & ſacer dotalẽ honorem ſi eſſet poſſibile paratum eſſe ſe deponere ne tantum ad regem accederet. Et dum nichil ad ſe de his pertinere dixiſſet: ioſephus interrogauit eum ſi ſibi cõcederet legationem ad pto lomeũ gerere pro gente. Cumq; conceſſit onias aſcendit ad templũ ioſephus: & conuocata multitu dine ad cõtionem. nichil turbari eos vel timere ſuadebat propter auũculi onię circa eos negligentiã ſed rogabat vt deponerent cordis meſtitiam qua pro regis mandatis affligebãtur. Nam legatione ſe functurum ad regem promiſit vt flecteret eũ nichil mali iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidem

Edictũ de modo igrediẽdi tẽplum & phibitio alienigenis.

Pena tranſgreſſorum.

phrygas

Epiſtola ãthiochi zeubidi pro iudeis mittẽdis a babilonia ad phrigyam.

Amicitię fœdere ptolomei cũ antiocho inito ãthiochus accepit vxorẽ cleopatrã filiã ptolomei.

Auarus onias ſacerdos tributa ſoluere recuſãs ptolomeũ adirã cõmouit qui legatũ hieruſalẽ mittit.

Ioſephi thobię filij virtutes qui oniã auũculum de auaricia increpat.

Iosephus legatū ptolomei in hospitio suscepit & donauit ei munera munificentia.

hęc audiens: gratias iosepho egit. ¶ Ipse autē a templo descendens in hospitium suscepit ptolomei legatum donauitq; munificentia munera & per multos dies munificētissime eum pauit & ad regem remisit: promittens ei vt & ipse sequeretur. Nam pronior factus erat proficisci ad regem legato inuitante eum & cōcitante ad egyptum peruenire & promittente omnia quę a ptolomeo petierit per se eum imperaturū. quia modestiam morum eius nimis amabat. ¶ Cumq; legatus ad ęgiptum peruenisset: regi nunciauit indeuotionē onię & vtilitatem iosephi: quem venturum ad eum dicebat & satis facturum pro excessu onię qui etiam patronum suū regem esse cōsideret. Qui tanta laudum magnitudine pro adolescente vtebatur: vt & regem & vxorem eius cleopatram prius faceret familiarē habere iosephum q̄ eum videre presentem. Iosephus autem mādans amicis ad samariam & mutuam ab eis accipiens pecuniā & parans conuenientia profectioni: vestes & pocula & subiugalia quę omnia ad viginti milia dragmas essent: ad alexandriam vsq; peruenit. ¶ Contigit autem per illud tempus omnes primates & magistratus ascendere ciuitatem syrię & phenicę: vt vectigalium susciperēt actionem. Nam singulis annis potētibus per ciuitates: rex eam committere consueuerat. Videntes ergo iosephum per viam deridebant eius paupertatem & inopiam. Cumq; ad alexandriā peruenisset: in memphis ptolomeum esse cognouit: cui occurrere festinauit. Sedente autem super currum rege cum vxore & amico athenione qui in legatione ad hierosolimā fuerat destinatus & a iosepho hospitio clemēter susceptus: videns athenio mox regi innotuit dicēs hunc esse de quo ab hierosolimis nunciauit. Q̄ bonus inquit iuuenis & liberalis. Ptolomeus vero primus eum salutauit: & ascendere super currum fecit. Postq̄ vero sedit: cepit rex oniam accusare. Tunc iosephus ait. veniam queso pręsta ei propter senectutem. Non enim vos latet q̄ senes & infantes eandem mentem eōtingat habere: a nobis autem reddetur tibi ratio: vt ei penitus irasci non debeas. Gauisus autem rex de prudentia & benignitate iuuenis. plus eum quippe iam expertum diligere cepit iussitq; in aulam regiam suscipi: & quotidie suę mensę esse cōuiuam. Cumq; venisset alexandriam rex: videntes syrię priores cōsedentē iosephum egre ferebant. Instante vero die quo suscipi habebant vectigalium soleniter actiones diuersarū ciuitatum nobiles data pecunia suę patrię exigenda fiscalia cōducebant: quę vsq; ad octo milia talenta humilis syrię & phenicis iudeę & samarię vectigalia colligebantur. Audiens ergo iosephus culpabat eos qui conducebant: tanq̄ paruo munere exigenda regi vectigalia promisissent. Ipse autem duplum dare pollicitus est. & fisci iuribus peccātium substantias applicare. Nam & hoc vectigalibus tradebatur. Rex itaq; libenter audiuit: q̄ ad eius erarij expectaret augmentum. Et petente iosepho confirmari sibi vectigalium conductionem interrogauit si secūdum promissionē suam vades idoneos habere potuisset. Ille vero facile respōdit. Dabo inquit homines bonos optimos de quibus confidas. Cumq; diceret rex qui sunt vades quos te dare promittis: iosephus (te inquit) o rex & tuam vxorem pro vtraq; parte sponsores prębeo tibi. Cuius verba libenter suscipiens ptolomeus. sine fideiussoribus vectigalia eum habere permisit. Quod factum nimis contristauit eos qui de ciuitatibus syrię ad egiptum venerant simili non fuerant benignitate tractati. vnde cum magna confusione ad suas vnusquisq; prouincias recessere.

Iosephus a ptolomeo salutatus sup currū pręcipiēte rege ascēdit & oniā regi excusauit veniā p senectutis ratiōe p eo petēs.

Rex iosepho vectigalia sine spōsore dedit.

¶ Iosephus a ptolomeo rege auxilium recipiens redit in siriam qui ascalonitas rebelles inueniens (prioribus eorum viginti trucidatis) subiugauit similiter & citopolitanos sic ipse vectigalia viginti duobus annis fœliciter colligens ditatus est: septem habens ex vna vxore filios & ex fratris filia quam (permittente fratre duxit vxorem habuit vnum nomine hircanum fortem & virtuosum.

Capitulum septimum.

Auxiliū a rege iosephus recipiens redit in syriam.

Iosephus vero accipiens a rege duo milia peditum petiuerat' enī aliquod auxilium vt viros haberet contra cōtumaces ac rebelles exigeret: tunc mutuans p̄pter expensas suas ab amicis regis quingenta talenta de alexandria in syriam est profectus. Qui postq̄ venit in ascalonem vectigalia exigens. ascalonitas (quoniam nichil dare volebant sed etiam cōtumelijs eum grauibus afficiebant) capiens priores ipsorum viginti trucidauit: & substantias eorū vsq; ad mille collecta talenta regis vtilitatibus applicauit: intimās ei quę cōtigerunt. Miratus autem ptolomeus prudentiam eius & laudans quę facta fuerant permisit ei agere quę vellet. Hęc audiētes syri obstupuerunt ascalonitarum contumacię exempla metuentes ciuitatibus suis: & ideo foribus ciuitatum reseratis deuotis animis aduentum iosephi sustinebant. ¶ Nitentibus vero citopolitanis contumelijs eum afficere & vectigalia denegare quę prius sine dilatione reddebant: horū quoq; priores interficit substantiasq; eorum fisci viribus applicauit. Colligens vero pecunias multas & maximum faciens lucrum ab exactione vectigalium abutebatur collecta pecunia vt ei potentia pmaneret occasionē & causam sibi fœlicitatis seruare putās ex his quę congregauerat: & multa regi & regine cleopatre vel amicis eorum dona dirigebat patrocinia sibi eorum fauoremq; concilians. ¶ Potius ve-

Contra citopolitanos iosephus victoriā habuit.

ro hac fœlicitate per annos viginti & duos & pater factus ab vna quidem vxore ſeptem filiorum ha
A buit etiam ex filia fratris ſui ſolim vnum nomine hyrcanum quem accepit ex tali cauſa. Cum fratre quondam alexandriam pergens(ducente etiam ſecum filiam nuptiis iam maturam vt eam cõiunge ret alicui ſut limi iudeo)dum enim apud regem cenarent & intraſſet pantominia ad conuiuium pulcherrima concupiuit eam:fratriq; nunciauit deſiderium ſuum petens eum celare peccatum. Nam lege apud iudeos prohibetur: alienigenę conuenire mulieri. Quapropter petebat vt fideliter cauſam eius cupiditatis expleret. Frater autem eius libẽter miniſterium ſuſcepit:ornanſq; filiam ſuam nocte adduxit ad eum & collocauit. Ille ex ebrietate neſciens veritatem cum filia fratris concubuit. Quo ſe pius facto valde dilexit eam: dixitq; ad fratrem q̃ vita eius periclitaretur ſi rex ei minime concederet pantominiam. Fratre vero petente nichil eum debere metuere quoniã licebat ei frui muliere vxorem q; habere. & verum aperiens ei & dicens quia libenter haberet & ſuam magis filiam iniuriã ſuſtinere q̃ illum videre ad confuſionem deteſtabilem peruenire laudans eum ioſephus de cõcordia fraternitatis filiam eius duxit vxorem. & filium ex ea genuit hircanum vt prędiximus. Qui tunc tertiũ decimum annum agens demonſtrabat naturalem fortitudinem & prudentiam:vt etiam acerbam emulationem ſuis fratribus excitaret.

Ioſephus fœlicit vectigalia colligens vigiti duobus ãnis ditatus eſt ſeptẽ filios ex vna vxore habuit & ex filia fratris ſui vnum hircanũ noie.

¶ Ioſephus cognoſcere volẽs quis de filijs ſuis virtute melior exiſteret vnumquẽq; doctoribus deſtinauit imbuendum ſed alijs indoctis minentibus hircanus doctus euaſit. quem mittens pater viam duorũ dierum danſq; ei trecenta boum iuga ad ſollicitudinem ſeminare lora quibus ligarẽtur celauit quę non habens hircanus decem iuga occidit & operarijs carnes diſtribuens pelleſq; incidens retinacula fecit per quę iuga ligauit quod pater multum laudauit eumq; maioribus fratribus recuſãtibus ad regem deſtinauit. contra quem inuidentes fratres regis amicis vt eum occiderent ſcripſerũt Hircanus vero alexandriam veniens arionem increpantem & tantam q̃tam petebat pecuniam dare recuſantẽ miſit in vinculis. vnde apud regem accuſatus prudenti reſpõſione regi ſatiſſecit & a rege & regina honorifice eſt receptus latẽter centũ pueros & totidẽ virgines p̃cio cõparet ſuos irriſores in cõuiuio confundens maximũ regi obtulit munus vnde & mortem quã fratres ei parauerũi euaſit. & cum honore ad patriam rediit. quod fratres cognoſcentes eum interficere etiã ſciente patre decreuerat ſed eos victoriоſiſſime/duobus interfectis & reliquis fugientibus/ſuperauit. Ca.vitj.

Nota modum quo ioſephus duxit vxorẽ filiam fratris.

B IOſepho vero volente cognoſcere quis de filijs ſuis virtute melior exiſteret: vnũquẽq; ad doctorũ ſublimium ſtudia deſtinauit. Et ceteri quidẽ diſidia diſciplinarũ/indocti fatuiq; redierunt. Poſt illos autem adoleſcentũ hircanum direxit danſq; ei trecenta iuga boũ tranſmiſit viam duorũ dierum ad ſolicitudinẽ ſeminare: celans lora quibus ligarentur. Quę non habens hircanus aratorũ quidem ſententiam reprobauit ſuadentiũ vt ad patrem mitteret quoſdã qui lora deferrent. Tempus autẽ arbitratus non oportere ſe pdere dum expectaret illos qui trãſmiſſuri erant:excogitauit virile quiddam & maius etate ſua. Occidens autem decem iuga. carnes quidem operarijs diſtribuit: pelles vero eorum incidens retinacula fecit: p quę iuga ligauit. Et hoc modo ſeminans terrã quam ei pręceperat reuerſus eſt ad eum. Quem pater ſuſcipiens nimis dilexit propter prudentiã & argutiam mentis: & fiduciam
C eius laudans tanq̃ ſolum propriũ filium diligebat: propter quod fratres eius cõtriſtabant. ¶ Vt vero nũciauit quidam ioſepho per illud tẽpus filium regi ptolomeo genitum. & vt omnes priores ſyrię & ſubiectarũ prouinciarũ celebrarent natalem pueri diem cum apparatu maximo alexãdriam ire ipſe quidem ſenio prohibebat. filios interrogauit quis illorum ad regem vellet ire. Maioribus vero recuſantibus & ad tales conuentus indoctos eſſe dicentibus: fratremq; hircanum poſſe ad regem ire firmantibus cõſuluit eum. Qui cum ſe promiſiſſet iturũ dicens ſe in via nõ multas opus habere pecunias dum ſoleret bibere modeſte: & ei decem milia dragmę habundę ſufficere: gauiſus eſt de ſobrietate filij. Deferens autẽ parum puer patri ſuadebat dona quidem exinde regi non mittere. dare vero epiſtolã ad diſpenſatorẽ in alexandriam: quatenus pręberet ei pecunias ad comparationẽ eorũ quę optima vel p̃cioſa poterat inuenire. Qui opinatus decem talenta ſufficere ad ſumptũ regij muneris. filiumq; collaudans vt bene ammonentẽ ſcripſit diſpenſatori arioni qui omnes per alexãdriam eius diſpenſabat pecunias. non minus q̃ tria milia talenta exiſtens. Nam ioſephus a ſyria pecuniã ad alexandriam mittebat. Et cõſtituto die veniente in quo aſſignari regi oportuiſſet. arioni ſcribebat vt eas redderet. Igit hircanus ſuggerẽs patri accepit epiſtolam & ad alexandriã perrexit. ¶ Egreſſo autem eo: fratres eius ſcribunt omnibus amicis regis vt eum occiderent. Qui vt peruenit alexandriã. porrexit arioni epiſtolam. Quo interrogante eum quanta vel. et accipere talenta: nam ſperabat eum decẽ tantum querere: aut his pauco plus. Cumq; dixiſſet mille opus ſe habere: iratus increpabat eum quaſi volentem luxurioſe viuere. & dicebat quemadmodum pater eius ſubſtantiam collegiſſet labore:

Hircanus nõ habẽs lora ad ingẽdũ boues occidit decẽ iuga boũ & carnibus opariis diſtribuit ſex pellibus retinacula fecit.

Sobrietas hircani qui fratribus adire regẽ recuſantibus cũ modico pecuniarũ iuit.

Inuidia fratrum hircani contra ip̃m qui ſcripſerũt regis amicis vt eũ occiderẽt.

vel abstinentia: & imitatorem fieri genitoris inuitabat: dare autem non plus decem talenta se dicebat: & hęc ad regiam donationem. ¶ Tunc furore commotus adolescens in vinculis arionem misit. D

¶ Cuius vxor ad cleopatram demandans petijt quatenus puerum increparet. Nam valde arion apud eam honoribus pręcellebat. Quod etiam ad noticiam regis cleopatra perduxit. Itaq; ptolomeus ad hircanum mittens ammirari se dicebat a patre transmissum non eum vidisset: insuper & dispensatorem ligasset. venire autem eum & causam sibi pro qua veniret indicare pręcepit. Quem ferunt nũcio regis ita respõdisse: legem esse penes iudeos quę prohibet cõmunes epulas prius attingere q̃ in templo deo immolare: & ideo distulisset ne sine donis a patre transmissis ad regem gueniret. Propter hanc vero causam: non ad eum veniisse. Seruum autem punisse non obsecutum iussionibus suis: dum nichil distaret inter magnum & minorem dominũ. Sed si talium cõtumacia non emẽdatur & tu inquit spera similiter a subiectis contemni. Quę ptolomeus audiens ad risum conuersus magnanimitatẽ adolescentis miratus est. Cumq; audisset arion q̃ ita responsum rex accipiens nullum ei auxilium prębereret: dedit adolescenti mille talenta & a vinculis absolutus est. Tres vero differens hircanus dies regem reginamq; salutauit. Quem illi libenter suscipientes viderunt & amicabiliter parue-
runt propter honorẽ patris. ¶ Qui latenter accedens ad negociatores comparauit ab eis pueros cẽtum litteras scientes vnũquemq; talento vno. & centum virgines singulas eodem pręcio. ¶ Cumq; inuitatus ad conuiuium regis discubuisset cum prioribus prouinciarũ vltimus omnium & tanq̃ puer ab his qui loca secundum dignitatem habebant contemneretur. cumq; omnes conuiuę regis ossa ciborum ante hircanum in mensa proijcerent ipso tacente: triphon qui ad conuiuia & risus conuuaserat aptus rogantibus se cõuiuis iuxta mensam assistens regi ait. Vide domine anteposita ossa hircano. Ex hoc conicę q̃ & pater eius sic omnem syriam denudauit. quemadmodũ hęc ossa iste a carnibus expoliauit. Ridente vero ad hęc verba triphonis rege & interrogante hyrcanum cur tanta ante eum iacerent: apte inquit domine. Nam canes semper ossa cum canibus deuorant sicut isti fecerunt E de accũbentibus dicens quoniã ista ante eos minime ossa iacebant: homines vero carnes comedũt. ossa autem iactant. quod & ego tanq̃ homo tunc feci. Rex autem miratus eius responsum tam sapiẽter dictum omnes iussit plaudere verbum eius laudantes. ¶ Postea vero die ad vnumquẽq; regis amicũ pergens & ad potentes aulę hos quidem salutabat: famulos autẽ interrogabat quę daturi sunt regi dona die natalis filij eius. Illis autem dicentibus quosdam decem daturos talenta alios autẽ nobiles secũdum magnitudinẽ substantię suę: contristari se simulauit quasi non valens talem donationem offerre. Nam plus quinq; talenta se non habere affirmabat. Quod serui audientes dominis nũciauerunt. Qui gauisi sperantes iosephum propter munerũ paucitatem regem offendere. Instãte vero ceteri quidem offerebant regi talenta non plus viginti: qui magnam videbantur offerre munerum quãtitatem. ¶ Hircanus quos comparauerat pueros centum & virgines totidem vnicuiq; dans talẽtum portare obtulit pueros quidem regi puellas autem deo patre reginę: omnibus vero munerũ magnificentiam ammirantibus & ipsis regibus & eorum amicis insuper & regi seruiẽtibus quod digna multis talentis obtulisset. vnde etiam & mortis pericula declinauit hircanus & fratres eius zelo ducti parauerant. ¶ Tunc Ptolomeus magnanimitatem adolescentis miratus imperabat ei donationem F quam vellet accipere. Ille autem nichil plus petiuit ab eo fieri in se q̃ vt patri eius scripta dirigeret. Honorans vero eum liberaliter & donationes copiosas prestans: patri & fratribus & omnibus magistratibus scripta transmisit. Audientes autem fratres eius hircanum a rege talia meruisse. magnoq; cũ honore redeũtem: in occursum eius se egredi simulantes: interficere illum etiam patre sciente omni modo decreuerunt. Irascebatur enim pater ei propter pecunias quas regi obtulerat: & non curabat eius salutem. Et iram quidem (quam circa filium iosephus habebat) timens regem celabat.

¶ Committentibus vero aduersus eum fratribus pugnam multos eorum qui eos sequebãtur occidit cum duobus fratribus suis: ceteri autem ad patrem hierosolimam confugerunt. Qui postq̃ ad ciuitatem venit: nullo se suscipiente discessit trans iordanem fluuium. vbi remoratus: vectigal a barbaris exigebat.

¶ Regnãte in Asia seleuco (qui sother dictus est) moritur iosephus hircani filius vir bonus & magnanimus quo tempore mortuo auũculo eius onia simon filius sacerdotij accepit principatum: cui successit filius eius in honore onias succesit ad quem lacedemoniorũ rex scripsit se cum iudeis eiusdem generis ex patre abraham denuncians tunc quoq; (inter iudeos orta propter filios iosephi sedi tione) pluribus contra hircanum maioribus auxilium ferentibus hircanus trans iordanem qui locus tirus appellatus est turrem fortissimã edificauit arabas debellans sed mortuo seleuco frater eius anthiochus in regnum fuocessit; quem timens hircanus seipsum interemit. & ipse anthiochus substantiam habuit.

Capitulum.ix.

Accusatus hircanus regi prudentem fecit responsionẽ.

Nota p dñis.

Hircanus a rege & regina bñ receptus.

Hireanus nouissimus in conuiuio regis discũbẽs irrisus & añ eũ cõuiuę ciborũ ossa proiecerunt.

Hircanus caute interrogat regis amicos quę daturi sũt regi munera.

Maximũ hircanus munus obtulit regi seh cẽtũ pueros & reginę cẽtũ virgines qui & mortem quã fratres eius parauerãt dec'inauit & eũ cũ muneribus licet nõ q̃sisset rescribens rex ad patrẽ remisit.

A DEr idem autem tempus regnat at in asya seleucus qui sother nomiabatur filius magni anthiochi Tunc moritur & pater hircani iosephus vir bonus & magnanimus:qui populum iudeorum a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas vsq; perduxit. Is etiam viginti & duobus annis syrię tributa & phœnicis & samarię dispensauit. Defunctus est vero & auunculus eus onias:principatum sacerdotij simon filio derelinquens. ¶Mortuo quoq; & isto filius eius onias in honore successit. Ad quem rex lacedemoniorum arius legationē direxit & epistolas.quarum huiusmodi cōtinebatur exemplar. Rex lacedemoniotū arius onię salutem. Legentes scripturam anteq̄ inuenimus ex vno genere iudeos & lacedemōes extitisse:& familiaritatem cum abraham socialiter habuisse. Iustum est ergo vt fratres existatis.& transmittere ad nos & petere quę vobis necessaria iudicatis. Facimus vero & nos idem & vestra propria simul & nostra cōmunia reputamus. Portitor litterarū dimotilis epistolas vobis defert quadrāgulas scriptas: signaculum habentes aquilam draconē vnguibus deportantem. Epistola igitur a lacedemoniorū rege destinata.textum huiusmodi cōtinebat. ¶Defuncto autem iosepho populum contigit seditionē pati propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra hyrcanum vltimum filiorum iosephi:discessit ab inuicem multitudo. Plures quidem maioribus auxilium ferebant cum principe sacerdotū symone qui cognatus eorum & affines extabat. ¶Hircanus autem redire quidem ad hierosolimam minime iudicauit:sedens vero transiordanem frequenter arabas debellabat. Edificauit vero turrim fortissimam ex lapide de albo cōstruens eam:& totam vsq; ad terram sculpsit animalibus diuersis:& in circuitu fecit magnum & altum euripum id est piscinam. Ex petra autem contrapositi montis incidens sinistram extensionem speluncas multorū spaciorum in longitudinem ibi constituit. Deinde domus in ea quasdam ad cōuiuia & somnum:& cōuersationē fecit aptissimam multitudini. Cameras etiam currentium aquarū delectatione gratissimas.ad ornamentū totius aulę. Ostia vero spelunearū aperuit minora vt vnus aut non multi per ea possent intrare. Et hoc custodię gratia condidit:vt obsessus a fratribus minime periculo subiaceret. Insuper edificauit & atria magnitudine excellentia & paradisis ornauit egregijs & talem perficiēs locum tyrum eum nominauit. ¶Qui locus est inter arabiam & iudeam positus trans iordanem non longe a sembonitidę alias sebenitidę regione. Prefuit ergo partibus illis per ānos septem omni tempore quo seleucus syrię regnaret. ¶Hoc enim iam defuncto:post eum frater eius antiochus(qui epephanis alias epiphanes vocabatur)regnū obtinuit. Moritur etiam ptolomeus rex ęgyptiorum qui similiter epiphanis nuncupabatur: relinquēs duos filios minores ętate. Quorum vnus qui & maior erat philomethor dicebatur:minor vero fiscon. ¶Hyrcanus autem videns magnam anthiochum virtutem habentem & timens ne tentus ab eo tormentis afficeretur pro his quę contra arabas egerat vitam proprie manus intermissione conclusit:cuius substantiam anthiochus suis commodis applicauit.

mortuo iosepho & onia auūculo simō filius sacerdotiū recepit.

Exēplar epistolę lacedemoniorū regis qui iudeos & lacedemones ex patre abrahā dicit descendisse.

Seditio inter iudeos ꝓpter filios iosephi qbus bellū gerētibus cōtra hircanum plures auxilium maioribus cū simone pricipe sacerdotū ferebāt

Locus ille nominatus tirus vbi ꝑfuit hircanus annis septēviuē te seleuco rege syrię.

Hircanus āthiochū timens seipsū iterfecit cuius substātiā ipse āthiochus habuit.

HISTORIA PRIMI LIBRI MACHABEORVM INCIPIT.

C ¶Anthiochus epiphanes(qui in biblia illustris est appellatus)onia sacerdote defuncto minori eius fratri sacerdotium contulit orta itaq; in populo pro sacerdotij principatu seditione menelaus ad anthiochum cum suis discessit se & suos offerens paternis legibus dimissis grecorum mores obseruare & anthiochus ab egipto reuersus hierusalem sue cōflictionis capiens multos interemit iudeos & diuitijs templum & ornamentis spoliauit prohibuitq; quotidianas immolationes fieri & edificato altari porcos immolauit & iudeos idola coegit adorare & non circūcidi. Cap.x.

Antiochus epiphanes q in biblia.i.machab. ca. j. illustris dictus est defuncto onia sacerdote fratri eius minori sacerdotij cōtulit principatū.

gnum anthiochum deliberauit cum eis amicitias copulare mittẽs romam amicos suos eupolemium
filium iohannis & iasonem eleazari. Rogabat per eos romanos auxiliatores sibi & amicos esse: & de
metrio scribere quatenus non confligeret cum iudeis. ¶ Cumq; venissent romam legati iudę senatus
eos libenter excepit: & ea quę petierunt celeriter annuit. Faciẽsq; ob hoc senatus consultum eius exẽ
plum quidem ad iudam transmisit: ipsum autem tabulis ereis scriptũ in capitolio collocauit. ¶ Erat
autem huiusmodi senatus consultum de auxilijs & de fide circa gentem iudeorum. Neminem subie-
ctorum romanis bellare contra gentem permittimus iudeorũ: nec alicui bellanti prębendum esse cẽ-
semus triticum aut naues aut pecunias. Et si quis cõtra iudeos putauerit esse bellandum sciat eis au
xilia nos prestaturos: & rursum si romanorum quilibet inuaserit terram iudeos eis modis omnibus ob
stabimus. Et si quid de hoc pacto gens iudeorum voluerit vel addere vel auferre communi senten-
tia populi romani faciendum esse conuenit. Scriptum autem est hoc senatus consultum per eupole-
mium iohannis filium & iasonem eleazari sub principe sacerdotum iuda: duce symone fratre ipsius
Mors detestabilis repẽtina ioachim sacerdotũ principis volentis templum destruere.
Consultum senatus pro fide & auxilio romanorum circa iudeos.
Hęc quidẽ prima inter romanos & iudeos amicitia cognoscitur contigisse. ¶ Demetrius autem nun
ciata sibi morte nichanoris & perditione militię: rursus ad iudeam bachidem cũ exercitu destinauit.
Rursus mortuo nichanore demetrius bachidem mittit contra iudeos.
Qui ab anthiochia egressus peruenit ad iudeã: & in arbellis ciuitate galileę castra constituit & in eos
qui ibi in speluncis habitabant cũ multi ad eas confugissent captos suis partibus aggregauit. Exinde
mouens ad hierosolymam properabat. Qui audiens iudam in aliqua villa nomine baiziton castra
locantem cõtra eum alacriter festinabat: cum peditum viginti milibus & equitũ duobus milibus. Iu-
de vero fuerunt oẽs duo milia. Qui multitudinem bachidis timentes tentoriaq; relinquentes: fugie-
runt oẽs prẽter octingentos. Iudas vero propriis militibus destitutus & hostibus imminentibus nec
tempus habens congregandi exercitum: dubitabat cũ octingentis pugnam contra bachidem cõmit-
tere. Hortatusq; suos vt hostes inuaderent & pugnam viriliter sustinerent. cum illi dixissent se nõ esse
ad tantam multitudinem exercitus idoneos: & suaderent nunc quidem discedere & a periculis se li-
berare: postea vero inimicis collectis viribus obuiare nõ hoc inquit videat solis aspectus vt terga mea
hostibus nudem. Sed licet omnimodo immineat perire pugnantẽ fortiter stabo oia viriliter perferens
futura pericula. Bachides vero producens de castris ad prelium parabatur: & equites in vtroq; cornu
disponens leuiores autẽ & acriores ante oẽm aciem. ipse in dextro cornu cõsistit. Qui cum sic aciem
ordinasset: iussit tibicinem signum dare. ¶ Hoc idem faciens & iudas cõmittit cum hostibus pugnã
& constanter ambobus certaminibus prelij vsq; ad occasum solis extẽsum est. videns autẽ iudas ba
chidem cum electis in dextro cornu ordinatũ: congregans aiosissimos viros inuadit illã partem exer
citus. Et confligens ibi ordinem eorum dirupit & medios ad fugam conuertit secutus eos vsq; gaza-
ra. Videntes ergo fugam dextre partis qui in finistro cornu erant circumuenerunt: & iudam sequẽtẽ
in medio eũ obsederũt. Quifugere minime valẽs circũseptus ab hostibus stãs pugnabat cũ suis mul
tosq; interficiẽs aduersarios: percussus iterijt iuda vero interfecto socij eius tali duce priuati terga verterũt
¶ Iudę milites multitudinẽ bachidis timentes fugerunt quasi omnes.
Aiositas iudę.
¶ Bellum maximum inter iudã & bachidem vbi primo iudas victor hostiũ partem in fugam cõuertit.

A ¶Cuius corpus ab hostibus sub pacto simon& ionathas fratres redimentes perduxerunt ad modin ciuitatem:vbi & pater eorum sepultus erat:lugente eum per multos dies populo hebreorũ & honorante secundum communem & legitimam consuetudinem.Finis quidem talis iudam inuenit virum fortem & magnum & bellicosum & mandatorum patris sui memorem:& omnia pro libertate ciuium & facere & pati paratum.Tali ergo virtute plenus magnã sibi gloriam& monimẽta seruauit liberans gentem a macedonum seruitute:qui cum principatũ sacerdotij tribus annis habuisset defunctus est.

¶Explicit liber duodecimus.

¶Incipit liber tertiusdecimus qui continet tempus annorum octoginta duorum.

¶Mortuo iuda impij legis patrię transgressores iudeos vndiq; vastabant sed & maxima fames eos vexabat vnde multi ad macedones confugerunt ionathas dux a populo ordinatur cõtra quem bachides dolum cogitabat quod cognoscens iohannem fratrem ad nabutheos arabas(qui eius tũc erant amici)misit quem dolose filij amri occiderunt bachide autem cõtra ionatham sabbato bellum parante victor ionathas(multis hostium interfectis)iordanem cum suis transnatauit& bachides multas iudę ciuitates accipit ionathas quoq; & simon iohannis fratris mortem vindicantes filios amri in nuptijs occiderunt iterum bachides transfugis eum accusantibus cõtra ionatham cum exercitu mittitur sed vincente ionatha furorem in transfugos conuertit & eos mentitos occidit pacemq; cum ionatha iuramento firmauit captiuis hinc & inde liberatis. Capitulum primum.

B
Vibus modis gens iudeorum macedonibus in seruitute eam tenentibus libertatem quidem recepit. & q̃ per tot & tanta certamina dux eorũ iudas transiens defunctus
1.mac. ca.9. est pro ipsis bellans:in volumine anteriore monstrauimus.¶Post interitum vero iude iterum quicunq; erant impij & transgressores patrię legis venerunt contra iudeos & vndiq; eos pessime vastabant.Adiuuabat etiam horum maliciam fames quę omnem tunc prouinciam occupauit vt multi propter inopiam necessariorum non tolerantes ambas calamitates famis & inimicos transfugerent ad macedones.¶Bachides autem iudeis qui patria reliquerant solemnia & communem vitam elegerant cõgregatis custodiam eis prouincię tradidit.Qui tenentes amicos iudę bachidi prodebant.quos torquens crudeliter occidebat.¶Tantis ergo iudei calamitatibus oppressi reliqui ex amicis iudę videntes gẽtem miserabiliter pereuntem adeuntes fratrem eius ionatham rogabant eum vt imitaretur fratrem suum & illius erga suam gentẽ prouidentiam hortabantur.& ne despiceret populum sine defensore pereũtem.Ionatha vero promittente paratum se mori pro cunctis:& credentes eum suo fratri parẽ existere:ducem iudeorum ordinauerunt.

Maxima fames tunc iudeos vexabat cum calamitate hostium vnde multi ad macedones confugerunt.

C ¶Quod bachides audiẽs & timens ne regi vel macedonibus pericula concitaret ionathas sicut olim iudas.dolo eum interficere statuit.Cuius voluntas non latuit ionathã neq; fratrem eius simonẽ. Qui colligentes socios oẽs ad deserta confugerunt:& venientes super aquam quę dicitur la-
1.mac. ca.9. cus assar ibidem commorabantur.Bachides autẽ sentiens eos discessisse & in loco conuersari contra eos cũ omni suavirtute progressus est.& trans iordanẽ castra ponẽsrefouebat exercitum.Ionathas cognoscẽs bachidem contra se venisse mittit fratrem suũ iohãnem qui gaddis dicebatur ad nabutheos arabas vt apud ipsos deponerent supellectilem vsq;quo pugnarent contra bachidem erãt enim amici.Iohannem vero euntem ad nabutheos insidijs collocatis in nabath ciuitate filij iambri alias amri capiunt vna cum suis & rapientes omnia quę portabant occidũt iohãnem & omnes socios eius:vindictam vero quam per hoc receperunt a fratribus eius postea demonstrabo.¶Bachides autem cognoscẽs ionatham in nemoribus iordanis castra posuisse obseruans sabbatorum diem cõtra eumvenit.tanq̃ non in ea pugnaturum propter legem. Illevero socios hortatus& animę eos pericula pati dicens in medio fluuij & hostium comprehensos & viam qua fugerent non haberent dum hostes ante faciem.fluuius a retro prohiberet:orans autem ad eũ vt victoriam sibi prestare committit,clim hostibus.Quorum multos occidens cum videret temerarium esse bachidem appetentem dexterãq; ad
1.mac. ca.9. ferendum extendentem prouidens plagamq; vitans cum socijs in fluuio exiliuit & pernatans transiordanem periculum mortis euasit.Nam bachides fluuio relicto ad hierosolymorum arcem discessit vsq; ad duodecim milia suorum amittens.Qui etiam multas iudeę ciuitates capiens munuit hierichon & ametonthem alias amatutem & bethoron& bethsulan pãnathan & pharatonen & tochoan & gazara & turres in vnaquaq; ciuitate constituens & muros circundans eis statuit vt exinde iudeos affligeret.Arcem vero hierosolymorum cautius muniuit:& tollẽs filios nobilium iudeorum ob fides in arce concluſit.¶Eodem tempore veniens quidam ad ionatham & fratrem eius symonem nunciauit filios amarei alias amri celebrare nuptias:& nouam nuptam nobilem duci a madaba ciuitate & arabas cum pompa munificentissima Ionathas,& symon putantes prosperũ sibi ad fratris io-

¶Ionathas iude frater dux iudeorum ordinatur a populo.

Dolũ cogitat bachides contra ionatham.

Iohannes a fratre ad nabutheos missus dolose occiditur a filijs amri.

Ionathas victor multis hostium interfectis iordanẽ cum suis trãsnatauit.

Bachides multas iudeę ciuitates accepit.

hannis apparuiſſe vindictam cum multa potentia ſociorũ egrediũtur ad madaba inimicos inter mõ-
Ionathas & Symõ fratris iohãnis mortem vindicantes filios amri in nuptijs occiderunt.
tes inſidijs collocatis pręſtolabatur. vt autem viderunt virginẽ & ſponſum & multitudinem amicorũ D
cum eis ſtatim in nuptias exilientes ab inſidijs omnes occiderunt. Et ornatum cum omni pręda tollentes reuerſi ſunt penam quidem propter iohannem a filijs amarei talem exigentes. Nam ipſi conſequentibus amicis ex vxoribus vel filijs numero quadraginta perempti ſunt. ¶ Symon quidem & ionathas ad fluuij nemora reuerſi ibidem permanebant. Bachides autem omnem iudeam muniẽs ad regem reuerſus eſt. Iudei vero duobus annis a bellorum tumultu quieuerunt. ¶ Cum tranſfuge vel impij videntes ionatham cum ſuis multam habere licentiam libertatis dixerunt ad regem demetriũ petentes mitti bachidem vt ionatham debellaret. Quod facilius euenire pollicebantur. ſi vna nocte inopinanter eum inuaderent. A rege vero bachides deſtinatus perueniens ad iudeam omnibus ſeipſit amicis & iudeis auxiliari ſibi: quatenus ionatham comprehenderent. feſtinantibus autem eis & non valentibus ionatham tenere. qui nimis ſe tractabat caute bachides ira commotus trãſfugarum primos quinquaginta tanq̃ ſibi & regi mentitos occidit. Ionathas vero cum fratre vel ſocijs ad vitalagam villam timens bachidem abſceſſit. edificanſq; turres & muris circumdans eam habebat valde munitam. Quod audiens bachides milites ſuos cum iudeorum auxilitoribus producens contra ionatham venit ad eius munimina accedens per dies multos obſidebat eum. ¶ Qui obſidioni fortiter reſiſtens ſymonem quidem fratrem ſuum expugnaturum bachidem in ciuitate dimiſit. ipſe vero furtim egreditur in prouinciam: & congregans manum multam nocte bachidis inuadit exercitum. Et multos occidens ſymonem quidem fratrem fecit ſuum aduentum cognoſcere. Qui ſentiens hoſtes interimi egreditur & macedonum machinamenta obſidioni pręparata ſuppoſitus flammis incẽdit & multos eorum viriliter interfecit. ¶ Videns autem bachides ab inimicis ſe circumſeptum quorum alios quidem ante ſe alios autem retro conſpiciebat. turbatus hęc inſperate ſibi euenifſe: in tranſfugas tanq̃ in deceptores ſuum conuertit furorem. ¶ Volebat autem ſi poſſit obſidionẽ ſoluta ſine dedecore ad propria remeare. Cuius voluntatem cognoſcens: ionathas legatum ad eum pro amicitijs deſtinauit: quatenus redderent inuicem ſibi quos ceperant vtriq; captiuos. Putãs autem hanc honeſtiorem bachides diffinitionem paciſcitur cum ionatha: & iurauerunt vtriq; nunq̃ cõtra ſe arma prę-
Bachides turbatus in trãſfugas furorem conuertit.
Ionathas & bachides pacem iurauerũt captiuis hic & inde libertatis.
ſumere: & captiuos dantes & recipientes in anthiochiam bachides receſſit. Qui poſt hanc diſceſſionem nequaq̃ ad iudeam deinceps peruenit. ¶ Ionathas vero hanc libertatem acquirens in machina ciuitate populorũ negocia diſponebat & maliuolis vel impijs cruciatis iudeorũ gentes purgabat.

¶ Alexandro anthiochi epiphanis filio ſyriam aſcendente ptholomaidem ciuitatem capiẽte de- B
metrius contra eum auxilium petit a ionatha multa ſibi promittens quod cognoſcens alexander ſimiliter ad ionatham pro habendo ab eo auxilio contra demetrium epiſtolam & dona tranſmiſit ſacerdotiumq; illi confirmauit ſed & epiſtolę exemplar demetrij ad ionatham qua maxima iudeis cõferebat libertatem hic inſeritur pugna autem inter Alexandrum & demetrium commiſſa demetrius occiditur poſtq̃ annis vndecim regnauit.

Capitulum ſecundum.

ANno vero ſexageſimo & centeſimo epiphanis anthiochi filium contigit ſyriam aſcẽdere 1.mac.
& ptolomaidem capere ciuitatem per perditionem militum intus commorantium. Erãt ca.10.
enim ingrati circa demetrium propter ſuperbiam ſuam quia dum ſe clauſiſſet in quadam
Alexander anthiochi epiphanis filius ſyriam aſcendens ptolomaidem ciuitatem capit.
turre regali quam non longe ab anthiochia cõſtruxerat a nemine videbatur. Sed & rempublicam vt
Demetrius auxilium contra alexandrum petit a ionatha.
deſidioſus negligebat vnde & odium ei a ſubiectis exortum eſt. ſicut iam alibi demonſtrauimus. Igi- F
tur in ptolomaidem demetrius audiens alexandrum peruenifſe. omnem contra eum produxit exercitum. Direxit autem & ad ionatham legatos pro auxilijs. Nam precedere alexandrũ ſtatuit. veritus ne ille eius prius auxilium poſtularet. aut ionathas memor malorum ſeſe cum inimicis coniungeret denunciauit ſibi multitudinem congregari: obſidesq; iudeorum recipere quos bachides in arce hieroſolymorum concluſerat. ¶ Talibus ergo a demetrio ionathas ad ſe nuncijs venientibus ad hieroſolymam peruenit: & epiſtolas regis audiente populo vel arcis cuſtodibus hilaris intimauit. Quibus relictis tranſfuge vel impij trepidauerunt pręcipiente rege. quatenus ionathas exercitum congregaret & obſides reciperet. Quos cum accepiſſet. ſuis vnum quemq; parentibus reddidit & quidem ionathas in hieroſolymis manſionem faciebat renouans ciuitatem ſuaq; voluntate omnia conſtruens & edificans muros ciuitatis quadris lapidibus vt forent aduerſus hoſtes munitiſſimi. Quę videntes cuſtodes muniminum in iudea reliquentes omnes iam in anthiochiam fugerunt pręter illos qui in 1.mac.
bethſura ciuitate & in arce hieroſolymorum erant. Quorũ plurima pars impiorum & tranſfugarum ca.10.
fuit iudeorũ. Quapropter caſtra non relinquerunt. Cognoſcẽs alexãder ꝓmiſſiones quas demetrius ꝓmiſſus fuerat ionathę & fortitudinẽ eius & quãta diſpoſuerat bellãs cõtra macedones & iterũ qualia ipſe ptulerat a demetrio & bachide duce demetrij melius nihil inuenire q̃ ionathę ꝑfidiã ad amicos

dicebat in p̃senti tpe ionathas qui & contra hostes fortis extitit & odium habet ꝓprium in demetriũ
A a quo multa mala ꝓpessus est. Igitur si videt amicum eum fore contra demetriũ nũc debemus (non alias vtilius est) rogare eum ad auxilium cõferendum. ¶ Cumq; ei & amicis placuisset: transmittit ad Ionatham scribens talem epistolam. Rex alexander ionathe fratri salutem. Fortitudinẽ quidem & fidem tuã iamdudum audiuimus: & ideo transiuimus ad te pro auxilijs. & ordinamus te hodie principem sacerdotum iudeorum: & amicum nostrum vocari ꝓcipimus. Idcirco etiam destinaui tibi pro munere purpuream stolam & auream coronam: & peto te honoratũ a nobis similem erga nos fieri. ¶ Suscipies epistolam ionathas induitur sacerdotali stola celebratione tabernaculorũ instante: post quartum annum mortis iudę fratris sui. Nam neq; per ipsum tempus princeps sacerdotũ aliquis constitutus est. ¶ Collegit vero & multum exercitum & armatorũ copiam quã ipse construxerat. Quod factum vt peruenit ad demetriũ: nimis eum multumq; cõtristauit. suamq; cepit accusare tarditatem: q̃ non ante alexandrũ fecisset ipse clementer erga ionathã. Verumtamen nec sic distulit scribere ad
1. mac. ca. 10 Ionatham & ad populum eius cuius exemplar taliter existebat. Rex demetrius ionathę gentiq; iudeorum salutẽ. Quoniã nostram seruastis amicitiam: tentantibusq; nos inimicis non consensistis. Hanc vestram quidem laudo fidem: & in his vos permanere quęsumus: recipientes a nobis vicem vel gratiam per quã mereamini vectigalium vestrorũ releuationem. & quicquid prędecessoribus meis regibus vel michi hactenus ꝓbebatis omnia noueritis nostra vobis largitate concessa. Super hęc ꝓciũ etiam salis vobis & coronarum quas nobis offerebatis vel quod pro tertia parte frugum. & medietate fructus lignorũ quod parti meę cõpetebat. vobis ab hodierno die remitto. Sed & cesum singulorũ est habitantiũ in iudea qui nostro ęrario proficiebat. necnõ & trium finitimarũ vobis prouinciarũ samarię vel galileę & transiordanẽ. vniuersa vobis cõcedo nunc & per omnia tempora. ciuitatẽq; hierosolimorũ sacram & inuiolabilem priuilegia sua possidere. liberãq; cum finibus suis a decima parte
B vectigaliũ esse ꝓcipio. Arcem autẽ committo sacerdoti vestro ionathę. vt quos ipse probauerit fideles amicos custodes in eam deputet vobis seruandam. captiuosq; iudeorum & seruientes apud nos liberos esse cõcedo. ne post hanc sanctionẽ iudeorũ iumenta violentijs angariorum subiaceant. Sabbatha autem vel omnes dies festos. & tres ante eos dies: sine vectigalibus esse denuncio. Eodem modo iudeos vestram terrã habitantes liberos ac sine lesione dimitto licentiamq; michi militare volentibus vsq; ad triginta milia ꝓstamus eadem quibus & meus vtitur exercitus vbicunq; erit acceptu
1. mac. ca. 10 rus. Ordinabo vero quosdã eorum in castris. quosdã mei custodes corporis & duces in aula mea cõstituam. Ꝓcipio vero meis vestris vti legibus easq; custodire & tribus ꝓpositis in iudea legibus obedire. Principemq; sacerdotum diligentiam habere volo: ne quis iudeorum aliud templum ꝓter hierosolimitanorũ solum veneretur. Ꝓcbeo etiam ad sumptus immolationũ per singulos ãnos centũ quinquaginta milia dragmas. queq; superfuerint pecunię vestras esse volo. Decẽ milia autem dragmas quas reges a templo accipiunt vobis cedo. quia sacerdotibus templo ministrãtibus competunt. Quicunq; autem ad templum hierosolymorũ vel intra fines eius confugerit debitor regalium pecuniarum siue qualibet faciente causa licentiam eis indẽnitatis concedo: saluasq; eorum possessiones esse. Renouari vero templum impendijs ex meo factis. muros q; ciuitatis splendide fabricari. turresq; altas construere: & quicquid ad munimen vestrum fuerit: meis stipendijs restaurare polliceor. Tanti
1. mac. ca. 10 est (vt quas accepistis amicitias nobiscum & fœdus) sine simulatiõe seruetis. Hęc quidem ꝓmittens & blandiens demetrius: iudeis scripsit. ¶ Rex vero alexander magnum colligens cõductum exercitum & milites qui de de syria transierunt. & eum contra demetrium duxit. Pugnaq; commissa: cornu
C sinistro demetrij aduersarij sunt fugati: & ꝓsecutiõe diutina multi eorum sunt occisi castraq; direpta. Dextrum autẽ cornu in quo demetrius ꝓeliabat deuictum est: alij quidẽ omnes recesserunt. Demetrius autẽ fortiter pugnans non paucos hostium prostrauit. Cumq; fugans alios equus eius cœni ba
ratro inhesisset: minime fugere valens occiditur. Nam videntes hostes quid ei contigisset reuersi circũdederunt eum & omnibus in eum iacula destinantibus cum ille pedestris fortiter existeret postea multis cõfossus vulneribus nec valens sustentare collapsus est. Demetrij quidem talis extitit finis. qui regnum per vndecim annos rexit: sicut & alibi demonstrauimus.

¶ Onias onię sacerdotis filius qui patre occiso fugerat Alexandriam amicitiam cum ptolomeo philometore ꝓcurauit & epistola ad regem transmisso templum in egypto permittentibus rege & regina simile hierosolimitano minus tamẽ & pauperrimũ construxit. In alexandria vero cõtentio & sedi
tio inter samaritas & iudeos corã ptolomeo pro templis suis excitatur & supplicanerũt vt rex eorũ altercationes audiens sententiã daret & victos perimeret. Quod fecit quia audito Andronico pro hierosolimitano templo verba faciente templum ipsum hierosolimitanũ secũdum moysi leges fuisse fabricatũ decreuit. Sabbeũ quoq; & theodosium interficiendos,

Epistola Alexãdri ad Ionathã ꝓ auxilio hñdo cõtra demetriũ & dona ei transmissa.

Ionathas sacerdos istitutus ab alexandro stola sacerdotali liditur.

Epistola demetrij ad ionathã & iudeos maximã libertatẽ cõferens.

Demetrius occidit ꝓstq; annis vndecim regnauit.

Onias onię sacerdotis filius q fugerat occiso patre alexādriā amicitiā cū ptolomeo philometore ꝓcurauit & tēplū in ęgypto ꝓmittēte rege similе hierosolymitano construxit.

ONię vero principis sacerdotum filius eodem nomine quo pater nuncupatus quem alexandriam fugisse ad ptolomeum regem cognomine philometorem diximus/ videns iudeam a regibus macedonum mala pati. volensq; memoriam & gloriam eternam sui relinquere: ad ptolomeum regem ęgypti & ad cleopatram reginam transmittit petens licentiam quatenus templum edificaret in ęgypto simile hierosolimorum leuitas vel sacerdotes de genere suo cōstitueret.quod desiderabat confidens in prophetia Esaye qui ante secentos annos p̄dixerat q; oporteret in ęgypto templū edificari maximo deo per virum iudeum. Idcirco elatus onias ptolomeo vel cleopatrę huiusmodi destinauit epistolam. Multa vel maxima nobis bellorum cōficiens opera & cū dei auxilio perueniens ad humilem syriam & phoenicem & in lenonum alias leonum ciuitate heliopoli.per quę alia loca multa veniens:prēter constitutiones templa iudeos cōstruxisse repperi:quapropter & persidos extitisse. Q nod etiam ęgyptijs accidit propter templorum multitudinem variamq; religionem. Oportunū autem inueni locum qui dicitur agrestis bubaste castrum plenum varia materia vel sacris animalibus: & peto cōcedendum michi eum domino segregatum.quatenus purgare templū ibi dirutum & ędificare maximo deo possim mēsura eadem & simili qua hierosolimorū pro te tuaq; coniuge vel filijs quatenus habeant ęgyptum habitantes iudei quo cōuenientes secundum concordiam quā adinuicem habent:possint tuis vtilitatibus ministrare.Nam & ysaias propheta prędixerat esse in egypto domino deo sacrarium:multaq; talia de ipso prędicauit. ¶Hęc quidem onias regi ptolomeo scripta transmisit. ¶Considerent tamen aliqui pietatem eius & cleopatrę suę sororis vel coniugis ex epistola quam scripserunt.Nam peccatum & legis transgressionem super caput onię posuerunt rescribentes.Rex ptolomeus & regina cleopatra onię salutem. Legimus tuam petitionem in qua suggerebas permitti tibi in leonum alias lenonū ciuitate templum eliopolitanū dirutum purgare quod appellatur agrestis bubaste.Quapropter miramur si deo gratum sit templū quod edificaturus sis ei in tam luxuriosum locum.plenumq; sacris animalibus. Sed quoniam dixisti prophetam Esaiam iam dudum hoc prędixisse alias prędicasse concedimus tibi si cōtra legem,vestram nō sit vt nichil nos in deum peccasse videamur. ¶Accipiens igitur locum onias ędificauit templū arāq; deo simile hierosolimorū minus tamē & pauperrimū. Mensuram vero eius & vasa minime visum est michi nūc describere.Nam in septimo libro iudaicę antiquitatis inserta sunt. ¶Inuenit eni onias quosdam sui similes iudeos sacerdotes & leuitas ibi religionem colentes.Sed de hoc templo narrabimus late. ¶In alexandria vero iudeos & samaritas qui templum temporis alexandri macedonis super garizim montem construxerunt contigit contra se seditionem excitare:& propter templa coram ipso ptolomeo certare iudeis quidem dicentibus secundum leges moysi templum se in hierosolimis construxisse samaritis autem in garizim & supplicauerunt vt cum amicis rex consederet alias residere audiens de his altercationem: victosq; morte multaret.cum ꝓ samaritis sabaus alias Sabbeus & theodosius itimassent.pro iudeis vero & hierosolimitis andronicus & mesalanus alias mesalamis iurauerunt per deum coram rege secūdum legem dicta sua probare: petierūtq; ptolomeum quatenus iusiurādi transgressores perimeret. ¶Rex ergo multos secum amicos in consilio cōgregans sedit partes audire.Tunc iudei in alexandriam constituti.nimis timebant de viris qui pro templi hierosolimitani parte dissserebant.Nam atrociter ferebant si hoc tam antiquum & nobile per vniuersum mundū templum solueretur.Cumq; sabeus & theodosius concessissent vt primus andronicus verba faceret. Idem andronicus approbationē suam facere cœpit ex lege vel p̄decessoribus principum sacerdotū quis ex quo genere honorem sacerdotij de patre suscepisset. Et quoniā omnes reges assię templum variis oblationibus & clarissimis honorauerunt:de garizim vero templo neminem feciſſe sermonem Q uę dicens andronicus & his multa similia.regem flexit sententiā pronūciare decernentē templum hierosolimitanū. secundum leges moysi fabricatum fuisse.sabeum & theodosiū interficiendos. Hęc sunt quę cōtigerunt iudeis in alexandria temporibus ptolomei philometoris.

Epistola ptolomei & cleopotre Onię rńsiua

Templū in egypto onias ędificauit simile hierosolimitano.

Cōtentio & sedi tio iter iudeos & samaritas ꝓ templis suis.

Andronicus ꝓ tēplo hierosolymitano verba facit.

Sententia regis cōtra samaritas

¶Alexander(occiso demetrio) regnum syrię accipiens cleopatram ptolomei filiam patre annuēte duxit vxorem.Cumq; nuptię celebrarent ionathas(scribente alexandro) ibi perueniens honorifice a regibus receptus purpura induitur quem tanto amore Alexander dilexit vt eum primum suorū scriberet amicorum.Sed (demetrio demetrij filio de creta in syriam nauigante & alexandrum cōturbante)Appollonius Alexandri dux Ionatham incitans ad bellum ab eo vincitur multis quoq; de Appollonij exercitu interfectis Ionathas Azothum & dagonis templum concremauit.Quicq; Ascalonem obsidens ciuitatem(muneribus receptis a ciuibus)recessit in hierusalem Alexander vero audita tali victoria Ionatham iterum glorificauit mittens ei auream torquē & vt dicitur in bíblia phibulam auream.

Capitulum quartum.

A
1. mac. ca. 10

ITaq; demetrio in pugna pempto ſicut ſuperius iudicauimus/alexander accipiens regnum ſirię ſcripſit ptolomeo vt acciperet in matrimonio ſuo filiam eius cleopatram: iuſtumq; hoc dicebat.cū paternum obtinuiſſet principatū.& per dei ꝓuidentiam in eo ꝓductus fuiſſet poſt perditionē demetrij. Sed etiam per alia multa dignū ſe eius familiaritate vel cognatione dicebat.Ptolomeus vero lit enter ſponſalia accipiens reſcripſit dicēs gauiſum ſe eſſe ꝙ paternū ſuſcepiſſet principatū: daturumq; ſuam filiā ꝓmiſit.& occurreret iuſſit eum ad ptolomaidam:quatenus ei filiam ſuam traderet iure nuptiali. Tūc ipſe puellam ad ptolomaidā ab ęgypto ꝓducenda:ubiq; cōiungendam eſſe conſtituit. ¶ Ptolomeus quidem hęc ſcribens ꝓpere ad ptolomaidam puenit/ filiam cleopatram ſecum adducens vbi ſecundum cōſtitutum alexandrum repperit filiamq; ſuam ei coniunxit: dotem argento vel auro ſecundum regiam qualitatē complens. ¶ Cumq; nuptię celebrarent:ſcribens alexander ionathę principi ſacerdotum:iuſſit eum ad ptolomaidam feſtinare. Qui perueniens ad reges munificenter eis offerens dona/claro apud eos honore potiebatur.Tunc alexāder compulit eum propria veſte exutū purpura iudui:ſimulq; ſuper tribunal ſecum ſedere.Iuſſitq; duces cum eo procedere perq; mediam ciuitatem clamare/nemini contra eum quicq̄ dicere:vel cauſas licere contexere. Quod cum duces feciſſent erga ionatham: videntes honorem/hi qui parati fuerant eum accuſare:ſimul cum inimicis eius ꝓfugerunt)veriti ne quid peſſimum paterent.Tanto vero amore rex alexander ionatham dilexit:vt primū eum ſuorū ſcriberet amicorū. ¶ Cēteſimo vero & ſexageſimo quinto āno demetrius demetrij filius cum multis conductis/(quos laſthenes alias laſchentes cretenſis ei pręſtiterat) a creta ad cilitiā nauigauit.Quod alexander audiens:iń pauore turbaq; conſtitutus: cōtinuo de phœnitia ad anthiochiam feſtinauit.vt priuſq̄ huc pueniret demetrius eam tute diſponeret. Reliquit vero ducem humilis ſyrię appolloniū cognomine titum qui cū multo exercitu profectus ad iāmā ionathę principi ſacerdotum mandauit dicens iniuſtum eſſe eum ſolum viuere cum licentia vel poteſtatę:non obediētem regi:ſibiq; dicebat hoc magnum opprobrium ab omnibus inferri ꝙ non eum regi ſubigeret.ne ergo te inquit in montibus abſcondas arbitratus fortitudinem habere.Sed ſi confidis tuę virtuti:deſcende quatenus per campum noſtri milites confligant. & fortiſſimū euentus demonſtret victorię. Scito tamē optimos ab vnaquaq; michi ciuitate milites iunctos. qui ſemper tuos proauos euicerūt. Cōtra nos autem in tali tera certandū eſt.vbi non lapidibus ſed armis decet fortiſſime pręliari.ne ſit tibi locus quovaleas deuictus effugere. ¶ His incitatus ionathas:decem milia militū eligens ab hieroſolymis egredit cum fratre ſymone:peruenienſq; ad ioppen caſtra foras ciuitatem diſpoſuit.Nam ioppenſes portas clauſerunt.intus habentes cuſtodias ab appollonio cōſtitutas.Cumq; ionathas obſidere eos paraſſet:timētes ne ſuam ciuitatem deuaſtaret portas aperiūt. ¶ Appollonius captam audiens ioppen a ionatha:tria milia equitum ſumens & octo milia peditum ad azotum peruenit & exinde tacite paulatimq; ad viam peruenit.Cumq; veniſſet in ioppen:tanq̄ recedens ionatham trahit ad campum:cōfidens equitibus:& ſpem in eis habens ſuę victorię.Cumq; proceſſiſſet ionathas ꝓſequebat vſq; ad azotum appollonium.Qui cum ad campum vidiſſet hoſtem veniſſe: cōuerſus cū eo pugnam cōmiſit. Mille namq; equites appollonius & inſidias in aliquo torrente diſpoſuerat qui retro inimicis iſiſterent.Quod ſentiens ionathas nō eſt turbatus ſed ordinans in quadrum exercitū vt per ambas partes inimicos exhiberet:hortatus eſt vt fortiter ante vel retro pugnātibus vbiq; reſiſterent.Prelio autem vſq; ad veſperā procedente:dans fratri ſimoni partē exercitus iuſſit eum aduerſariorū aciem inuadere:ſuiſq; pręcepit teſtitudine facta ſagittas equitum recipere. Qui cum pręcepta feciſſent nichil ledebantur.quis hoſtes ſuper eos frequentia tela vibrarent vſq; quo ſuas euacuaſſent pharetras. Nam ſagitte corpora clipeis ſepta minime contingebant cōſtipatione teſtudinis tela venientia refugarent.Cum a primo mane vſq; veſpere iaculātes aduerſarij defeciſſent intelligens ſymō laſſos eos inuadit aciem.fortiterq; cū ſuis dimicans fugauit inimicos. Videntes autem equites ad fugam pedites cōuerſos & ſpe eorum decepti ſine decore & turpiter abſceſſerunt.& per oēm campum diſperſi fugerūt.Quos ſecutus ionathas vſq; ad azotum:multos occidit eorum.Qui de ſalute ſua deſperantes ad templū dagonis confugerunt.quod erat in azoto. Capiens autē incurſione ſua ciuitatē ionathas incendit eam & omnes circa eam vicos.neq; pepercit templo dagonis:ſed etiam eum flammis conſumpſit.& eos qui ibi confugerant interfecit. Multitudo vero quę in illo concidit prelio vna cum illis qui in templo confugerant:octo milia fuerunt. ¶ Vincens ergo tantum ionathas exercitum ab azoto diſceſſit & aſcalonam venit:& foras ciuitatem caſtra conſtituenti territi aſcalonitę in occurſum exierunt dona portantes. Qui laudans eorum voluntatem reuerſus eſt ad hieroſolimā:multam ꝙ prędam ferens quam videbatur a victis hoſtibus abſtuliſſe. ¶ Alexander autem deuictum audiēs ducem ſuum appollonium ſimulauit gaudium:ꝙ preter eius ſententiam cum ionatha cōflixiſſet:qui

B

C

1. mac. ca. 10

1. mac. ca. 10

1. mac. ca. 10

1. mac. ca. 10

1. mac. ca. 10

Alexander occiſo demetrio regnū ſyrię accipiens petit in vxorē ptolomei filiam quod ānuit ptolomeus.

Ionathas a ptolomeo & Alexādro honorifice receptus purpura iduitur.

Demetrius demetrij filius de creta in cilitiam nauigans cōturbauit alexādrū.

Appollonius dux alexādri ionathā icitat ad bellum.

Ionatha contra Appolloniā veniente ioppēſes ciuitatis portas ei aperiunt.

Bellū inter ionathā & appollonium maximum.

Victoria ionathę qui Azotū & dagonis templū hoſtibus interfectis flāma cōſumpſit.

eius amicus erat. Mittitq; ionathę p̄bens premiū & testimoniū honorē: & torquē auream sicut affinibus regis solet dari) eiq; commisit accaronis prouincię magistratum.

¶ Ptolomeus philometor auxilium Alexandro genero daturus venit in syriam quem omnes ciuitates (alexandro p̄cipiente) honorifice suscipiebant Ionatham tamē accusantes. Ionatham quoq; ei obuiam venit de ioppe. Ptolomeus autem ptolomaidem ueniens Alexandri insidijs fere interficitur quas cognoscens filiam suam ablatam eius matrimonio demetrio vxorem dedit & contra eum inimicitias exercuit. ¶ In biblia vero dicitur q̄ ptolomeus cogitabat in Alexandrum consilia mala. vt de ibidem dicit Nicho. de lyra q̄ crimen ptolomeus filio imposuit Alexandro cupiditate ductus. dicit insuper q̄ iosephus circa historias huius libri multa dicit quę sunt dissona textui. Sed salua postillatoris reuerentia Iosephus non cōtradicit textui biblie si bene intelligatur. Alexander enim videns socerū suum taliter fuisse ab oīb⁹ honoratum timens ne suum vsurparet principatum voluit eum insidiose intoxicare veneno quod p Ammoniū parauerat sicut exprimit Iosephus. Et similiter dicit in biblia Quesiuit enim me occidere. Et cognitis talibus insidijs ptolomeus postea volens vindicare de suo genero cogitabat contra eum consilia mala, sicut dicitur in biblia. Nec verum est quod dicit postillator q̄ cupiditate dn̄andi ductus occasionē quesiuit cum hic dicitur peruenięs ad Anthiochenos rex ab illis & militibus ordinatur coactusq; duo sibi diademata suppositi vnum assie alterū ęgipti benignus & iustus existeus nec cōcupiscens aliena. Flectit ergo Anthiochenos vt demetrium regem susciperent & ipse cum demetrio contra Alexandrum duxit exercitum vbi ex equo cadens in bello quasi mortuus quattuor diebus iacuit. cui Alexandri caput ab Arabia zabillus trāsmisit. & paulopost mortuus est.

Nota.

Capitulum. v.

Ptolomeus philometor auxiliū genero suo daturus venit in siriam, Ionathas obuiā ptolomeo venit de ioppe. Ptolomeus insidijs Alexādri fere iterficit quas cognoscēs filiā suā ablatā eius matrimonio demetrio demetrij filio dedit vxorē & inimicitias cōtra Alexādrū exercuit. Ptolomeus philometor duo diadēata coactus suscepit vnū ęgypti & alterum asię sed ātiochenos flectit vt demetriū regē susciperent. Ptolomeus ex equo cadens in bello quasi mortuus q̄ttuor diebus iacuit.

EOdem tempore rex ptolomeus philometor dictus. naualem ducens exercitum & pedites: ad syriam veniebat alexandro suo genero solatia prębiturus. Quem omnes ciuitates studiose (alexandro prędipiente) suscipiebant & deducebant vsq; ad azotum. vbi omnes proclamabant accusantes ionatham q̄ templū incendissel & destruxisset: prouinciamq; deuastasset. multosq; eorum interemisset. Quę ptolomeus audiens tacuit. ¶ Ionathas autē in ioppe occurrens ptolomeo dona clarissima vel honorem ab eo percipiens. & perducens eum vsq; ad fluuium (qui Eleuterus appellatur) ad hierosolimam remeauit. ¶ Perueniens autem ptolomaidem. prędter omnē spem paulominus habuit interfici ptolomeus insidijs alexandri quas ei per ammonium amicum parauerat. Manifestis autem insidijs ptolomeus alexandro scribit ad poenas ammonium petens & dicens insidias se ab eo passum: & vindictam sumere iustum esse. Alexandro vero non cōcedente, ptolomeus intellexit illum causam insidiarum extitisse. Quapropter ei factus est odiosus. Anthiochenis autē vt prius erat odibilis alexander propter ammonium. Multa namq; passi per eum fuerant: & poenam quidem ab ammonio pro delictis eius exegerunt occidētes eum. Qui tanq̄ mulier se prędparauit abscondere habitu circundatus fœmineo: sicut alibi dictum est. Ptolomeus autem accusans eum vt prędditorem nuptiarum filię. transgressoremq; auxilij quod contra demetrium deduxisset: soluit affinitatem. Nam & auferens filiam suam: ad demetrium legationem direxit amicitiam cum eo componēs filiamq; ei daturum se vxorem: & restituere paterno eum principatui compromittens. Demetrius vero gaudens suscepit legationem & nuptias. Tum minus iam ptolomeo labor restabat flectere anthiochenos vt demetrium susciperent. Nam inimici eius fuerunt eo q̄ a patre eius demetrio multa mala passi fuerant. Et alexandro tamen anthiocheni propter ammonium irascebantur vt diximus. Quipulsus ab anthiochia: in ciliciā vsq; peruenit. ¶ Ptolomeus vero ad anthiochenos perueniēs: rex ab illis & militibus ordinatur. coactusq; duo sibi diademata suppositi: vnum asię alterum ęgypti. Benignus & iustus existens nec cōcupiscens aliena. sed & futura prouidens recusare regnum decreuit: ne romanos offenderet. ¶ Ideoq; anthiochenos in cōgregationem congregans: flectit eos vt demetriū susciperent, dicens eum nequaq̄ pro patre dolorem seruaturum si bene mereretur ab eis doctorē autem in bonis & ducem illi se esse: nec se fallacibus negocijs immiscere: sibi autē dicebat ęgypti regnū sufficere. Quę disserens, flectit anthiochenos demetrium susciperę. ¶ Alexandro vero cū magna milicia vel apparatu ad syriam & cilicia profecto terramq; anthiochenorum prędante Ptolomeus cum genero contra eum duxit exercitum. Nam iam filiam suam matrimoniali iure demetrio contradiderat. Et vincens Alexandrum ad arabiam fugauit eum. ¶ Contigit autem in prelio vt equus ptolomei vocem elephantis audiens ptolomeum iactaret. Quod cum vidissent hostes. impetum tunc super eum fecerunt: multisq; vulneribus caput eius perforantes ad periculum mortis eum adduxerūt: sed custodes corporis eius rapientes eū liberauerunt & ita per quattuor dies defunctus iacuit: vt nec loqui nec intelligere potuisset. ¶ Alexandri vero caput arabū potentissimus Zabilus alias zabdihel abscindens: ptolomeo transmisit. Qui die quarta releuatus a vulnerum dolore suauem sibi rem sum

1. mac. c. 11 E

1. mac. ca. 11 F

1. mac. ca. 11

mũq; ſpectaculũ alexandri caput ſimul vidit. & mortem qui tñ paulopoſt vitam finiuit: pro alexan-
A dri morte gaudio ſummo completus. Regnauit vero aſię alexander qui dictus eſt balãs annis quin-
q; ſicut etiam in aliȷs demonſtratum eſt.

¶ Demetrius nichanor ptolomei ſoceri oblitus fraudib⁹ militeſ ſoceri corrumpere voluit vnde ipſi
ad alexãdriam confugerunt. demetrius autem amicitias cum Ionata faciens ipſum in ſacerdotio cõ
firmauit. Contra quem milites (ipſo illis tempore pacis ſtipendia negante) inimicitias & odium cõci
tans. quo cognito Triphon Anthiochũ alexandri filium procurat facere regem. Sed ionatha auxili-
um demetrio prębente hoc fieri non potuit. Poſtea vero demetrius ingratus bellum minatus eſt Io-
nathę. Qui cum Anthiocho (cui Triphon licet adoleſcenti diadema ipoſuerat) amicitias fecit a quo
ſacerdotij confirmationem & munera multa recepit. Capitulum. vj.

1. mac. ca. ii ●

SVſcipiens vero principatum demetrius qui nichanor appellabat fraudibus corrũpere cœ-
pit ptolomei militiam: oblitus q; & ſocer eius & auxiliator fuiſſet & affinis per connubium
cleopatrę. Quapropter milites ptolomei ad alexandriam confugerunt: elephantos autem
demetrius comprehendit. ¶ Ionathas autem princeps ſacerdotum ex omni iudea mili-
tes ſibi cõgregans arcem hieroſolimam obſidebat: vbi cuſtodia macedonum & tranſgreſſorũ multi
tudo locata videbatur. Et hi quidem contemnebant Ionatham machinamenta facientem cõfiden-
tes loci munitionibus. Noctu vero quidam maliuoli iudei exeuntes venerunt ad demetriũ arcis ob-
ſidionem nunciantes ei. Quo nuncio incitatus: exercitum contra ionatham ab anthiochia eduxit.
Cumq; ad ptolomaidem peruenißet ſcripſit prępiciens ad ptolomaidem eum citius occurrere. Iona
thas autem obſidionẽ quidem minime ſoluere decreuit. Seniores vero populi & ſacerdotes cõgre-
gans: aurum & argentum & veſtem cum multitudine dona deportans: ad demetrium uſq; peruenit.
Quę cum obtuliſſet iram eius emoliuit. Et honoratus firmum ab eo principatum ſacerdotij ſuſcepit
B Quem a regibus ante ipſum donatum poſſidebat. Accuſantibuſq; eum tranſfugis: demetrius eis nõ
credidit: ſed & petenti quatenus pro omni iudea vel tribus prouincijs/ ſamaria vel iope/ vel galileę
trecenta tantum daret talenta. Pro his omnibus epiſtolam ei pręſtitit. quę verba huiuſmodi continę
bat. Rex demetrius ionathę fratri gentiq; iudeorum ſalutem. Exemplum epiſtolę quam laſtheni co-
gnato meo ſcripſimus/ tranſmiſimus vobis: vt eam noueritis. Rex demetrius laſtheni fratri ſalutem
iudeorũ genti amicę noſtraq; iura ſeruanti: pro fide decreui dona prębere: & tres poſſeſſiones Aphe
ridam: belzellida. vel ramatha. quę addite ſunt iudeę de ſamaria & his attinentia quantacũq; ab im-
molantibus hieroſolimorum reges accipiebant anteme: vel quęcunq; de fructu terrę vel plãtis. om-
niaq; alia quę noſtro competunt viri. vel paludes ſalis. vel coronas quę nobis offerebantur eis conce
do vt nichil torqueat ab his a modo in poſterum. Cura ergo vt huius epiſtolę fiat exemplar & detur
ionathę. quatenus in nobili loco templi reponatur. Hęc quidem ſcripta fuerunt. ¶ Videns vero de-
1. mac. metrius pacem nullumq; ſupereſſe periculum nec belli timorem ſoluit exercitum. ſtipendiaq; eorum
ca. ii imminuit. ſolis illis ſumptus prębebat. qui cum eo a creta vel aliȷs inſulis venerant. Vnde odium vel
inimicitię militum contra eũ conflatę ſunt: quibus ipſe quidem nichil prębebat. reges vero ante ipſũ
eis annonas etiam in pace ſũminiſtrabant: vt eos in certaminibus ſi oporteret pro ſe fideles & pro-
nos haberent. ¶ Intelligens itaq; militum odium circa demetrium alexandri quidem dux appame-
C nus a quibuſ Appamenus genere dyodotus nomine qui & tryphon dicebatur venit ad malcum arabẽ qui
filium alexandri antiochum nutriebat. Manifeſtanſq; ei inimicitias exercitus quas contra demetriũ
habebant: dari ſibi petebat antiochum. Nam regem eum facere: vel paternum principatũ ei reſtitue
re ſe dicebat. Qui primum quidem reſiſtebat minime credens. Poſt vero multo tempore tryphonę
petente vincitur malcus flexuſq; a voluntate ſua eſt ad ea quę triphon petebat. ¶ Princeps autem ſa
cerdotum ionathas capere volens arcem hieroſolimorum: & iudeos tranſfugas vel impios oẽſq; qui
per totam prouinciam cuſtodes erant ~~per totam~~ tranſmittens ad demetrium legatos cum donis: ro-
gabat vt de caſtellis iudeę cuſtodes eiiceret. Cui rex nõ hęc tantum ſe prębere. ſed etiam his maiora
promittebat poſt finem belli quod prę manibus habebat. Petebat vero eum & auxilia tranſmittere.
mandans q; exercitus ſuus ab eo receſſiſſet. Tunc Ionathas tria milia militum eligens: deſtinauit.
Antiocheni vero demetrium propter hęc quę paſſi fuerunt abhorrentes: & propter patrem eius qui
multa contra eos mala commiſerat tempus obſeruabant quo potuiſſent eum inuadere. Videnteſq;
auxilia veniſſe demetrio ab ionatha arbitratiq; q; multa congregaret auxilia (niſi pręcederent eum)
arma cœperunt. & circunſtantes aulam obſidionis/ modo cunctos exitus partiti/ regem conabantur
2. mac. opprimere. ¶ Ille vero videns populum hoſtiliter ſe cum armis inuadere. colligens/ conductos/ & ab
ca. ii. ionatha tranſmiſſos iudeos cum anthiochenis confligit. quorum vim non ferens vincitur. ¶ Viden-
tes autem fic iudei antiochenos atrociter expugnãtes. ſuper palatij culmen aſcenderunt. Vnde illos

Demetrius Ni-
chanor ptolo-
mei oblitus frau
dibus milites
corrũpere volu-
it vñ ipſi ad ale-
xandriã cõfugę
runt.

Amicitias fecit
demetrius cũ io
natha & ſacer-
dotij principatũ
ei cõfirmauit.
Epiſtola deme-
trij ad ionathã.

Milites cõtra de
metriũ ipſo tpe
pacis ſtipendia
dare renuẽte/ o-
dium & inimici
tias cõcitant.

Ionathas ad de
metriũ mittens
auxiliũ petit vt
arcẽ hieruſalem
poſſit capere qđ p
mittit demetri-
us ſed prius ab
eo auxiliũ cõtra
ãtiochenos q̃rit
Animoſitas iu-
deoꝝ contra an
tiochenos.

vulnerantes(ipsi quidem semper altitudine tectorum minime ledebantur)illos vero telis prosterne-
bant quę de superioribus ad inferiora iactabant:& sic eos de proximis domibus repellerũt. Deinde D
igne suppositio flamma totam ciuitatem ex lignis constructam tectorum spissitudine deuorauit. An
thiocheni vero nequaq̃ valentes extinguere: ad fugam cõuersi sunt.Et cum iudei de tecto ad rectũ
dissilirent.& ita eos persequerentur ammirabilem cõtigit fieri anthiochẽsium depulsionẽ. Rex autẽ 1.Mac.
vt vidit anthiochenos filios & vxores suas velle saluare quapropter & pugnam reliquisse: per angu c.11
stas vias inuadit eos:& confligens cum eis multos interfecit.ita vt cogerentur armis proiectis trade
re se demetrio qui veniam eis pro facinoribus concessit,seditionemq; compescuit.¶ Donauit etiam
iudeis partem prędę:causasq; victorię suę eis factas professus: gratias egit ionathę.& hierosolimam
Demetrius ira transmisit.laudans eum pro auxilijs destinatis. ¶ Post autem maliuolus contra eum extitit promis-
tus ionathę bel sionesq; fraudauit. bellumq; minatus est:nisi cuncta redderet tributa quę gens iudeorum prioribus
lũ ei minatus est regibus syrię persoluebat.Et hęc fecisset nisi triphon eis impetum ,phibuisset & apparatum eius cõ-
Triphon diade tra ionathan ergâ suas vertisset curas.¶ Reuersus enim ad siriam ex arabia cũ puero anthiocho:im-
ma ãthiocho a ponit ei quanuis adolescenti diadem.Cumq; omnes milites transissent ad eum demetriam deseren
dolescẽti iponit tes.bellum contra demetrium producit:& confligens cum eo victoriam obtinuit & elephantos cum
quẽ oẽs (deme anthiochẽsium ciuitate subiecit.Demetrius vero victus ad cilitiam recessit.¶ Anthiochus autem le
trio relicto & vi gatos ad ionatham destinans & litteras sibi eum amicum parauit:& principatum sacerdotij confir-
cto)secuti sunt. mauit.& quattuor prouincias(quę terrę iudeorum additę fuerant) insuper & aurea vasa vel pocula
vel purpuream vestem ei transmisit.Hisq; omnibus ei vti permisit.& fibulam auream ei donauit pri
mũq; suum amicum vocauit. Symonem autem fratrem eius ducem super omnem militiam a regio-
ne tyri vsq; ad egyptum constituit.
¶ Ionathas Anthiocho contra demetrium auxilium dare promittens & gazeos ipsi rebelles debel- E
lat & demetrij milites cum quinquagita sociis fugat(Simone fratre bethsuram obsidẽte)& victor re-
cedit in hierusalem. Qui cum romanis & sparciatis amicitias renouat ad eos missis epistolis quarũ
exemplaria hic continentur. Tunc quoq; Iudeorum tres erant hereses scilicet phariseorũ/Saduceo-
rum & essenorum. Capitulum.vij.

Ionathas ad an IONatas autem de donationibus anthiochi gauisus mittens ad eum & ad triphonem lega-
thiochũ mittẽs tos amicũ se eius professus & pugnare cum eo contra demetrium. insinuabat pro premijs
amicũ se ostẽ laborum nõ parua mala a demetrio se esse perpessum.Cõcedente igitur anthiocho a syria
dens& cõtra de vel phœnice vt congregaret exercitum quatenus cum ducibus demetrij cõfligeret statim
metriũ se dare ad ciuitates exiuit. Quę cum eum splendide suscepissent.exercitum dare non distulerunt. Veniens
auxiliũ ,pmittit. autẽ ad ascalonem ciuitatem/& munificenter ascalonitis cum donis sibi occurrentibus hos ipsos pe
tebat vt vnam quãq; humilis syrię ciuitatem a demetrio desistentem ad partes antiochi transire ac
secum bellum producere pro vltione demetrij:& ex his quę quõdam in eos peccasset esse autem dig-
nas occasiones per quas hęc cogitare deberent.Cumq; flexisset ciuitates auxiliũ anthiocho mitte-
re puenit ad gazam sperans se & horum fidem ad antiochũ conuertere. Multum vero pręter quod 1.mac
Ionathas cõtra sperauerat aliter gazeos iuenit. Qui durissima obiectione nõ eum susçipere nec demetriũ relinque- ca.11
gazeos rebelles re decreuerũt. Quo dum ionathas concitatus esset:ad obsidionem eorum & afflictionem prouincię F
anthiocho obsi paratur. Nam partem militię circa gazan disponens: cum reliqua ipse percurrẽs/cuncta prędabatur
dionẽ parat & vel incendebat. Quę cum vidissent gazei/nullumq; auxilium a demetrio sibi venisse conspicerent &
eos vincit. periculum prẽsens/adiutorium vero longe & incertum esse vtrum veniret optimum esse decreuerũt
hunc dimittentes illi obedire.Facientes igitur ad ionatham amicitias:auxilia promiserũt.¶ Homi-
¶ Nota aureã sen nes enim ante malorum peritiam vtilitates suas non intelligunt ,sed cum in malis fuerint constituti
tentiam. tunc mente percipiunt.& agunt quę nichil lesi facere debuerant.¶ Ionathas vero consentiens eis ad
amicitias tollensq; obsides ad hierosolimam transmisit. Ipse vero totam prouinciam percurrit vsq;
ad damascũ dum demetrij duces audisset ad cedessam cum multa manu venisse. Cedessa vero inter
Simõ bethsurã tyrum & galileam consistit.Nam hoc desiderabant duces demetrij vt de syria eum ad galileã trahe-
obsidet & capit rent:putantes minime eum pati galileos sibi subiectos affligere. Cumq; ionathas eis occurreret. sy-
monem fratrem in iudea ducem reliquit.Qui multum exercitum de prouincia congregans bethsurã 1.mac.
obsidebat locum iudeę munitissimum.Nam tenebat eum demetrij custodia sicut & prius a nobis de ca.11
monstratum est.vt vero aggerem composuisse symonem viderunt & machinamenta cõstituisse:mul
taq; vsum industria contra bethsurę obsidionem timuerunt custodes ne capto loco interirent.Et mit
tentes ad symonem petebat fidem accipere.ne quid ab eo pessimum paterent.Qui cum dedisset.il-
los quidem de ciuitate tulit:suamq; custodiam ibi constituit.¶ Ionathas autem exiens a galilea ab 1.mac
aquis quę genisarum alias genesar dicuntur.nam ibi sua castra posuerat/ad campum qui dicitur asor ca.11

venit nesciens illic hostes existere. demetrij vero duces cum ante vnum diem cognouissent contra se
A ionatham venire/ insidias ei per montem collocauerunt. ipsiq; cum electis militibus in campo ei occurrerunt. Quos cum vidisset ionathas ad pugnam paratos hortabatur suos. Illi vero qui a demetrij ducibus per insidias erant locati a retro iudeos inuadunt. Qui cum timerent ne in medio capti perirent. ad fugam se dederunt. Et ibi quidem omnes reliquerũt ionatham pauci vero cum eo numero quinquaginta remanserunt: & mathathias filius absalonꝫ & iudas calphi qui duces erant totius exercitus. His audacter & desperate super inimicos irruentes atrociter eos fugauerunt. Tunc milites ionathę qui discesserunt vt viderunt hostes ad fugam conuersos congregati persequebãtur eos & hoc fecerunt vsq; ad cedessam quo castra hostium erant. Victor ergo ionathas in illa pugna refulsit duo
1. mac. milia prosternens inimicorum: & ad hierosolimã reuersus est. ¶ Qui cum vidisset omnia sibi dei pro
ca. 12 uidentia secũdum suam accidere volũtatem legatos romam destinauit renouare cupiens olim cum gente iudeorum amicitias celebratas suis etiam legatis precepit vt redeuntes ab italia per spartiatas transirent quos deberent ad memoriam amicitię vel cognationis reducere. Qui cum romam venissent & ingressi ad senatum mandata principis sacerdotum ionathę dixissent quod eos misisset renouare quę prius per senatum de iudeorum amicitijs fuissent statuta senatus dedit eis reportandas epistolas ad omnes a\ye reges & magistratus ciuitatum quatenus illesi per eos ad propria remearẽt ¶ Reuertẽtes autem ad spartiatas venerunt & eis epistolam ionathę porrexerunt. Cuius exemplar huiusmodi fuerat. Ionathas princeps sacerdotum gentis iudeorum vel curia & collegium sacerdotũ presidibus & senatui populo lacedemoniorũ salutem. Si salus vobis publica vel priuata bene procedit. sic est vt volumus. Salui autem sumus & nos. In prioribus tamẽ temporibus epistola nostro principi sacerdotum onię a vestro rege areo & ab omni populo missa est de vestra simul & nostra cogna
B tione cuius exemplum subiacet epistolę quam quidem libenter suscepimus & populo & aero fauto res facti sumus non egentes huius rei approbatione: quia per sacras nostras litteras hoc esse credidimus. Initium vero recognitionis non credidimus nos primi facere: ne prępipere videremur gloriam vestram. Multo vero tempore transacto ex quo familiaritas communis extitit. in sacris & constitutis diebus deum pro vestra salute/ vel victoria sacrificijs depręcamur. Et cum multa nos circunstetissent bella per anariciam viciorum: nec vobis nec alijs propinquis molestos nos esse decreuimus. Postq̃ autem hostes expugnauimus legatos ad romanos transmisimus. Numeniũ filium anthiochi & antipatrem iasonis senatorio apud nos septos honore quibus etiam dedimus ad vos epistolam quatenus vobiscum renouent cognationem. Bene igitur facitis si & vos nobis rescripseritis & mandaueritis si quid forsitan indigetis: minime dubitantes nos erga vestrum affectum pigros existere. Lacedemonij vero libenter legatos suscipiunt. & componẽtes pacta cum eis de amicitijs dimiserunt. ¶ Eodem tempore tres hereses iudeorum fuerant: que de rebus humanis diuersa credebant: quarum vna pharisea dicebatur altera saducea tertia vero essenorum. Igitur pharisei dicebant fato non omnia sed aliqua gubernari. altera vero que accidũt per se consistere. Genus autem essenorum omnia sub fato esse cõfirmat: & nichil esse quod hominibus non illius decreto proueniat. Saducei fatum quidem nichil esse estimant neq; per eum humana concludi. sed omnia nostre supponunt potestati. bonorum-
C q; nosipsos auctores fatentur & per nostram demẽtiam eligi peiora. Sed de his quidem certius in secundo libro hystorię iudaicę demonstrauimus.

¶ Rursus (Demetrij ducibus bellum parantibus contra Ionatam) hos vincit Ionathas & zabaldeos Simone fratre castra muniente Ionathas quoq; & Simon fratres cõgregato populo muros templi & ciuitatis renouant. Demetriusq; contra Aetacem bellum faciẽs captiuus ab hostibus capit Quo mortuo Triphon insidias Anthiocho/ cuius tutor erat insidias parat & contra Ionathã. Qui captiuus in ptolomaide his qui secum erant interfectis capitur.

Capitulum. viij.

1. mac. ca. 11. DEmetrij autem duces cum vellent pugnam in qua victi sunt restaurare. ampliores priore exercitu vires congregantes/ contra ionatham venerunt. Qui cum hoc audisset. citius eis ad Amathite occurrit. Neq; enim tardare decreuit vsq; quo ingrederentur iudeam castra q; disponens non longius ab hostibus quinquaginta stadijs mittit speculatores qui castra deberent hostium perscrutari. Cumq; omnia enunciassent & aliquos nocte cepissent qui aduersarios superuenturos indicabant. custodias extra castra disposuit. & exercitum armatum per totam noctem habebat. precepitq; vt forti animo essent: & si oporteret etiam nocte pugnarent: nec repentino impetu turbarentur. Demetrij vero duces cum audissent ionathã cognouisse suum consilium pertubati q; inimici manifesti fuissent nullomodo valebant per insidias eos inuadere. Nam eo ex quo credebant non esse pares ionathę militibus fugam meditati sunt: multaq; facientes incendia discesserũt ita vt hęc videntes iudei putarent eos esse mansuros. Ionathas autem cum ad castra eorum mane ve

Demetrij duces insidias cõtra Ionathã parant.

Ionathas cum quinquagita socijs hostes fugauit.

Victor Ionathas recessit in hierusalem.

Ionathas ad Romanos & sparciatas mittẽs amicitias renouat.

Exemplar epistolę misse ad spartiatas.

Tres hereses Iudeorũ tũc erant scilicet phariseorũ Saduceorũ & essenorũ. & qd vnaqueq; sectaꝝ de his ampliora vide libro. ij. de Iudaico bello.

Rursus Ionathã parãt demetrij duces contra Ionatham.

Fugiẽtes hostes multa fecerũt incendia.

Ionathas zebedeos expugnat Simon ionathę frater iudeę castra muniuit.

Congregato populo in tẽplo suadent Ionathas & Simõ muros tẽpli & ciuitatis reparare &c.

Demetrius i bello aduersus Arsacem captiuus ab hostibus capitur.

Triphon mortuo demetrio in sidias parat Anthiocho volens eũ iterficere sed quia ipediebaẽ a Ionata. ideo primũ ionathã voluit occidere.

Ionathas captiuus in ptholomaide Triphonis iussu capit his qui secũ erãt interfectis.

Tristitia de dolosa captiõe Ionathę.

Triphõe exercitũ cõtra hierusalẽ cõgregãte capto Ionatha Simõ dux a popu

nisset:inuenit ea deserta.Cumq; intellexisset eos fugisse.persquebatur.Quos nullatenus valuit comprehendere.Nam liberum alys eleuterum nomine fluuium transierant.¶Vnde reuersus ad arabiam zebedeos expugnabat:multamq; eorum prędam ambiens captiuosq; ducens peruenit ad damascũ. vbi omnia illa reposuit.¶Per idem tempus frater eius symon omnem peragrans iudeam & paleſtinam vsq; ad ascalonem muniuit castella. Quę cum ędificijs & custodibus tuta fecisset ad ioppen peuenit:& occupans eam magnã introduxit ibi custodiam.Nam audierat ioppenses velle ducibus demetrij tradere ciuitatem.Hęc igitur postq̃ ionathas & symon tractauerunt ad hierosolimam sunt reuersi.¶Cumq; omnem populum ad templum congregassent.suadebant muros hierosolimorũ reparicandos & dirutam partem muri templi reconstruendam: altisq; turribus muniendam necnõ & in media ciuitate alium enim edificari murum vt custodibus arcis alimentorum copia negaretur.insuper etiam castella quę sunt in prouincia facerent tutiora vel fortiora.Cui & populus de bene propositis cum consensisset ipse quidem moenia ciuitatis edificabat. symonem vero misit prouinciã cõmunire.¶Demetrius vero trãsiens ad mesopotamiam peruenit.Quam dum vellet cum babilone & superioribus ꝓuincijs obtinere vt exinde occasiones de toto acciperet imperio:tunc illi greci vel macedone alias macedoniam habitantes vt eis prope modum cõuenirent legationem ad eum miserũt promittentes ei subuenire si ad illos transiret tradere se vel expugnare cum eo regem parthorũ arsacen.Qua spe subito egreditur ad eos vt si parthos deuinceret vitesq; resumeret:regem triphonẽ post ea debellaret longeq; eum a syria pelleret.Quem cum prono suscepissent animo prouinciales multosq; cõgregasset viros.bellumq; & omnem militiam aduersus arsacen ꝓduxisset: ipse quidem viuus capitur.sicut alibi retulimus.¶Triphon vero cum mortem demetrij cognouisset: perfidus anthiocho cœpit existere.Insidiabatur enim qualiter eum interficiens/ipse regnum teneret. Impediebant vero impetum eius & voluntatem amicitię ionathę quas cum anthiocho habebat.Vnde primũ ionatham statuit occidere:& tunc aduersus anthiochum accedere. Fraudibus ergo vel dolo cogitans ionathã consumere ad betsuram & anthiochiã venit(quã greci scitopolin appellant)vbi cum electis quadraginta milibus ei ionathas occurrit.putãs eum ad bellum venisse.Triphon vero cum ionathã vidisset paratũ ad pugnam donis eum placuit.susq; ducibus vt ionathe obedirent prꝫcepit. p quibus idem hęc suam volens cõfirmare cunctamq; suspitionem depellere/ quatenus cõfidentem & incautum nichilq; prꝫidentẽ occuparet & psuasit ei vt exercitum dimitteret/quem frustra dicebat ab eo esse fatigatum nequaq̃ bello existente & vndiq; pacem rebus habẽtibus sed tenere paucos & ad ptolomaidem simul venire supplicabat.Nam tradere ei ciuitatem & omnem prouincię moderationem se venisse ꝓfitebatur.¶Ionathas vero nichil mali suspicans sed vera fide vel voluntate hęc triphonem suadere credens exercitum dimisit tria milia sola secum tenens.Ex quibus in galilea duo milia relinquens.cum mille tantum militibus ad ptolomaidam triphonem comitatus superuenit.¶Vt vero intrauit ptolomaidam/portas statim ciues serauerunt,secundum quod erat eis a triphone prꝫceptum:& ionatham vinum capientes omnes qui cum eo erant interemerũt. Misit etiam triphon illico ad galileam qui relicta duo milia interficerent. Sed hi cum fama prꝫeniẽte captionem ionathę comperissent/anteq̃ venirent a triphone missi armis circundati a prouincia recesserunt. Tunc satellites triphonis (cum vidissent eos pro anima decertare)nullam eis molestiam inferẽtes ad triphonem reuerturntur.hierosolimitę tamen cum audissent ionathã captum & cum eo milites periisse: flebant illius interitum & summa de ipso questio apud omnes fiebat. Magnus autem timor eos suadens cõtristabat ne eis virtute vel prouidentia ionathę priuatis vicinę gentes inimicitię: & propter ionathę mortẽ iniquitate contra se bellum constituerent & ad mortem pueniret.Quę sicut suspicabant euenerũt.Nam cũ audissent gentes mortẽ ionathę cõtra iudeos bellare cœperũt:tanq̃ indigentes duce.

¶Triphonę exercitum contra hierusalem congregante(capto ionatha)Simon dux a populo constitutus hierosolimitas confortat metuentes & ciuitatem hierusalem fortificat & quendã nomine ionatham amicum,ad ioppen destinat Triphon Ionatham ligatum secum ducens cum exercitu venit in Iudeam qui dolose Simoni duci occurrẽti iubet (si fratrem vellet redimere)mittere centum talenta argenti cum duobus filijs Ionathę.Et Simon licet dolosa sciret triphonis mandata/conuocato populo pecunias cum duobus filijs ad triphonem tamen vt frater liberaretur misit.Quem triphon occidi iussit.cuius ossa Simon in patria sepeliuit magnificẽtissimo superędificato sepulchro.victis quoq; vicinis iudeorum hostibus Simon aream & montem hierusalem tribusannis complanauit.

Capitulum nonum.

TRiphon vero multum exercitum congregans. ad iudeam ascẽdere statuit vt hierosolimã debellaret.Symõ autem videns hierosolimitas metuentes:cœpit alloquio cõfirmare quatenus forti animo essent.nec pertimescerent.triphone superueniente.Et conuocans in

D

E

F

I. Mac. C. 12

I. mac. ca. 12

I. mac. ca. 14

I. mac. ca. 12

I. mac. ca. 12

I. mac. ca. 12

I. mac. ca. 12

A plo populum alacriorem eum ſuis verbis effecit:hinc allocutionis initium ſumens. Pro veſtra inquit libertate o viri iudei me dudum cum patre vel fratribus mori paratum quis ignoret? Siquidem exempla michi plurima non deſunt. Mori enim pro legibus vel patria religione familiam noſtram nullus timor inuadat qui hanc voluntatem ab anima noſtra poſſit eijcere? ſed magis introducat deſiderium vitę vel glorię? Quapropter non vti indigentes duce magno qui laborare vel pati pro nobis recuſet.ſequimini me prono animo vbicunq; perduxero. Neq; enim melior meis fratribus exiſto vt meę pacam animę neq; peior vt quod illis vilium eſt optimum pro patrijs legibus vel pro dei religione deuitem:ſed in quibus oportet me proprium illis fratrem oſtendere.in his me demonſtrabo conſimilē Confido enim in deo vltionem ab inimicis expetere voſq; omnes cum vxoribus vel filijs ab eorum violentia liberare:templumq; incolume cum dei auxilio reſeruare. Nam video gentes contempſiſſe vos tanq̄ ducem non habentes:bellaq; pręparaſſę. ¶ Cum hęc verba ſymon ad plebem feciſſet con
1.mac. ca.13. feſtim de pulſo populus metu audaciam ſumpſit deſperanſq; ad ſpem bonam repente mutatus eſt: & vnanimiter exclamauit nutu dei ſymonem eſſe ducem:& iudę vel ionathę fratrum pricipatum tenere dignum ſe quoq; omnibus iuſſionibus eius obſecuturum promittens ducis ei contulit dignitatem. ¶ Tunc ſymon aggregans omnes ſui exercitus bellatores feſtinauit muros ciuitatis reconſtruere turribus altis & fortibus eam munire. Deſtinauit etiam ionatham quendam amicum filium abſolomi cū militibus ad ioppen:eius habitatores eijcere. Nam timebat ne ciuitatem traderent triphoni. ipſe vero hieroſolymam tuebatur. ¶ Triphon autem exiens a ptolomaide.cum multo exercitu ad iudeam venit:ionatham ligatum ducens. Cui ſymon cum ſuis occurrit ad Iadam ciuitatem que ſuper
1.mac. ca.13. montem iacet vnde etiam iudeę campi pateſcunt. ¶ Cum vero triphon audiſſet a iudeis ducem ſymonem conſtitutum direxit ad eum fraudibus vel dolo cupiens hunc quoq; circumuenire iubetq; ei (ſi vellet fratrem ionatham redimere) mitteret argenti talenta centum. duoſq; ionathę filios quatenus fides illi poſt dimiſſionem haberetur.ne iudeam in ſua ditione redigeret: quia & tunc non pro re alia niſi pro debito vectigalium eum ligaſſe ſe configens. ¶ Tunc ſymon intelligens artem triphonis quia & ſi argentum mitteret ille tamen fratrem eius minime relaxaret:ſed & filios eius hoſti tradi fruſtra cognoſcens:tamen territus ne a populo accuſaretur ſe cauſam fraternę necis extitiſſe q̄ nō pecunias nec filios contraderet pro ipſo. colligens exercitum triphonis mandata indicauit dicēs q̄ hęc
B inſidijs vel dolo plena ſint. tamen optabilius eſſe pecunias ſed & filios ei tranſmittere:quam propoſitis a triphone non obediens putaretur non velle fratrem abſoluí. Initoq; cum ſuis ſymon tractatu. filios ionathę pecuniaſq; tranſmiſit. ¶ Quas cum triphon accepiſſet.nec fidē ſeruare nec ionatham abſoluere voluit:ſed mox & exercitum colligens ad propria remeauit. Ordinatoq; itinere per iudeā
1.mac. ca.13. ad hieroſolymam aſcendere cupiens venit ad doram ciuitatem idumeę. ¶ Precedebat vero ſymon caſtra cum exercitu ſemper contra eum diſponens. Quod cognoſcentes hi qui in arce hieroſolymitana erant ad triphonem dirigunt rogantes eum ocius ad ſe properare quatenus alimenta eis pręberet Ille vero per noctem illam equitatum parauit quaſi hieroſolymis aſcenſurus.ſed niue vehęmenti ea nocte cadente iter inuium repperit equis vel peditibus ſuis. Qua cauſa obſtante nequit ad hieroſo-
lymam triphon aſcendere.ſed reuertens ad ſyriam & prope galadithidem ingreſſus ionatham ibi perimi & ſepeliri iuſſit.& ita ad anthiochiam peruenit. Symon autem ad iaſcha ciuitatem tranſferens
1.mac. ca.13. oſſa fratris ſepeliuit in patria ſua luctum maximum omni ſuper eum populo faciente. ¶ Tunc ſymon ingens mauſoleum patri ſuo fratribuſq; ſepulturam fabricās ex albo & polito lapide cōſtruxit opus mirabile conſpicuumq; faciens cuius & portam vndiq; columnis ſubſtentantibus ex vno lapide viſu mirabilem ſtatuit:inſuper & piramidas ſeptem parētibus. vel vnicuiq; germanorum ſingulas ſuppo-
1.mac. ca.13. ſuit magnitudine vel decore lucentes quę hactenus ſeruantur. De ſepultura quidem ionathę & de edificatione monumentorum hoc ſtudium ſymonis agnouimus. ¶ Defunctus eſt vero ionathas pri-
C cipatum ſacerdotij agens poſtq̄ annos quatuor gentem continuit iudeorum. Et de labore quidem mortis eius in mutuis documentis publicisq; monimentis primi anni ſymonis benefactoris & iudeorum principis ſcriptum eſt. ¶ Itaq; iudei fœliciter aduerſarios ſuperauerunt vicinos cum ſymon gazaram ciuitatem vel ioppen vel iamniam deuaſtaret arcemq; hieroſolymorum deponeret. ne foret inimicis refugium vnde percurrentes eos ledere poſſent. Quod cum feciſſet:optimum & vtile putauit etiam montem ſuper quem arx conſtituta erat deſtruere. Quo multitudo cunctiq; ingreſſi montem deſtruebant & nec die nec nocte ceſſantes per tres annos depoſuerunt ad ſolum campumq; planiſſimum fecerunt ita vt eminentius templum excelleret arce vel monte depoſitis. ¶ Poſt captiuitatem demetrij regis temporibus ſymonis geſta ſunt:hunc continent modum.

¶ Perſidus Triphon Anthiocho doloſe occiſo affę diadema ſibi impoſuit cui populi conſenſerunt decepti ipſum quoq; cum extraneos potius diligeret q̄ ſuos milites deſerentes ad cleopatram

Animatus populus iudeorum ſymonem ducem proclamāt.&c.

Symon ciuitatē hieruſalem fortificat in terribus & ad ioppē mittit ionathā.&c.

Iterata fraus triphonis contra ſimonem.

Symon cōuocato exercitu mandata triphonis indicat doloſa ſed inito tractatu pecūias & filios ionathę ad triphonem vt frater liberaretur tranſmiſit.

Triphō ionathā fuſſit perimi cuius ſimon oſſa ſepeliuit in patria ſua.&c.

Sepulchrum Symō fecit patri & fratribus ſuis mirabile.&c.

Victoria iudeorum contra vicinos.

Symō arcem & montem hieruſalem deſtruxit tribus annis.

demetrij vxorem receſſerunt. Que anthiochum qui ſother dictus eſt demetrij fratrem (licet in biblia dicatur. filius) ad ſuas nuptias & imperium vocat. Qui triphonem (auxilio a ſymone impetrato) i bel D
lo vincit. Sed ſymoni ingratus ad iudeę depręda tionem Ceudebeū mittit quem animoſus Symon li cet ſenex cum filijs ſuis deuicit. Occiſo autem doloſe in cōuiuio Symone / ptolomeus eius gener vxo re & duobus filijs captiuis. Iohannem tertium qui hyrcanus appellatus eſt occidi iuſſit ſed mortis pe ricula euadens ſacerdotij principatum obtinuit.

Capitulum decimum.

Per fidus triphō doloſe āthiocho occiſo aſię dya dema ſibi impo ſuit quando cō ſenſerunt popu li ab eo decepti.

POſt captiuitatem demetrij non multo poſt alexandri filium anthiochum qui theocos 1.mac:
nominatur triphon interemit tutor eius quarto imperij eius anno: amicos autem & fa ca.13.
miliares ſuos ad milites tranſmiſit & multas dare pollicetur pecunias: ſi eum regem or dinarent. Nam demetrium a parthis captum nūciabat teneri: fratrem vero eius anthio chum ſi principatum obtineret: multa peſſima eis facturum eſſe dicebat: dum proditio nem eorum vlciſceretur. Qui cum ſperaſſent affluentia pecuniarum ſub regno triphonis frui: princi pem eum conſtituunt. ¶ Triphon autem vt regni inſignia ſuſcepit continuo nequitiam ſuam pate fecit: & innotuit omnibus quia q̄ priuatus humiliter multitudini obſequebatur: non hoc volūtate bo na. ſed impoſſibilitate faciebat. Poſtq̄ vero regnum adeptus eſt. exuens ſe ſimulatione verus triphon apparuit: cepitq; potius extraneos q̄ clientes diligere. Pro qua re exercitus recedens ab eo ad cleo patram demetrij vxorem ſe contulit: quę tunc in ſeleutia cum filijs erat concluſa. ¶ Errante vero fra E
tre demetrij anthiocho qui ſother dicebatur nullaq; ciuitate eum admittente triphonis timore: mit 1.mac.
tit cleopatra ad ſuas eum nuptias. & ad imperium inuitans. Quem ad hoc inuitauit ſuadētibus ami ca.15.
cis. & timore volentibus triphoni ciuitatem ſeleutiam aperire. ¶ Cum itraſſet ſeleutiam anthiochus & fortitudo eius per ſingulos dies excreſceret exijt contra triphonem pugnaturus. Quem vincens: a ſuperiori ſyria reppulit ad phenicem. & in dora caſtello munito cōcluſum obſidebat. Mittit etiam ad ſymonem principem ſacerdotum iudeorum legatos pro amicitijs vel auxilijs. Qui cum libenter pe titionem ſuſcepiſſet. pecunias multas cum alimentis militaribus doram obſidentibus large prębuit. 1.mac.
vt anthiochum inter neceſſarios pauco tempore pateretur. Nam triphon dum a caſtello dora ad a ca.15.
pamiam fugeret. captus in ea in concluſione peremptus eſt tertio regni ſui anno. ¶ Sed anthiochus 1.mac.
auaricia vel prauitate ſua ſymonis obliuionem vna cum miniſtratis pecunijs & alimentis concepit ca.16.
vireſq; militares cuidam cendebeo amico tradens ad deprędationem iudeę captiuitatemq; ſymo nis miſit. Sed cum ſymon audiſſet anthiochi pręuaricationem licet ſenex eſſet tamen eo q̄ nichil ab anthiocho iuſtum fieri videbat concitatus ad audaciam ſuper ętatem ſuam iuuenilem fortitudinem accepit: & diſpoſuit quidem filios cum bellicoſiſſima parte militum. ipſe vero per aliam partem cum reliquis viribus perrexit ad bellum: multoſq; in vallibus montium ad inſidias locabat: nullu ſq; cona tus eius euaſit ſed omnium hoſtium vincēs exercitum in pace reliqua vitam agebat. Nam & ipſe cū 1.mac.
romanis de auxilijs compoſuerat. ¶ Igitur annis octo principatum ſacerdotij iudeorum regens mo ca.14-
ritur in conuiuio per inſidias ptolomei generi: qui vxorem eius cum duobus filijs capiens & vinctos &.15.
habens certos amicos miſit vt iohannem tertium qui & hyrcanus vocabatur interficerent. Quod cū 1.mac.
ſenſiſſet iuuenis euaſit periculum & ad ciuitatem feſtinauit: confidens de populo propter patris ſui ca.16.
beneficia ptolomeiq; odium. Properantem vero per aliam portam ptolomeum intrare populus ex pulit: nam iam hyrcanum receperat.

Cleopatra anthi ochum demetrij fratrē qui ſother dictus eſt ad ſu as nuptias & ad imperiuz vocat. Anthiochus ſo ther qui a loſe pho dicitur fra ter demetrij i bi blia dicitur filius contra Tripho nem bellum fa ciens auxilium a ſymōe impetrat

Occiſo doloſe ſi mone in conui uio a genero ſuo ptolomeo vxore q; cū duobus fi lijs captiuis Iohā nes tertius q hir canus dictus eſt mortis pericula euadens ducatū ąccepit poſt pa trem eiecto pto lomeo.

¶ SEQVENTIA NON INVENIVNTVR. In biblia quia hic biblia finem facit hiſtorię machabeorum. ſecundus enim liber non eſt hiſtorię proſecutio ſed proſecutę recapitulatio nec de ſequentibus aliquid inuenitur in biblia. F

¶ Hyrcanus ſymonis filius iudeorum dux pro patre bellum contra ptolomeum mouens amore matris & fratrum captiuorum quos ſuper murum obceſſę ciuitatis precipitare minabatur aliquali ter victus obſidionis impetum per annum protractauit vnde apud iudeos per ſeptem annos feria tus obſeruatus ſicut in diebus. ptolomeus vero hyrcani matre & fratribus occiſis ad zenonem tyran num fugit in philadelphiam. Anthiocho contra iudeam anno primo hyrcani bellum mouente obſeſ ſus hyrcanus in ciuitate aduenient tabernaculorum feſto ſeptem dierum inducias pro feſto petens ab Anthiocho obtinuit cum ſacrificio magnificentiſſimo quod anthiochus ipſe per legatos miſerat vnde Anthiochus hic pius ſicut epiphanes ſacrilegus dictus eſt a iudeis. Hic enim ad pietatem fle xus patriam conuerſationem ſub pacto reſtituit & obſidionem a ciuitate amouit. hyrcanus eñ aper to dauid ſepulchro qui inter reges fuit ditiſſimus tria pecuniarum milia talenta protulit/e quibus & pacem cum Anthiocho fecit & primus iudeorum aluit peregrinos. Et contra parthos anthiocho de dit auxilia. demetrius autem anthiochi frater ipſo mortuo ſucceſſit in regno ſolutus a cancere.

Capitulum vndecimum.

A Dinc ptolomeus ad aliquod caſtellũ noie dagon diſceſſit. Accipiens autẽ paternum principatum hyrcanus deũ hoſtijs pacauit: & ita cõtra ptolomei militiã produxit exercitũ. Et cũ ad locum peruenisſet. in alijs oibus hoſtẽ circunueniẽs preualebat: vincebatur tamen matris & fratrũ amore. quos ſuper murũ ptolomeus trahẽs in cõſpectu eius torquebat. & precipitare minabatur. ſi non ab obſidione diſcederet. Hyrcanus autẽ cum remitteret de obſidionis induſtria tantum chariſſimis putabat offerre ſubſidia: ne dũ male paterentur eius crudelitati reputare tur. Mater autẽ protendens manus petebat/ne propter eos differret ſed multo magis impetu caſtellũ inuaderet inimicoq; ſuę poteſtati ſubacto pro cariſſimorum tormentis redderet retributionem: ſibi quoq; eſtimans hoc eſſe vtiliſſimum ſi per mortem ſuam hoſtes atrocius deperirent. Hyrcanũ ergo petitionibus matris incenſum caſtellum capiendi furor tenebat. rurſuſq; cumq; vidiſſet matrem cedi vel diſſipari ſoluebatur: & pro ingeſtis matri tormentis impetum deponebat obſidionis: taliq; neceſſitate obſidendi protractus annum expleuit: in quo ſemper iudei vacant. Nam per ſeptem hunc obſeruant ſicut in ſemetipſis diebus. Qua propter ptolomeus a bello ſolutus occidit matrem & fratres hyrcani. & fugit ad zenonem qui cothilas appellabatur in philadelphia tyrãnidem exercentem. Anthiochus autem infeſtus ſymoni de interitu ſui exercitus contra iudeam acceſſit quarto anno ſui imperij primo vero hyrcani olimpiade centeſima ſecunda. Cumq; deuaſtaſſet prouinciam hyrcanum in ciuitate concluſit: quem ſeptem acietibus circundedit. Nihil tamẽ penitus proficiebat propter murorum munimina & propter obſeſſorum virtutem necnon & aquarum inopiam. Quapropter ſiccitate domabatur. In parte vero planiſſima turres ſtatuit celſiores muro centum tres. tecta vnaquaq; habente. Super quas militares ordines diſpoſuit. multoſq; labores quotidie congreſſus inferebat. Foſſamq; latam & altiſſimam conſtruens/muros ciuitatis depoſuit. Iudei vero multas incurſiones contra moliebantur: & ſiquidem incautos aduerſarios inueniſſent peſſime eos conterebãt. ſi vero eos preſentiſſe cognoſcerent/innocui redibant. Vt vero noxiam multitudinem intra ciuitatem hyrcanus attendit conſumendis citius neceſſarijs nichilq; populo prodeſſe conſpexit inutilem partem eius ſecernens foras ciuitatem emiſit. quę vero bellicoſa & fortis hanc tantum tenuit. Anthiochus autem proiectos egredi vetabat. Qui dum inter muros errarent ſeuiſſimis tormentis miſerabiliter exalabant. Cum vero feſti dies tabernaculorum veniſſent miſerati eos denuo intra ciuitatem receperunt. Hyr

B canus autem ad anthiochum legatos direxit: petẽs inducias ſeptem diebus propter feſtiuitatem dei q; ſupplicationem. Qui cum audiſſet: reſpondit legatis. Immolate. Necnon etiam ſacrificium magnificentiſſimum deſtinauit taurum cornibus inauratis & pocula plena omnibus aromatibus aureave l argentea. Quod ſacrificium ſuſceperunt adductum qui ante portas ſtabant & ad templum adduxerunt. ¶ Anthiochus autem iſte in exitu melius anthiocho epiphane paruit alias claruit. Nam ille capiens ciuitatem porcos ſuper aram immolauerat & ius carnium per totum templum ſparſerat: etiam leges iudeorum paternamq; religionem confuderat propter quę gẽs rebellauit: & minime reconſiliari paſſa eſt. Hunc vero anthiochum propter pietatem religionis omnes pium vocauerunt. Laudanſq; eius modeſtiam hyrcanus & animaduertens ſtudium ipſius erga deum: petiuit eum vt patriam eis conuerſationem reſtitueret. Qui cum refutaſſet peſſimum conſilium ſuadentium gentem capi legibus diſſonantem ad omnem pietatem flexus legatis reſpondit ſi traderẽt arma partem q; tributorum ioppę aliarumq; ciuitatum circa iudeam exiſtentem ſoluerent & cuſtodiam in ciuitate ſuſciperent. confirmans pactum/finiret bellum. Iudei vero omnia perferre prẽter cuſtodiam conſentiebant: quam non propter aliud niſi pro diſſimili conuerſatione recuſabant. Pro cuſtodia tamen obſides dare profitebantur & talenta argenti quingenta ex quibus ſtatim trecenta cum obſidibus obtulerunt: & inter quos erat & frater hyrcani. Quę cũ ſuſcepiſſet rex anthiochus & coronam ciuitatis depoſuit: & obſidionem ſoluens diſceſſit. ¶ Hyrcanus vero ſepulchrum dauid aperiẽs qui multo ditior quondam regibus fuit tria milia talenta pecuniarum exinde protulit: ex quibus primus iudeorum ce

C pit peregrinos alere. Compoſuit etiam cum anthiocho amicitias: ſuſcipienſq; intra ciuitatem muuificenter abundeq; militibus omnia neceſſaria miniſtrabat. ¶ Cumq; anthiochus exercitum cõtra parthos duceret cum eo hyrcanus egreſſus eſt. De his teſtis eſt nobis nicholaus damaſcenus ſic in hyſtoria dicens. Tropheum autem ſiſtens anthiochus iuxta licum fluuium vbi vicerat indatim parthorum ducem vbi duobus diebus remoratus eſt petente hyrcano iudeo propter aliam patriam iudeorum celebrationem: in qua non erat legittimum eos proficiſci. Et hęc quidem non eſt mentitus. Nam quinquageſima feſtiuitas poſt ſabbatum inſtabat: in qua minime licet nobis vel in ſabbatis vel in feſto die viam conficere. ¶ Tunc enim anthiocus cum arſace parthorum rege cõfligens & multũ perdens exercitum interiit. In regno autẽ ſyrie frater eius demetrius ſuccedit. arſace eũ a captiuitate ſoluente eo tẽpore quo anthiochus parthorum terram ingreſſus eſt ſicut prius demõſtratum eſt.

Hyrcanus ſimonis filius iudeorum dux pro patre bellum cõtra ptolomeum mouens amore matris & fratrum quos ſuper murum ciuitatis obſeſſę ptolomeus precipitare minabatur aliqualiter victus obſidiõis impetum per annum ptractauit Anthiochus cõtra iudeam bellũ facit anno hircani primo.

Hyrcanus'aduenientę tabernaculoru; feſto ab anthiocho ſeptẽ dierum iducias pro feſto petit & obtinuit cum ſacrificio magnificentiſſimo.

Anthiochus ad pietatem flexus iudeis patriã cõuerſationem ſub pacto reſtituit & obſidionem a ciuitate amonit.

Hyrcanus aperto Dauid ſepulchro qui inter reges ditiſſimus fuit tria milia talẽta protulit ex quibus & pacem cũ anthiocho fecit & primus iudeorum peregrinos aluit.

¶Hyrcanus mortuo anthiocho ſirię ciuitates inuadit & capit(victoriaq; habita cõtra chutheos) templũ eorũ in monte Garizim diruit.vincit quoq; idumeos & ad iudaiſmũ conuertit hic etiam ami D
citias cũ romanis renouauit ad eum ſenatus ſcripto tranſmiſſo. Demetrio autẽ contra hyrcanum bellum mouente.Syri eius maliciam abhorrentes ptolomeũ fiſtonem de ſeleuci genere petũt habere regem.Qui demetrium ſuperat & fugientem vxor eius cleopatra recuſat recipere. Capitulum.xiij.

Hyrcanus poſt anthiochi mortem ſyrię ciuitates bello inuadit & capit.

DIrcanus vero anthiochi morte cognita ſtatim ad ſyrię ciuitates expeditionem parauit arbitratus imparatas eas & deſertas pugnatoribus defenſoribusq; inuenire:quod etiam euenit.Nam ~~midabe alias~~ medabam cum exercitus eius multum laboraſſet ſexto mẽſe capit: poſt etiam ſamogam vel illas quę vicinę fuerunt necnon etiam ſichimam ac garizim gentemq; cutheorũ quę templum edificatũ ad ſimilitudinem hieroſolymitani poſſidebat quod alexandri mandato ſanaballach dux cõdidit propter manaſſen ſuũ generũ fratrem iaddi principis ſacerdotum ſicut ſuperius intimauimus.Contigit vero templum hoc diruí Poſt annos ducentos. ¶Hyrcanus autem ciuitatem idumeę abora cum mariſſam cunctoſq; cũ domuiſſet idumeos permiſit eis pro uinciam habitare ſi circunciderentur:legibuſq; iudaicis vterentur.Qui deſiderio pãtrię terrę circunciſionem & aliam conuerſationem iudeorum pertulerunt ideoq; ex illo tempore ceperunt eſſe iudei.

Hyrcanus cũ romanis amicitias renouauit.

¶Quo facto hyrcanus princeps ſacerdotum ſocietatem romanorum cupiens legationem ad ipſos direxit.Cumq; ſenatus ſcripta eius ſuſcepiſſet:compoſuit amicitias hoc modo.Fãnius marci filius cõſul ſenatum omnem octauo ydus februarij in campum iuſſit conuenire preſente lucio manlio lucij mentinini filio & gaio ſempronio falernę filio propter quod legati iudeorum petiuerunt ſymon filius
Scriptum ſenatus ad hyrcanũ. doſithei & appolonius alexandri & diodorus ſaſonis viri optimi a populo deſtinati de ſocietate vel E
auxilijs exhibẽdis quam cum romanis de publicis rebus habuerunt: vt ioppe & portus & zoram vel fontes & ciuitates inſuper & villę quas anthiochus pugnans contra ſenatuſconſultum tenuit reſtituantur & quatenus nec regij milites per terram eorum cum ſubiecti ſint trãſeant. vt etiam illa que per anthiochum geſta ſunt contra ſenatuſconſultum ceſſent. & vt legatos mittant quatenus recipiantur quę ab anthiocho oblata ſunt & prouinciam eſtiment vaſtatam: vtq; eis ad reges & populos liberos litterę darentur quatenus ad propriam domum illeſi reuerterẽtur.Placuit igitur auxilia & amicitias cum hominibus bonis a bono populo vel amico tranſmiſſis eſſe renouãdas. ¶De rebus autem ablatis:reſponderunt conſulares.Cum a ſuis negocijs ſenatus vacauerit feſtinabitur in poſterum nullam
Demetrio aduerſus hyrcanũ exercitum colligẽte ſiri eius maliciam abhorrentes petunt ptolomeum fiſtonem de genere ſeleuci regem. in eos iniquitatem ab aliquo fieri decernentes dare conſulem fannium publicas pecunias expendendas cum ad patriam remearent. Et fannius quidem legatos iudeorũ remittit pecunias eis publicas preſtans & ſenatuſconſultum per quod debuiſſent cum tutela ad ſuam redire patriam.In hisquidem princeps ſacerdotum hyrcanus erat.¶Interea rex demetrius cum exercitũ aduerſus hyrcanum colligeret nec tempus ei nec occaſio data eſt cum milites & ſyri maliciam eius abhorrerent:& per legationem peterent ptolomeum fiſconem cognominatum:quatenus de genere ſeleuci tranſmitteret eis
qui deberet accipere principatum.Ptolomeus autem cum alexandro zebẽnaexercitum miſit:pugna F
q; commiſſa demetrius ſuperatur.Qui dum fugeret ad cleopatram ſuam vxorem in ptolomaidem: ab ea non ſuſceptus tyrum recedens tentus multaq; paſſus ab inimicis interijt.

¶Alexander rex(compoſitis cum hyrcano amicitijs)ab anthiocho demetrij filio occiditur.Qui anthiochus cum fratre anthiocho cizicено bellum habens hircanum in pace reliquit.Qui q̃ plurimis acquiſitis diuitijs contra ſamariam memor malorum contra mariſſeos iudeorum auxiliatores bellũ producens obſidet ciuitatem prępoſitis filijs ſuis ariſtobolo & antigono ſamaritis itaq; fame cogente anthiochum cizicenum adiutorem vocant quę vincens ariſtobolus fugauit & ſecundo vocatus multis militibus perditis iudaico bello calimandro & epicrati commiſſus receſſit.Et occiſo callimandro epicrates pecuniam ſeductus citopolim cumvicinis locis prodidit iudeis.hircanus quoq; tunc totam deſtruxit ſamariam cui diuina de filiorum ſuorum contra anthiochum facta eſt victoria.Capitu.xiij.

Alexãder rex cũ hyrcano cõpoſitis amicitijs occiditur ab anthiocho filio demetrij.

ALexander autem regnum accipiens & amicitiã cum hyrcano principe ſacerdotum componens:interiecto tamen tempore expugnatus ab anthiocho filio demetrij criſpi noie occiditur. ¶Cumq; anthiochus regnum ſirię tenuiſſet:contra iudeam exercitum deſtinã re timuit.Audiens vero germanum ſuum & ipſum nomine ãthiochum ex eadem matre progenitum multas vires contra ſe a cizico congregaſſe eum intra prouinciam ſtatuit expectare quatenus obuius incurſionibus fratris anthiochi reſiſteret qui ciſicenus dicebatur quod in illa ciuitate nutritus eſſet.
Duorum fratrũ cleopatra vxor. Filius autem anthiochi fuerat qui ſother nuncupatur & vitam bello parthico terminarat.Hic etiam frater fuerat demetrij criſpi partis. ¶Contigit vero ambos fratres vnam vxorem cleopatram duxiſſe quemadmodum & alibi retulimus. ¶Cizicenus autem anthiochus ad ſyriam perueniens. diu cum fratre bella cõmiſit.Iterum hyrcanus omni tẽpore illo pace fruebatur.Nam & poſt ãthiochi mortem

A a macedonibus deſtitit: dum neq; vt amicus vel ſubiectus aliquid eis prębuiſſet. Cuius res abunde creuerunt temporibus alexandri zebennei: & magis tunc quando hi fratres cōtra ſe pugnabāt. ¶ Nā dum bello occupati fuiſſent: hyrcanus iudeam cum licentia poſſidebat multamq; pecuniarum ſum mam collegit: amboſq; inter ſe dimicantes contemnēs expeditionem contra ciuitatem ſamariam val de munitam produxit. De qua ſuo loco referam qualiter ab herode ſit condita & ſebaſta nominata. ¶ Accedens igitur ad eam ſtudioſe obſidebat memor malorum quę ſamaritę contra mariſſenos co lonos & auxiliatores iudeorum commiſerunt obedientes ſyrorum regibus. Cum ergo menia circun dediſſet vndiq; duplici muro cincta ſtadijs octoginta/ filios ſuos abſidioni prępoſuit antigonum & ariſtobolum ¶ Quibus imminentibus. in tanta neceſſitate famis ſamaritę inciderunt vt etiam illicita tangerent: & vocarent adiutorem anthiochum cizicenum. Qui ſtatim veniens ad defenſionem vin citur ab ariſtobolo fugatuſq; a fratribus vſq; ad ſcitopololim currens euaſit periculum. Hi rurſus ad ſamaritatas reuerſi concludunt eos intra murum vt ſecundo neceſſitate ſamaritę adiutorem vocarēt anthiochum. Qui dum a ptolomeo latyro ſex milia viros periſſet quos ptolomeus inuita matre dire xit. Nam necdum a principatu eum expulerat primum prędatorio modo inuadit hyrcani prouinciā cum ęgyptijs non audens aperte pugnam committere. Nam vires ſuas ſciebat impares. Sed ſperans populatione terrę cogere hyrcanum a ſamarię obſidione recedere. Cumq; multos milites perderet inſidijs circumuentus diſceſſit a tripolim callimandro & epicrati bellum iudaicum committens. Cal limander vero aduerſarijs fugam ſimulantibus & poſt reuerſis ſtatim conſumitur. Epicrates autem manifeſte pecunijs ſeductus ſcitopolim cum vicinis locis prodidit iudeis. Samarię vero obſidionem ſoluere non potuit. Igitur hyrcanus ſub anni concluſione capiens ciuitatem: non contentus eſt. ſed totam deleuit ſamariam. Nam ſic eam euertit. vt vallum magis q̄ ciuitatem fuiſſe illi iudicarent. ¶ Mi rabile tamen aliquid de principe ſacerdotum hyrcano dicitur quemadmodum ei deus locutus eſt. Nam referunt illo die quo filij eius cum cizicено conflixerant dum ipſe in templo ſolus ſacerdos ado leret thura: audiſſe quod filij eius vincerent anthiochum. Qui cum a templo proceſſiſſet: hoc omni populo manifeſtum fecit. Quod ita conſtat euenisſe.

Hyrcanus cōtra ſamariā memor malorum contra mariſſenos iude orum auxiliato res bellum pro ducit & obſidet prępoſitis filijs ſuis Ariſtobolo & Antigono. Samaritę (famę cogente) anthio chū cizicenū vo cāt cōtra iudeos adiutorē quēvi cit ariſtobolus & fugauit. Anthiochus mi tis militibus per ditis receſſit iu daico bello calli mandro/ & Epi crati commiſſa. Occiſo calliman dro epicrates ſe ductus pecunijs ſcitopolim cū vi cinis locis pdidit

¶ Pace iudeis vbiq; fruentibus cleopatra ęgipti regina contra ptolomeum latyrum filium ſuum
B bellum mouens chelchiam & ananiam iudeos exercitus duces ordinauit. Et tūc empta pariſeorum contra hyrcani proſperitatem inuidia ſeditio inter ſaduceos & phariſeos oritur. Hyrcano partem ſa duceorum fouente vnde ei a multitudine ſummū odiū & filijs ſuis concitatū eſt. Tunc enim diuites ſaduceos & pauperes phariſeos ſequębātur. Hyrcanus quoq; cuius laus eterna manet quia ſacerdo tū priceps/populi dux/ & propheta moritur. poſtq̄ ppīm. xxj. annis rexit quiq; reliquēs filios. Ca. xiiij.

Hircanus quidē in his degebat. Peridē vero tępus nō ſolū hieroſolymorū iudei ſed & prouī ciales & alexandriā habitantes & ęgyptū & cyprū: fœliciter agebāt. ¶ Nā cleopatra regina cōtra filiū ptolomeū latyrū ſeditionē mouēs ordinauit duces chelchiam & ananiam filios onię: quē ſuperius retulimus edificaſſe in terra heliopolitana tęplū ad ſimilitudinē ſacrarij hieroſolymorū. Cleopatra tamē cum tradidiſſet his exercitū ſine ſentētia eorū nihil tractabat: ſicut teſtatus eſt ſtrabō capadoc ita dicēs. Nā plures & qui cū eo deſcēderūt: & quos poſtea cleopatra mit tebat in cyprū: ſtatim ad ptolomeū trāſibāt. Solivero iudei qui onię dicebātur apud cleopatrā permā ſere reginā: propter chelchiā & propter ananiā. Hęc ſtrabon diſſeruit. ¶ Hyrcano autē inuidiā mouit apud iudeos fœlicitas: magis autē phariſeos. Nā male eū pati volebāt. vt ſi quid cōtra regē & pricipē ſacerdotū dixiſſent: facile credereturDiſcipulus tamē eorū & hyrcanus fuerat: & minus ab eis dilige batur. Sed cum eos ad conuiuiū vocaret & amicabiliter paſceret nimiſq; delectari vidiſſet dicere ce pit. Scitis me velle oia iuſte agere per quę deo & vobis placeam. Rogo autē ſi quid peccantē videri tis & a recta via deuiantem: reuocate atq; corrigite. Qui dum ei teſtimoniū pręberent omni virtute ornatum letatus eſt. Tūc vnus ex accumbētibus eleazarus noie maliuolus & ſeditionibus gaudens.
C quoniam iuſtū inquit dixiſti te velle veritatem cognoſcere: ſi vis iuſtus eſſe depone principatum ſa cerdotij: & tantū ſufficiat tibi populi regere magiſtratum. Hyrcano vero cauſam conſulente quapro pter deponeret principatum quoniā inquit audiuimus a ſenioribus captiuam fuiſſe matrem tuā ſub anthiocho epiphane quod falſum fuerat. Contra quem irritatus hyrcanus/ oēſq; phariſei valde indi gnabantur. ¶ Tūc ionathas quidā de ſaduceorū hereſi quę cōtraria phariſeis conſiſtit hircano ami cus dicebat ſcientibus omnibus phariſeis eleazarum blaſphemiam feciſſe: & hoc manifeſtum illi poſ ſe fieri: ſi requireret illos qua dignus eſſet pena pro verborū quālitate mulctari. ¶ Cumq; hyrcanus phariſeos interrogaſſet qua iudicarent eum pena meritum non enim credo inquit cum veſtra ſentē tia factam iniuriam: tunc illi cum eum honorare v ellent dicebant ad menſuram pene plagas & vin cula ſufficere. Nam non videbatur digna contumelia qua potuiſſet morte mulctari. Et quia moleſti

Cleopatra regi na ęgypti cōtra ptolomeum latyrum filium bellū mouēs duces or dinauit chelchi am & ananiam iudeos. Eleazarus ſedi tioſus hyrcanu3 monet ſacerdo tium deponere. Ionathas ſadu ceus hircano a micus eleazaru3 blaſphemię ac cuſat.

Seditio iter ſadu ceos & phariſe os hircano ſa du ceorũ partẽ fo uente vnde ei a multitudie odiũ concitatum eſt.

De legibus pha riſeorum quę in ter moſaycas le ges nõ ſcribũtur

Diuites ſaduce os paupes pha riſeos ſequebãt.

Mortuus hyrca nus reliquit qui q; filias.

Laus hyrcani in tribus quia ſacer dos dux populi & propheta.

Ariſtobolus hyr cani filius patre mortuo primus dyadema poſt captiuitatem ſi bi ipoſuit & fra trem ſuum.

Antigonum cu matre aliis in vi culis conſtrictis ſimili dignitate ornauit.

Accuſatus ãtigo nus Ariſtobolus aliẽatus ẽ ab illo Inuidi antigonũ fratri accuſant.

Pręceptum ari ſtoboli ad Anti gonũ vt ſine ar mis veniret ad quem regina cõ trariũ mandauit

Interitus dolo ſus Antigoni.

Nihil inuidia va lidius. &c.

Prophetia iudę ei deproxima morte antigoni.

Turris ſtratiõis.

Ariſtoboli diui na punitio ꝺ fra terna nece.

ſunt naturaliter ad tormenta phariſei. valde contriſtabatur. Vnde putabat illorum ſententiam male dictiones eleazarum ſibi feciſſe. ¶ Incitator vero ire ſuę ionatas flexit eum relictis phariſeis ad ſaduceorum partem tranſire vt & leges ab eis populo diſpoſitas ſolueret: cuſtodeſq; earum puniret. Vnde ſummũ ei vel filijs odium a multitudine concitatum eſt. Sed de his quidem iterum diſſeremus. ¶ Nunc autem volo demonſtrare quas leges populo patrum ſucceſſione tradidiſſent phariſei: quę non ſunt inter moſaycas leges conſcriptę. Ideoq; ſaduceorum gens has expulit dicens illas teneri debere leges quę cõſcriptę ſunt illas vero quę a patribus traditę nõ fuiſſent minime cuſtodiri. Et de his multa quęſtio vel altercationes maxime fiebãt & ſaduceos copioſi vel diuites ſequebatur. populares vero nõ eis obſequebãtur ſed phariſeos vnanimiter adiuuabãt. De his tamẽ duabus hereſibus atq; eſſenorũ: in ſecũdo volumine iudaicę hiſtorię diſſeruimus. Hyrcanus autẽ poſt ſeditionẽ ſedatã fœliciter vixit & principatũ optime rexit annis viginti & vno: defunctuſq; reliquit filios quinq;. Qui maxime his tribus rebus dignus a deo iudicatus eſt: magiſtratu populi: principatu ſacerdotij & predicatione prophetię. Nam deus cum eo erat & futurorũ preſentiam ei donauit. Ita enim cognoſcebat & prędicabat: vt etiam de duobus filijs prędicaret quod rerum domini non diutius permanerẽt. Quorum interitũ operepręciũ eſt narrare: quatenus ſentiamus quantũ indigni fœlicitate partis fuiſſent.

¶ Ariſtobolus hyrcani filius (patre mortuo) primus poſt captiuitatem dyadema ſibi impoſuit & fratrem ſuum Anthiochum fratribus alijs cum matre in vinculis conſtrictis ſimili dignitate ornauit. Quo accuſato a maliuolis pręceptum dedit rex vt ad eum cum armis venientes cuſtodes occiderẽt. Mandauitq; Antigono vt ſine armis veniret. Qui regina contrarium mandãte doloſe interfectus eſt. Quod iuda eſſeus propheta prędixerat vnde & Ariſtobolus diuina punitus vltione miſerabiliter interijt. Poſtq; ſtureos iudeis ſubegit.

Capitulum quintumdecimum.

Defuncto enim patre maior ariſtobolus magiſtratum ad regiam dignitatem tranſferre decreuit: primuſq; ſibi diadema impoſuit poſt quadraginta & octoginta & vnum annos & tres mẽſes. ex quo de captiuitate babilonia populus liberatus ad propria reme auit. Amans autẽ fratrem ſuum ſecundum antigonum ſimili dignitate eum ordinauit. Alios vero vinculis tenebat aſtrictos. Incluſit etiam matrem de magiſtraru altercãtem. Nam illam hyrcanus dominam eſſe reliquerat. Qui ad tantam crudelitatem perductus eſt: vt vinculis eam penuria q; conſumeret. ¶ Inſuper addidit matri etiã antigonũ quem amare videbatur & communis regni habere conſortem accuſationibus alienatus ab eo. Quibus primũ quidem non credebat aliqua amore non admittens: aliqua vero per inuidiã arditratus dicta. ¶ Sed cum antigonus clarus ab expeditione rediſſet tempore quo feſtiuitatem tabernaculorum deo celebrarent contingit enim ariſtobolum teneri quidem morbo. Tum antigonus agens dies feſtos ad tẽplũ aſcendit valde ſplendidiſſime ornatus cũ ſuis armatis & multum pro ſalute fratris orauit. ¶ Maliuoli vero cupientes eorũ ſeparare cõcordiam: occaſione ſe cepiſſe põpam antigoni putauerũt: & victoriam eius corã rege pompamq; maliuole dilatabant. quomodo in celebratione tabernaculorũ ſub limęs apparuit. vt non hęc a priuato fieri viderentur. ſed regię munificentię oſtentatio crederetur eũ q; cum multitudine militum venturum ad fratris interitum nunciabant. ¶ Ariſtobolus autem cum his acuſationibus credidiſſet inuitus timens ne in fratris ſuſpitionem incideret ſimulq; ſuam cuſtodiam curans diſpoſuit cuſtodes corporis ſui in ſubterraneo vel tenebroſo loco. Iacebat autem ipſe in turre quę antoniana dicebatur & pręcepit vt inermem occiderent nullum: fratrem autem antigonum ſi armatus intraret interficerent. Mandauitq; antigono: vt ſine armis veniret. Regina vero cum inſidiatoribus antigoni perſuaſit mãdata portanti contraria dicere: frater tuus inquit audiens cõſtruxiſſe te arma ornatumq; bellicum petit vt ingrediaris cum armis: quatenus videat eorum facturam. ¶ Quo nuncio antigonus nihil arbitratus doloſum ſed confidens de fratris affectu: ſicut erat armatus ad ariſtobolum ingreditur vt armorum demonſtraret ornatum. Cumq; ad turrem quę ſtrationis dicitur perueniſſet / ab eis qui in tenebroſo loco fuerant collocati proſternitur. ¶ Cuius mors oſtendit nihil inuidia nihil accuſatione validius neq; aliud magis ſecernit fidem ſeu naturalem familiaritatem q̃ iſte paſſiones. ¶ Admirari poteſt quilibet iudam eſſeum genere qui nunq̃ in his quę prędixit mentitus eſt. Nam hic cum vidiſſet antigonum per templum tranſire. clamauit ſuis & notis: qui gratia prędicendi futura doctrinam eius obſeruabent Melius eſt michi mori q̃ ſi mortem mentitus fuero antigoni. quem hodie video periturum in turre ſtrationis. ¶ Locus vero ſtrationis diſtabat ſecentis ſtadijs vbi eum prędixit interfici: dieiq; iam plurima pars tranſierat: vt etiam dubitare vaticinio videretur. Cumq; hęc dixiſſet triſtiſq; eſſet nunciatur ei Antigonum in ſubterraneo eſſe defunctum. Nam & ipſa turris ſtrationis dicebatur eodem nomine: quo maritima nuncupatur ceſarea. Igitur vatem hoc perturbauit. ¶ Ariſtobolum autem fraternę necis penitencia fletuſq; poſſedit necnõ etiam

A egritudo mentem eius celeri dolore perſuaſit & intollerabilem paſſionem corruptis viſceribus ſuſtinebat copiamq; ſanguinis euomebat. Quem dum puer aulicus portaret lapſus eſt in loco in quo maculę ſanguinis antigoni adhuc permanebant vt arbitror dei prouidentia diſponente. Quo facto clamor videntium fuſum ſanguinem eleuatus eſt: dum exiſtimarent puerum hoc ſponte feciſſe. Clamorem vero cum ariſtobolus audiſſet cauſamq; requiſiſſet tacentibus amplius minabatur: diſcere volẽs clamoris cauſam. ¶ Homines enim ſuſpicantur mala in his quę tacentur: & ſemper eſſe peiora putãt ¶ Vt ergo cogenti & interiminanti veritatem aperuerunt: confunditur eius mens percuſſa cõſcientia ſua: gemenſq; cum lachrimis ex alto pectore dixit. Nunquid latere deum potui in tam impijs & crudelibus factis. vt non pro ſcelere fraternę necis veloci pena conſumererv ſq; quo improbũ corpus prohibes animã ad vmbras fratris & matris accedere. Cur non eã celeriter reddis: ſed paulatim libo ſanguinẽ interempti. Quę cũ dixiſſet: moritur regni primo anno. Qui etiam dictus eſt philellin alias philellen id eſt amator grecorũ. Multũ vero patrię profuit. Nam ſubegit Itureos. plurimãq; eorũ prouinciam iudeis adiecit: & compulit habitãtes in ea vt ſi vellent in prouincia permanere circumciderentur ſecundũ leges iudaicas. ¶ Erat autẽ naturę valde modeſtę vel prudẽtis ingenij: ſicut teſtimoniũ preſtat ſtrabon noie timagenes alias timagenis ita dicens. Modeſtus fuerat hic vir & nimium iudeis vtilis. Nam prouinciã eis acquiſiuit: & partẽ gentis Itureorum ſibi circunciſionis vinculo conſunxit.

Verba Ariſtobolis miſerabiliter morientis anno primo regni ſui. &c.

Ariſtobolus qui philellen dictus itureos ſubegit. & circũcidi fecit

¶ Salomę (que a grecis Alexandra dicta eſt) ariſtoboli vxor ipſo mortuo mariti fratres ſoluẽs lãneum qui alexander eſt appellatus regem ordinauit hic enim in galilea enutritus & genitus patrem hyrcanum nũq; viderat vnum enim ex fratribus (ſuſcepto regno) interfecit. Et exercitum contra ptolomaidem ducens amicitias cum ptolomeo ſimulans eius auxilio zoilum ſubegit Ptolomeus quoq; Alexandri cognita fraude Iudeam cum exercitu inuadit & iudeos maxia crudelitate debellauit: multos enim occidi & laniari & in cacabos poni ad comedendum precepit. Capitulum.xvj.

Salomę que alexandra dicta eſt Ariſtoboli vxor ipſo mortuo fratribus ſolutis iãneũ qui Alexander dictus eſt regem ordinauit.

DEfuncto tamen ariſtobolo ſalomę vxor eius quę apud grecos alexandra noiatur ſoluens fratres eius quos ariſtobolus tenebat vt prędictũ eſt: Iamneum qui & alexander dicebatur regem ordinauit ętate maiorẽ: qui nunq; ad faciem patris venit. Cauſa vero huius odij dicitur fuiſſe. Cum diligeret priores ſuos filios hyrcanus antigonum & ariſtobolum & ei apparuiſſet in ſomnis deus & interrogaſſet eum quis filiorum ſucceſſor eius exiſteret: deo demõſtrante vultũ iſtius
B contriſtatus quod omnium bonorum ſuorum hic heres exiſteret. genitum in galilea nutriri dimiſit. ¶ Deus vero nequaq; mentitus eſt hyrcano. Namq; reginam poſt ariſtoboli finem iſte ſuſcepit. Qui vnum e fratribus ſuis nitentem regnũ preſumere interfecit: alterũ vero volentem innocenter viuere honorabiliter tractabat. Is enim dũ principatum ſuum ſicut & videbatur vtile diſpoſuiſſet expeditionem contra ptolomaidem egit: pugnaq; commiſſa victor in ciuitatẽ hoſtes cõcludens obſidebat eos Nam ex ciuitatibus maritimis ptolomais & gaza ſolę vt ſubijcerentur reſtabant: necnõ etiam zoili tyranni ſtatonis & dora. Sed philometorę anthiocho fratreq; eius anthiocho cizíceno inuicem decertantibus ſuaſq; vires perdẽtibus nequaq; ptolomaitę ſperabant ab illis auxilium. Quibus obſidione: exhauſtis zoilus qui turrem ſtrationis doramq; tenebat agnem militare nutriens tyrannidem meditatus eſt dum reges contra ſe bellarent & paululum ptolomaitis ſubueniebat: quia nec reges talem familiaritatem circa eos habebant vt conſiderent ab eis mereri ſolatia. Vterq; enim tolerabat quod ſepius athleta contingit qui cum viribus diffidunt: erubeſcentes cedere ocio vel requiei certamina differunt. ¶ Reliqua ptolomaitis ſpes erat in rege ęgiptiorum ptolomeo latyro. qui cum a matre depulſus a regno fuiſſet: cyprum habitabat. Igitur mittentes ad eum ptolomaitę petebant auxilium venire quatenus a manibus alexandri periclitantes eriperet. Spem etiam nos minimam ei legati excitauerunt dicentes ſi tranſiret ad ſyriam habere gazeos & zoilum inſuper & ſydonios & multos alios ptolomaitis ſecum pugnantibus. Quibus incitantibus: nauigare feſtinauit. ¶ Per idem tempus de-
C metrius orator eloquentiſſimus perſuaſit eis ſententiam permutare: melius eſſe dicens incertum iudeorum ſuſtinere periculum quam manifeſtam ſuſcipere ſeruitutem dum ſe traderent domino. quo facto non preſens ſolum haberent bellum: ſed multo maius ab ęgypto ſperarent. Nam & cleopatrã: nequaq; pati filium vicinum exercitum aggregare dicebat. ſed venturam cum maximo contra eum exercitu que properabat ex cypro filium eijcere: & cum ptolomeus nihil proficeret rurſus cyprum fugerunt ipſi vero nouiſſimum haberent periculum. ¶ Ptolomeus vero quis per viam cognouiſſet ptolomaitarum voluntatem mutatam non minus tamen nauigauit, & applicauit in ſiccamina ibiq; vires ſuas depoſuit. Omnis vero exercitus eius erat cum equitibus & peditibus triginta milia. Quos cũ iuxta ptolomaidem produxiſſet & applicuiſſet valde cogitabat quoniam neq; legatos eius ſuſciperẽt neq; verba audirent. Sed cum veniſſet ad eum zoilus & gazei ac peterent ſibi auxilium preberi quod terra eorum a iudeis & alexandro depopularentur: ſoluit obſidionem alexander ptolomei timore

Demetrij oratoris cõſilium ptolomaitis.

Ptolomeus cum exercitu ad ptolomaidem venit

reuersusq; ad propriam terram. ¶Deinceps bella disponebat latenter quidem contra cleopatrã pto-
Ptolomeus(cognita alexandri fraude) ptholomaidẽ obsessa iudeam cũ exercitu populaturus inuadit.
lomeum inuitans:aperte vero amicitias se cum eo componere simulans.Et quatuor milia talẽtorum D
argenti se dare promisit si zoilum tyrannum depelleret:terramq; eius iudeis traderet. Tunc ergo pto
lomeus alexandri amicitias suscepit:& zoilum subegit. ¶Deinceps cum audiret latenter ad cleopa-
tram matrem eius mandasse.soluit pacta quę cum eo fecerat atq; fidem:& ad ptolomaidem quidem
Exercitus alexãdri contra ptolomeum numerus & conflictus ptolomeus vincit.
accedens obsidebat.quod eum non suscepissent. Ibiq; relinquens ducem & partem sui exercitus vt
obsessos custodirent:cum reliqua parte iudeam populaturus inuadit. Alexandervero cum ptolomei
pręuaricationem audisset congregauit prouincialium quinquaginta milium vt autem alij hystoria-
rum scriptores dixerunt octoginta milia.Cum ergo collegisset exercitum:concurrit ptolomeo. Ptolo
meus itaq; subito inuadens asocron ciuitatem galileę die sabbatorum viriliter cepit eam. Vnde de-
cem milia corporum:& aliam multam prędam abstulit.Cumq; temptasset Sephorin ciuitatem pau-
co distantem spacio:ciuitate capta multos amisit:post autem cum alexandro bellaturus perrexit.cui
cum alexandro occurrisset iuxta iordanem fluuium in loco qui asaphon dicitur non longe a iorda-
ne fluuio castra sua disposuit habens octo milia pugnatorum/quos hecatõtamachos vocabat id est
Hecatontamachos quid significat.
contra centum pugnantes quoniam ereis scutis vtebantur. Verum etiam: fuerunt & ptolomeo pro-
pugnatores cum ereis clipeis sed minus iudeis ornati: ideoq; milites ptolomei timidi ad prelium ac
cesserunt. Sed non paruam audaciam immittebat eis philostephanus. qui strategematum peritus
eos fluuium transire prohibebat.super quem castra sua posuerat. Alexandro vero inter hęc minime
visum est transitum eorum vetare. dum putaret quia si fluuium post dorsum haberent:nequaq; pos-
¶Victi iudei fugiunt.
sent a pugna recedere. At in principio prelij ex vtraq; parte fortiter pugnatum est pari animositate E
vel studio:vt ab vtroq; exercitu multi prosternerentur. Sed cum alexãdri exercitum superiorem phi
lostephanus vidisset milites diuidit:& defectos suos fortiter adiuuans. Nulloq; subueniente iudeis
Trigita milia iudeorũ occisi dicuntur.
partem illam cum eis qui prope stabant ad fugam conuertit. Quod cum vidissent milites ptolomei:
secuti iudeos interficiebant.Post autem reuersi reliquos ad fugam verterunt:& tandiu prostrauerũt
eos vsq; quo ferrum & manus eorum defecissent. Triginta ergo milia virorum occisa fuisse dicuntur.
Crudelitas ptolomei qui mulieres precipiẽs occidi & laniari in cacabos poni iussit adesequendũ.
Timagenis vero quinquaginta retulit. reliquos autem captos: paucos vero ad suam fugisse prouin-
ciam. ¶Tunc ptolomeus post victoriam prouinciam peragrans:vespere facto in quosdam iudeę vil
las ingressus est. Quas plenas mulieribus & infantibus inueniens iussit militibus suis vt occiderent &
laniarent:membraq; eorum in cacabos mitterent ad coquendum. Hoc autem simulauit vt hi qui fu
gerant a pugna putarent hostes suos carnibus humanis vesci & exinde eos valde metuerent. Cepit
vero & ptolomaidem sicut alibi retulimus.

¶Cleopatra nauali exercitu & pedestri contra ptolomeum filium iudeam vastantem egreditur
Cuius exercitus duces celchias & ananias ptolomaidem obsederunt quo tempore celchias ptolome
um persequens moritur.Et Ananias pro iudeis intercedens cleopatram flexit.Theodorus quoq; iu
deos insperate inuadens decem milia interfecit.Quo facto Alexander exercitum iuxta maritima lo F
ca ducens Raphiam & Anchidonam quę postea Agripias est ab herode appellata expugnauit.Et
Gazeis iratus quoniam ptolomeum auxiliatorem vocassent eorum prouinciam deprędauit contra
quem Aplodotus Gazeorum dux exercitum ducens multos Iudeos interfecit.Alexander vero quin
gentos ex primatibus in templo apolinis occidit.

Capitulum.xvij.

Cleopatra cõtra filium ptolomeum: arma parat ptolomaidẽ obsedit.
Celchias moritur.

Leopatra aũt cũ respiceret filium suũ crescere.& iudeam licenter deuastare ciuitatẽq; gazeorum subiectam habere:negligere recusauit dum iam in portis suis eum presentem spe
raret esse futurum:& amari ab egyptijs propter virtutem eius eum putaret statim cum na
uali exercitu & pedestri contra eum egreditur duces totius militie celchiam & ananiam
iudeos preponens:pecunias vero multas nepotesq; suos & testamenta apud Choos alias coes insu-
lam commendans.Cumq; iussisset filium suum alexandrum cum maxima classe nauium ad phenicẽ
nauigare propter refugia:omnem suam expeditionem cleopatra in ptholomaide deposuit. Cumq;
eam non suscepissent ptolomaitę: obsedit ciuitatem. Ptolomeus autem a syria contra egyptum fe-
stinauit putans eam subito sine militibus existentem occupare.sed spe sua deceptus est. Per idem tẽ
pus & celchias vnus ex ducibus cleopatrę circa inferiorem syriam ptolomeum persequens moritur.
Cleopatra vero cum audisset filij conatum.& nullatenus eum egiptij sicut sperabat suscepissent: trãs
misit militię partem:quę de prouincia ptolomeum depelleret. Qui reuersus ab ęhipto iterum in ga-
za hyemabat. Interiecto vero tempore cleopatra custodiam ptolomaidis cum ciuitatis obsidione
suscepit.Ad quam cum alexander summa dona deportans venisset dixitq; mala a ptolomeo se pas-
sum refugiumq; non alibi nisi apud eam habiturum:quidam amicorum persuadebant ei vt prouin-
ciam iudeorum percureret & obtineret:neq; contemneret tam optimam multitudinem iudeorum:

ſibi ſufficere. Cumq; ananias contradicens ſuaderet iniuſtum eſſe ſi hominem auxiliatorem priuaret
A propria poteſtate verumetiam & cognatos ſuos eſſe: nam te minimevolo ignorare inquit regina qm̃
propter hanc iniquitatem inimicos iudeos omnes habebis. Hęc ergo anania perſuadente cleopatra
flectitur nichil penitus alexādrum ledere ſed ſocietatem cum eo compoſuit in ſcythopoli ſyrię. Qui
cum a ptolomei timore liberatus eſſet. exercitum ſtatim contra humilē ſyriam produxit & expugna
uit Gadaram decem menſibus oppreſſam & amathūta magnum propugnaculū habitantium ſuper
iordanem vbi optimus vel induſtria dignus theodorus zenonis preſidebat. Qui inſperate iudeos in
uaſit. & decem milia interfecit: ſarcinaſq; alexandri diripuit. ¶ Quo facto nequaq̃ perturbabat̃ ale-
xander: ſed mox iuxta maritima loca ducit exercitum & raphyam & anchidonam expugnauit quā
poſtea herodes agrippiadam nominauit. ¶ Cum videret ptholomeū a gaza ad cyprum rediſſe. ma-
tremq; eius cleopatram ad ęgyptum gazeis iratus quoniam ptolomeum auxiliatorem cōuocaſſent:
ciuitatem obſedit prouinciamq; eorum deprędauit. Sed aplodotus dux gazeorum cum duobus mi-
libus peregrinis & decem milibus ciuium in exercitū iudeorum ruit. & q̃diu nox erat vincebant gu-
zei: arbitrātibus iudeis rurſum ptolomeum ſuperueniſſe. Poſtero autem die facto cognoſcentes iudei
veritatem: reuerſi gazeos inuadunt & proſternūt mille. Quibus adhuc reſiſtentibus neq; multitudi-
ne perterritis, gerere prelium. & quicquid aduerſi accidiſſet tolerare paſſi ſunt ne hoſti ſubij cerētur.
Exhortabatur autem eos rex arabum arethas magnanimus vir qui ſperabatur in eorum auxiliū ven
turus. Sed contigit anteq̃ veniret (aplodoto perempto) ciuitatem capi. Nam lyſimachus frater eius
inuidens ꝙ ei tam magna gloria a ciuibus prębebatur interfecit eum militaremq; congregans pha-
langem ciuitatem alexandro prodidit. Qui ſtatim cum ingreſſus fuiſſet quieuit. ¶ Poſt autem mili-
B tes gazeis immiſit vt eos cruciarent: & per diuerſa loca ꝓſternerent. Nec tamen gazei animas debi-
les ſed pronas habētes venientibus iudeis reſiſtebant: nec paucos dilaniabant. Alij vero deſolati do
mos ſuas incendebant ne aliqua ſpolia aduerſarij poſſent inuenire. Alij quippe & liberos cum vxo-
ribus ſuis manibus interficiebant. quatenus ſeruitutē inimicorum vel taliter euitarent. ¶ Cumq; qui
genti ex primatibus eorum in templum apollinis confugiſſent quorum conſenſu proditio facta erat
hos abſtrahens alexander occidit. ciuitatēq; poſt anni obſidionē deponēs ad hieroſolimā remeauit.
¶ Mortuo Anthiocho Criſpo Seleucus filius eius regnum ſuſcepit & Anthiochū cizicenum debel-
lauit poſt quem Antiochus filius filius eius cum Anthonio pio Seleucum debellauit & tributariū fe
cit quem indignatus populus in palacio incendit Et Anthiochus Seleuci frater Cizicenum proſtra
uit cui ſucceſſit philippus ptolomeus quoq; latirus demetrium quartum fratrem regem conſtituit &
Anthiochus in belio parthorum occiditur. Tunc quoq; contra Alexādrum maxima iudeorum ſedi-
tio orta eſt qui cedrinis virgis eum iaculabantur. Ipſe vero contumelioſos occidit. Inimicitias etiam
contra eum iudei ſex annis exercuerunt quorū quinquaginta milia interfecit. Cap. xviij.

C Odem tempore & anthiochus qui Criſpus dicebatur moritur inſidijs Heradiani an
no vite ſue quadrageſimo quinto imperij vero viceſimo nono. Cuius principatū cū
filius eius ſeleucus ſuſcepiſſet. bellauit etiā contra fratrem patris anthiochi: qui cizi-
cenus noiabat. Quem cum viciſſet & cepiſſet interfecit. ¶ Non multo vero poſt cizi
ceni filius antiochus & antonius pius cum pueniſſent in arado al's arado coronāq; ſi
bi impoſuiſſent cōſligunt cum ſeleuco quē poſt victoriam ex omni ſyria depulerunt.
Qui cum fugeret in ciliciam & pueniſſet in mopſueſtiam iterūleis pecunias exhibebat. Tunc popu-
lus mopſueſtenus indignatus placitū incendit: eumq; cū amicis extinxit. ¶ Antiocho vero ciziceno
adhuc ſyrię regnante ſeleuci frater anthiochus cōtra eum bellum ꝓduxit: victumq; cum ſuo ꝓſtra-
uit exercitu Poſt ipſum vero & frater eius philippus cū impoſuiſſet ſibi dyadema in parte aliqua ſy-
rię regnabat. ¶ Ptholomeus vero latyrus quartū fratrem eorum demetriū qui eutherus al's cerānus
dicebat agnido deducens in damaſco regem cōſtituit. His autem duobus fratribus ptinaciter antio
chus reſiſtēs citius occidītur. Nam laodicię gaminorū reginę contra parthos bellanti cum ſocius ad-
ueniſſet: viriliter pugnans occubuit: ſyriam vero duo fratres eius tenuerunt demetrius & philippus ſi
cut alibi demonſtratū eſt. ¶ Alexander autem dum cōtra eum ſui ſeditionem mouiſſent in die qua
feſtiuitas tabernaculorū agebatur & ſuper aram ſtaret immolaturus: virgis cedrinis iaculabant̃ eum.
Nam legittimum eſt apud iudeos in cenophegijs vnumquemq; portare virgas ex palmis & cedris.
Demonſtrauimus hoc etiam in alijs. ¶ Verumetiam contumelioſe eum aggreſſi ſunt cum ingreſſi
fuiſſent dicentes de captiua genitum & honore ſacrificij non dignum iratus ergo ſex milia eorū occi
dit. Parietem vero ligneū circa aram & ſacrarium cōſtituens: vſq; ad altare in quo ſolis ſacerdotibus
licet ingredi: multitudinis introitum prohibebat: ſimul & peregrinos piſidas & cylicas. Nam ſyris
inimicus exiſtens: non eis vtebatur. Cumq; arabas moabitas & galaditidas viciſſet: tributorum incre-

Ananias dux exercitus cleo-patrę. ꝓ iudeis cā flectit.

Theodorus ze-nonis iuadēs iu deos multos in-terfecit.

Anchidoma q̃ poſtea ab hero-de Agrippias ē appellata.

Arethas arabū rex lyſimachus frem occidit.

Aioſitas gazeo rū cōtra iudeos.

Alexāder quin-gētos in templo apolinis iterfe-cit.

Mortuo anthio cho Criſpo Se-leucus filiuseius ſuſcepit regnū qui Anthiochū cizicenū debel-lauit.

Antiochus fra-tur Seleuci cizi-cenū proſtrauit cui ſucceſſit phi lippus.

Seditio populi cōtra alexādrū.

Iudei ſcenophe giis virgas ce-drinas ſolēt por tare.

Inimicitię iudeorꝫ cõtra alexãdrũ quos ſex annis debellãs occidit quinquagiꝫta milia eorꝫ.

mentum eis impoſuit & amathunta expugnauit non audente theodoro cum eo confligere. ¶ Cũq; conſeruiſſet pugnam contra obidam alĩs Abidam regem arabum & incidiſſet in inſidias altiſſimę val D
lis iuxta galaditiden indeq; confugerunt ad hieroſolimã: ſuper infelicitatem ſuam habuit etiam gentem iudeorum inimicam cõtra quam pugnans annis ſex interfecit quinquaginta milia. Rogante vero eos vt odium (quod in eum habeberent) ſoluerent: magis horrebant eum propter hęc quę acciderũt Cumq; interrogaret eos quid vellent fieri: omnes clamabant mori eum.

¶ Iudei demetriũ rogant contra Alexandrum auxilium dare qui cum maximo exercito veniẽs omnes Alexandri cõductos milites occidit. Sed fugiente Alexandro ſex milibus iudeorum ad eum collectis demetrius quidem timore recedit. Iterum quoq; iudei bellum contra eum mouẽtes ab eo vincuntur quorum octingentos potentiſſimos fecit crucifigi & liberos vxoreſq; eorum coram ipſis adhuc viuentibus occidi. vnde humanam excedens vindictam a iudeis trucida eſt appellatus. Demetrius vero a iudea in beroam diſcedens fratrem ſuum philippum obſidẽs capitur & mitridati datur Anthiochus (qui liber nũcupatus eſt) philippi frater regnauit in damaſco cuius artem mileſius dedit philippo ſed populi eius ingratitudinẽ ab eo abſtulit et illam Anthiocho ſeruauit. Anthiochus quoq; exercitum contra iudeam ducens occiditur a rege arabum poſt quem Arethas regnauit in ſiria inferiori. Qui alexandrum vincens cum pactis receſſit a iudea. Alexander autem crapulę indulgens infirmatur. Qui moriens reginę pręcepit vt phariſeos honoraret. & eis in gubernatione regni vteretur. mortemq; tacent militibus vſq; quo hieruſalem victrix rediret ſuumq; cadauer ad volũtatem dari militibus.

Capitulum nonumdecimum. B

Iudei demetriũ rogãt auxiliatorẽ hr̃e cõtra alexãdrũ qui venit cũ maximo exercitu.

VNc ad demetriũ Cerannus deſtinauerunt vt eum auxiliatorem rogarent. Qui maximo cũ exercitu dum peruenisſet ad eos qui eum inuitauerãt circa ſichimam ciuitatẽ caſtrametatus eſt. Alexander autẽ cum conductis ſex milibus ducentis & iudeis viginti milibus qui ei fauebant: cõtra demetrium prexit. Cui equites fuerunt tria milia pedites vero quadraginta milia. Multa ergo ex vtraq; parte gerebaũ demetrio quidem volente ſeducere cunctos milites alexandri tanq̃ greꝯcos. alexandro autẽ tẽptãte iudeos demetrio ſocios auellere. Cumq; neuter valuiſſet pſuadere ſed pugnã cõmiſiſſent vincit demetrius & omnes alexandri cõducti milites occidunt: fidei ſimul & virtutis probationẽ oſtendentes. Multi etiam a parte demetrij milites cõciderunt. ¶ Cum vero per montana fugiſſet alexander: miſericordia ruinę eius flexi colliguntur ad eum ſex milia iudeorum. Et tunc quidem timore recedit demetrius. ¶ Poſt autem iterum iudei contra alexandrum bella mouentes ſuperãtur ab eo multiq; eorum in pugna extincti ſunt. Quorum etiam potentiſſimos in bethſamis ciuitate concluſos obſedit. Cumq; cepiſſet ciuitatem & tenuiſſet eos duxit ad hieroſolimam: crudeliſſimam pœnam in eos exercuit. Nam dum & cenaret cum concubinis ſuis in excellenti loco crucifigi ex ipſis octingentos prę

Alexandro (ſuis cõductis militibus occiſis) fugiente ſex milia iudeorꝫ colliguntꝫ

Hũanã vindictã excelſit Alexãdrũ vocatus eſt trucida a iudeis

cepit. liberos vero & vxores eorum coram ipſis adhuc viuẽtibus occidi. Et hęc quidem ad vltionem fecerat pro his quę male paſſus erat: ſed tamen humanam vindictam exceſſit. q̃uis multum ſudaſſet & laboraſſet in bello contra eos & in nouiſſimum periculum animę regniq; veniſſet. Non enim ſufficerat eis contra ſe inuicem certare niſi etiam aduerſus eum alienigenas ꝓuocaſſent. & ad talẽ neceſſitatem perduxiſſent vt terram moabitidis & galaditidis & vicos regi arabum traderet quatenus nõ auxiliaret contra ſe iudeis: ſed & alia multa conferret. Quapropter videtur hęc iuſte feciſſe. ideoq; ꝓpter hanc crudelitatis exaggerationem vocatus eſt a iudeis trucida. Aduerſarij tamen eius octo milia noctu fugerunt & quãdiu vixit alexander exulabant. Et iſte quidem liberatus a ſeditione eorum cum omni quiete in poſterũ regnauit. ¶ Demetrius autem cum a iudea in beroam diſceſſiſſet obſide F

Demetrius frem ſuũ philippũ in Beroa obſidebat cui auxiliatores Straton. &c.

bat fratrẽ ſuum philippum: cui decem milia peditum erant: & mille equites. Straton autem beroee tyrannus philippo auxiliũ prębebat & zizum alĩs Titicum principẽ arabum conuocabat: necnõ etiam mitridaten ſynachen prefectum parthorum. Qui cum veniſſent cum multa expeditione & obſediſſent demetriũ intra caſtra. ſagittiſq; & ſiti eum anguſtaſſent cõpulerunt milites eius vt eum traderẽt. Cumq; depopulaſſent prouinciam & demetrium cepiſſent. Hunc quidem mitridati parthorum regi tranſmiſerũt: captiuos vero anthiochenos gratis anthiochenis reddiderunt. Mitridates itaq; parthorum rex demetrium maxime honorabat vſq; quo terminus vitę eius veniſſet. ¶ Philippus vero a pugna ſtatim ad antiocham perrexit. eamq; tenens ſyrię regno potitus eſt. ¶ Poſt vero anthiochus frater eius (qui nuncupatur liber pater) vendicans principatum ad damaſcũ peruenit. ibiq; regnauit. Cũq; contra arabas exercitum duceret philippus frater eius ad damaſcum perrexit. Tunc mileſius qui cuſtos arcis relictus erat ſimul cum damaſcenis ciuitatem philippo tradidit. Ingratus philippus mileſio extitit: cnm nichil omnino pro traditione ciuitatis ei donaret. Nam timore putabat mileſium ꝓdidiſſe. Quapropter in ſuſpitionẽ eum habebat. ¶ Qui rurſus a damaſco depellitur. Nam cum phi-

Anthiochus liber. pat dictus philippi frater regnauit in damaſco ſed milleſius philippo arcem dedit.

lippus ad circum exiſſet mileſius clauſit damaſcum: & anthiocho ſeruauit. ¶ Quod factum cum au-
A diſſet de philippo antiochus reuerſus arabiam expeditionem ſtatim contra iudeam parauit: pedites quidem octo milia: equites autem octingentos. Cuius Alexander congreſſionem timens foſſam altiſſimam fodit circa capharbaſa alias Capharſalā (que nūc antipartis vocatur) inimicū eius faciens vſq; ad ioppen. Cumq; murum edificaſſet & turres ligneas erexiſſet per ſtadia centum quinquaginta: anthiochū expectabat. Ille autem hęc incendio cremans: exercitum ſuum exinde ad arabiam trāſduxit Cui rex arabum cedens primum. deinde ex improuiſo cum decem milibus equitum aduenientis occurſionē anthiochi fortiter debellauit. Dumq; vinceret. anthiochus occiditur: auxilium parti laborāti ferendo. ¶ Poſtq̄ vero cecidit anthiochus milites eius ad chanam villam cōfugiunt: vbi plurima pars eorum fame cōſumitur. ¶ Poſt hunc imperat inferioris ſirię arethas receptus in principatu a damaſcenis propter ptolomei iuuenis odium. Qui cum militiam congregaſſet contra iudeam & circa Idida vicum prelio viciſſet alexandrum: cum pactis a iudea diſceſſit. ¶ Alexander autē iterum cum inuaſiſſet diam ciuitatem: contra eſſamon perduxit exercitum vbi plurimę vel mirandę res zenonis fuerant quam tribus aggeribus circundans pugnando inuaſit. Exinde contra gaulam & ſeleuciā pergit. Et has cū cepiſſet. ſubegit etiam vallā (que anthiochi dicitur) caſtellum quoq; gamala. ¶ Sed cū multi demetrium ducem illorum locorum accuſarent: nimis eum indignatus damnis affecit & tertiū complens annum ſoluta expeditione ad ſua reuerſus eſt. Quem iudei grate omnino propter fœlicitatem eius accipiūt. ¶ Per idem tempus iam ſyrorum & idumeorū & phenicum ciuitates iudei poſſidebant. Iuxta mare quidem ſtationis turrem Appolloniam Ioppen Iamniam Azotum Gazan Antidonem Raphya Rynochoro. In mediterraneis vero per idumeā ſamariam carmelū montem & thabirium montem Scitopolim Gadaram Gaulanitiden Seleutiam Gabala Moabitidem Sebon Mida-
B balē Baoreneemaga & onzora cilicū Aulonē Pellantē hanc etiam deſtruxerūt cum nō permiſiſſent habitātes in ea patrios iudeorū mores ſuſcipere alias quoq; ciuitates euerterūt. ¶ Poſt hęc rex alexander, crapulę multum indulgens in inualitudinē incidit & tribus annis quartano typo laborās nec ſic tamē ab expeditione quieuit donec in laboribus expiraret. Mortuus eſt autem in monte garaſenorū rabaga caſtellum trans iordanem obſidens. ¶ Quem videſſet regina propinquantem leto nullamq; ſalutis ſpem habentem. deplorans futuram deſolationem ſuam & filiorum ait. Cur me ita relinquis cum filijs alterius auxilijs egentem dum ſic ſcias aduerſariū tibi gentem exiſtere. Tunc ille perſuaſit ei mādata ſua cuſtodire quatenus certū cum filijs tutaretur regnū & vt mortē eius militibus celaret vſq; quo caſtellum caperet deinceps vt ad hieroſolimā victrix & ſplēdidiſſima rediret & phariſeis poteſtatē daret quid vellent agere eoſq; honore p̄ferret quatenus laudantes eam illi propter honorē ſibi illatum fidam ei gentem cōſtituant. Nam poſſe hos multum apud iudeos dicebat & ledere ſi quē abhominarentur & prodeſſe cui fideles exiſterent cum nimium a populo crederetur quicquid vellēt de aliquo ſeuiſſimum referre ſeq; [illegible] dicebat quod phariſeos aliquā contriſtaſſet. ¶ Tu igit inquit cum ad hieroſolimam peruenieris conuocatis militibus eis meum corpus oſtende. & permitte eis qualiter velint vti meo cadauere. ſiue contumelioſe velint & inſepultū relinquere q̄ a me iniqua
C ppeſſi ſunt ſeu aliquid in corpus meum deſeuire concede: neq; ſine illorum conſilio velis aliquid in tuo regno diſcernere. Quod ſi hoc ad eos dixeris ego quidē clariore dignior ab eis funere q̄ a te habebor cū ira poſt mortē in aliquo non ſeruetur: tu vero firmum tibi confiçies principatū. Hęc cū ſuę perſuaſiſſet vxori: deceſſit imperij ſui viceſimo ſeptimo anno: ętatis vero quadrageſimo nono.

¶ Alexādra mariti mandata perficiens cadauer mariti regnicq; gubernationē phariſeorum commēdans iram eorū extinxit & amicos ſibi parauit. Quę a populo dilecta hircanum ſacerdotē fecit principem & phariſeis principatum regni committens eis multitudinem obedire pręcepit. Nomen vero regnum tantum retinuit Phariſęis autem rempublicam perturbantibus Alexandri conſiliarios occidi procurātibus conquerunt potentiſſimi de eorum regimine Ariſtobolum quoq; cum exercitu contra ptolomeum deſtinauit qui nichil dignum agentes reuertūtur ad hieroſolimam. hęc tygrani contra iudeā venienti cum donis legatos miſit. Ipſa autem infirmante Ariſtobolus regnum inuaſit quod reginę nunciatur. Et moritur Alexandra anno regni ſui nono & ętatis ſeptuageſimo tertio multipliciter quę ſexus de fœlicitate nunq̄ ſuccubuit callida circa regni detentionem & inimicis ſui generis poteſtatem tribuens & miſeriſs regnum poſt mortem propter indiſpoſitionem compleuit gentem tamen in pace cuſtodiuit.

Philippus ppā ingratitudinē a damaſco depellitur.

Anthiochi exercitus contra iudeam.

Occiſo anthiocho militesfugiunt ex eorū maxima pars fame cōſumit.

Arethas rex ſyrię inferioris cōtra iudeam. &c.

Alexāder cōtra diam ciuitatem

Poſſeſſio iudeorū tpe alexādri.

Alexāder crapulę nimis idulgēs infirmat. moritū in bello.

Regina ad Alexandrū moriētē

Phariſeos alexāder p̄cipit honorare &c.

Pręcipit alexander cadauer ſuū militibus oſtēdi & ad eorū volūtatē dari &c.

Capitulum viceſimum.

ALexandra tamen cum caſtellum cepiſſet ſecundum mariti mandata phariſeos alloquitur: & illorum poteſtati mariti corpus & regni gubernationem commendat & in iram quidem eorum quam in alexandrū habebant extinxit: fideles vero eos & amicos ſibi paranit. Qui ſecūdo populum ad concionem conuocantes: res geſtas alexandri explanauerunt regem

Alexādra mariti mādata pficiens phariſeorū pāti corpus ma

riti & regni gubernationē commēdans ira extinxit & amicos parauit.

se dicentes iustum & magnum perdidisse: & tantum populo luctum & mestitiam laudibus regis intulerūt vt exequias ei meliores quam ceteris regibus exhiberēt. ¶ Alexāder autem liberos relinquēs hyrcanum & aristobolum vxori alexandrę regnum tradidit. Ex filijs tamen eius alter hyrcanus rerum gubernationē ignorans/vitā ociosam eligerat.nouissimus vero aristobolus efficax & audax erat Igitur a populo mulier diligebatur: eo q̄ videbatur contristari de quibus maritus eius peccasset.

Alexādro mortuo duobusq; filijs relictis hircano. s.& Aristobolo.

Quę principē quidem sacerdotū hyrcanū ,ppter ętatem magis autē propter innocentiam ordinauit phariseis tñ omnia facere ,pmittens quibus obedire multitudinē pręcepit. Et si quid legū hyrcanus socer eius soluisset quod pharisei scdm patriam traditionem introduxerant:hoc iterum restituit.Nomen ergo regium ipsa tantū ferebat:omnem vero potestatē pharisei possidebant.Nam & transfugas educebant:& ligatos soluebant: & nichil a dominis penitus differebant. Verūetiam prouidentiā sui

Alexādra a populo dilecta rexit impiū & hircanū principem sacerdotū fecit phariseis tñ oia cōmittēs multitudinē eis obedire p̄cepit.

regina faciebat.dum multos cōductos milites contineret.suasq; vires duplas ostenderet vt iam in circuitu reges terreret:& caperet obsides ab eis trāsmissos. ¶ Pacem vero omnis habebat ,puincia pręter phariseos.Nam hi rempublicā conturbabant reginam flectere molientes quatenus occideret cōsiliarios alexandri:qui eum hortati essent octingentos interficeret. ¶ Ex quibus vnum ipsi occiderunt diogenem: & post ipsum alios multos.Vsq;quo potentissimi eorum in aulam intrarent cum aristobolo:cui videbantur molesta facta phariseorū.Apparebat q̄ vellēt(occasione accepta) matrem a regno deponere. Q ui cum ingressi fuissent;ammonebant eam quanta fecissent per quę firmam fidē suo dño conseruassent:pro quibus etiam multa ab eo merita cepissent.& petebant ne omnino spem eorum euerteret. Nam cur fugeret aduersariorum pericula. si deum ab inimicis tanq̄ pecora tolerarent.Dicebāt etiam si contenti essent aduersarij mortuorum interitu: propter dñorum fidem se patiēter ea quę contigerunt perferre. Si vero in hisdem pharisei permanserint petebant dari licētiam recedendi. Nam propterviſionem eius nullatenus,pati saluti suę prouidere sed libenter in aula eius mori.ne perfidos eius post discessum putaret. Opprobrium vero reginę esse si neglecti socij mariti eius aduersarij traderentur.Nam gaudiū arethę arabo erit tot & tales viros a te alienare quorū prius fuerat terribile nomen auditū. Si vero phariseos pręponere iudicas vnumquemq; nostrum in castellis dispone:& si ita aduersarios vis erigere sine nos in humilitate consistere.Multa talia cum ei dicerēt: & ad misericordiam mortuorum & periclitantium vmbras alexandri inuocarent: omnes qui assistebant lachrimis cōpleti sunt.sed amplius aristobolus:qui dum suam ostenderet voluntatem multa cōtra matrem locutus est. Siquidem ipsi suę calamitatis causa fuerunt: dum ambitiose furenti meliori pręter constituta regni cōmitterent moderamina. Q uę dum nichil sciret quid ageret.ad postulationem eorū custodiam castellorum illis prębuit pręter hyracaniam & alexandriam & macherunta:vbi plurime/et pręciosissime res eius repositę videbantur. ¶ Non multopost tamen filium suum aristobolum cum exercitu destinauit ad damascū contra ptolomeum:qui mineus dicebatur.Q ui nichil studio dignum agentes: ad hierosolymam reuertūtur. ¶ Eodem tempore nunciatur tygranis cum trecentis milibus armatorum contra iudeam venturus. Q uod nimis reginam & gentem perterruit: vt dona multa & nobilissima per legatos ei destinaret. Q uem obsidentem ptholomaidam inueniunt. Nam regina selene quę & cleopatra syrię regnans suasit habitatoribus ptholomaidis vt tygranem excluderent. Q ui cum peterent eum pro sua regina proq; sua gente:laudauit eam tygranis q̄ ex longinquo legationem ei cum donis ttansmisissent.spem etiam bonam eis promisit.Capta vero ptholomaide tygrani nūciatur q̄ mitridatem dum sequeretur lucullus.illum quidem fugientem ad hiberos minime potuisset compręhēdere:armeniam vero depopulaturus cognouisset.Q uę cum obsedisset tygranis: donum reuertitur. ¶ Interiecto vero tempore alexandra regina cum in valitudinem seuissimam incidisset. placuit aristobolo rempublicā inuadere & per noctē cum vno famulo egressus ad castella perrexit vbi paterni amici sui degebant.Nam olim de actibus matris suę cōquerebatur.Tunc vero magis veritus est ne matre defuncta & phariseis regnum tenentibus omne genus suum deperiret. Prę uidebat enim futura q̄ non posset principatui succedere: dum frater ei maior extaret. Conscia vero facti vxor eius fuerat quam illic cum sua generatione dimisit. ¶ Cumq; primum peruenisset in gabatha vbi potentissimus galestis eius amicus erat ab eo etiam suscipitur. Et post diem regina (cum aristoboli fugam vidisset.diuq; putasset discessionem eius non pro rebellione fieri)venerunt qui nuncia rent iam tenuisse illum primum castellum & secundum & reliqua omnia.Nam vno compręhenso:simul ad illius voluntatem omnia festinabant. Tunc cuncta gens iudeorum cum regina in maximis cepit esse terroribus.Nam sciebant non longe abesse aristobolum:quatenus sibi principatum defenderet. Timebant etiam ne vltionem exigeret de illatis sibimet iniurijs. Placuit igitur vxorem eius cum genere in superiori custodia templi constitui. Aristobolum autem cum multi frequenter nunciassent regio circundatum ornatu:& intra quindecim pene dies loca viginti & duo occupasse vnde

Alexandra Aristobolū cū exercitu destinat ad damascū cōtra ptolomeū

Tygrani venienti cōtra iudeam misit regina cū donis legatos.

Infirma Alexādra Aristobolus regnū inuasit.

Nunciat reginę q̄ Aristobolus vult vsurpare regnum.

etiam militiam cõgregaret a libano vel trachonitide vel monarchijs: tunc seniores iudeorum & hy
A canus ad reginam intrantes petebant vt sententiam de rebus ferret instãtibus. Nam aristobolus iam
pene obsidebat: tantis locis occupatis. Inhonestum enim putabãt (q̃uis egritudine laboraret) sine ea
aliquid consilium capere. imminere vero sibi non longe post periculum clamitabant. Cumq; illa pre
cepisset eis agere quę estimarent, pdesse multas quoq; causas eis vtiles adesse demõstrabat id est gẽ
tem validam exercitum potentissimũ pecuniarum copiam sibiq; iam deficiente corpore vanum esse
pro talibus laborem impẽdere. ¶ Hęc cum dixisset non multo post decessit anno sui regni nono ęta
tis vero septuagesimo tertio: mulier quę debilitate sui sexus nunq̃ succubuit callida, regni detentio
nem quod ex ipsis operibus euidẽter ostensum est & quę preponeret futuris presentia & omnia post
poneret potentię principali & cum nec bonum aut iustum attenderet ad summam calamitatem ne
gocia domus suę ita perduxit. vt post multa pericula & labores potestatem quam possedit non mul
to tempore tacta cupiditate perderet. Inimicis enim generis sui quam habuit tradidit potestatem &
principatum potentium amicorum gubernatione priuauit: & miserijs regnum post mortẽ suam com
pleuit propter malam dispositionem. ¶ Sed q̃uis ita regnasset gentem tamẽ in pace custodiuit. Ale
xandra ergo finem inuenit huiusmodi.

Mortua alexan dra regni sui an no nono & ęta tis septuagesi motertio que se xus debilitate nũq̃ succubuit. Inimicis gñis sui tradidit princi patũ &c. & mise rijs regnũ cõple uit in pace tñ gẽ tẽ custodiuit.

¶ Explicit liber tertiusdecimus.

¶ Incipit liber quartusdecimus qui continet tempus annor̃. xxx.

¶ Bellum Aristoboli contra hyrcanũ fratrem & hircani militibus ad fratrem transeuntibus pacis cõ
ditio. Antipater autem diues Idumeus quem tamẽ Nicholaus damascenus dicit iudeum genere no
bilissimũ fuisse ex illis qui ad iudeam a babilone sunt reuersi: hircani amicus fuit qui ab Alexãdro to
tius Idumeę dux cõstitutus cum Arabis, Gazeis & Aschalonitis amicitias faciens iudeos contra ari
B stobolum incitat & hircanũ natura bonum, ab Aristobolo fratre arrogante & facinoroso facit recede
re. Et hircanus ad Aretham arabum regem veniens (Antipatro stimulante) cui ciuitates quas pater
Alexander ab arabis ceperat reddere promittit eius auxilio fratrem tempore azimor̃ obsedit. Iudei
quoq; oniam deo amabilem qui oratione plurima a deo in siccitate impetrauerat contra Aristobo
lum orare volunt compellere. Et ipsum neutraliter orãtem interfecerũt. cuius mortem vltus est deus
vehementem, pcellam in fructus prouincię mittens eos consumpsit vnde maxima tritici caristia.

Capitulum primum.

Cõtinuatio ad pcedentia. Bellũ Aristobo li cõtra hircanũ frem & hyrcani militibus ad fra trẽ trãsientibus inter eos pacis cõditio.

ALexandrę reginę morte in superiori volumine demonstrata, sequẽtia referamus. nichil aliud festinantes nisi minime quicq̃ de gestis rebus memorię preuidendo pręterire. Nam qui cõscribunt hystorias & res veteres indicãt: oportet eos, ppter antiquitatẽ narrationi decus imponere vel explanationi rerũ studere propter le gentes: quatenus cũ aliqua gratia vel delectatione experientiã rerum possint cõ cipere. Super omnia vero certius cõscriptiones debent & veritatẽ dicere: vt rerum ignari possint credere lectioni. ¶ Centesima octogesima olimpiade. quinto hor tensio & quinto metello cretico cõsulibus bellum contra hyrcanũ aristobolus prẽparauit. pugnaq; fa
C ctã hiericonta multi milites hyrcani ad fratrẽ eius transierũt. Quo facto hyrcanus ad arcẽ vbi aristo boli vxor & filij a matre eius reclusi erant cõfugit. Cui de recõciliatione aristobolus verba faciens ini micitias deposuit vt ipse quidẽ regnum teneret: frater autẽ priuatus viueret in sua possessione cõten tus. Cũq; hęc dispositissent in tẽplo & iusiurandũ & dextras dedissent omni populo videnti discesse runt ille quidẽ in aulam regiam: hyrcanus vero vt priuatus in aristoboli domũ. ¶ Amicus igit quidã hyrcani genere Idumeus antipater dictus multas possidens pecunias & vir efficax: aristobolo suspe ctus habebat propter hyrcanũ. ¶ Nicholaus trã damascenus ait hunc iudeũ genere nobilissimũ fuis se ex illis qui ad iudeam a babilone reuersi sunt. ¶ Hęc autẽ refert ad gratiam herodis filij eius (quẽ regem iudeor̃ contigit postea fieri) de quo apto tempore dicemus. ¶ Hic ergo antipater (qui prius antipas dicebatur & eodem patris nomine appellabat) cũ eum alexander rex & vxor eius ducem to tius Idumeę ordinassent: amicitias iniisse cum finitimis arabis & gazeis & ascalonitis perhibetur: mul tis & maximis donis illos sibi coniungens. Et cum aristoboli potentiam iunior antipater formidaret timens ne quid ab eo pateretur propter inimicitias latenter excitat contra eum iudeorum validissi mos viros: iniustum esse dicens negligere: dum viderent Aristobolum iniquę principatũ habere fra tremq; eius priorem electum cui magis propter ętatem imperium debebatur. Et cum hęc ad hyrca num verba faceret frequenter. & diceret periclitari vitam suam nisi prouideret fecit eum discedere. Nam indicabat aristoboli amicos nullum tẽpus pretermittere in quo nõ persuaderẽt eum interfici. quatenus firmũ sibi gereret principatum. ¶ His hyrcanus verbis minime credebat dum natura bo nus esset & accusationẽ facile non admitteret. Faciebat autem eum innocentia & mentis remissio vt

Antipr̃ diues I dumeus hircani amicus. quẽ trã Nico. damn. dicit iudeũ no bilissimũ. Antipr̃ antipas dictus dux ab alexãd. Idumeę cõstitu tus amicitias cũ arabis & gareis &c. faciẽs cõtra aristobolũ iude os incitat & hyr canũ facit a fra tre recedere.

debilis & inualidus putaretur.cum contrarię nature aristobulus esset. Nam facinorosus & arrogans erat. ¶ Sed cum antipatervidisset hyrcanum non attendere verba sua nullatenus parcebat accusatio D
nes factas de aristobolo singulis diebus illi inserere tanq̃ eum interficere festinaret. Quem vix impu
lit ad aretham regem arabum confugere. Nam ꝓmittebat ei auxiliatorem quoq; futurum. ¶ Igitur
cum hęc audisset hyrcanus arbitratus prodesse sibi ad finitimam iudeę arabiam discedere:premittit
antipatrum ad arabiam: regem fidem ab eo accepturum:q; refugientem ad se non traderet inimicis.
Hyrcanus ad a retha regem sti mulate antipre venit & Aristo bolu debellat. Cumq; accepisset fidem antipater:ad hyrcanum hierosolimam remeauit. ¶ Cum paucis ergo nocte de ciuitate egreditur. Cumq; multam fecissent viam ad petram ciuitatẽ peruenium vbi palaciu are
thę erat. Antipater autẽ dum multũ amicus regis esset & rogaret eum vt hyrcanũ ad iudeam dedu
ceret. & hoc singulis diebus sine vlla intermissione faceret sed etiam dona promitteret:flectit aretha.
Necnon & hyrcanus pollicitus est si restitueret patrię.regnumq; reciperet omnẽ terram & decem ci
uitates quas pater suus alexander ab arabis ceperat reddere. ¶ Fuerunt autem madaba Lybias Na
balota Arabata Galatona Iazoara Monslingon Edissa Ribdalusa Oriblo. ¶ Cum has promissiones
audisset:contra aristobolum exercitum quinquaginta milia equitum & peditum produxit.Sed cum
in prelio vicisset & multi post victoriã ad hyrcanũ refugissẽt:desolatus aristobolus ad hierosolimã re
cessit. ¶ Arabum autẽ rex omnẽ agens exercitum & applicans ad templum aristobolũ obsidebat &
abiecto populo iudeorum hyrcano: & pariter obsidente soli sacerdotes cum aristobolo permansere.
Igitur arethas cum exercitu arabum vel iudeorum circũdans fortiter obsidioni imminebat. Quę cũ
fierent tempore celebrationis azimorũ (quę pascha dicitur) probatissimi iudeorum prouinciã relin E
quentes in ęgyptum recesserunt. ¶ Onias vero quidam vir iustus deoq; amabilis qui dum non plue
ret orauit deum quatenus solueret siccitatem & audiens deus pluit:dum tunc eum celatum haberẽt
propter seditionem abstraxerũt. & in exercitum iudeorum ꝓduxerunt petẽtes vt similiter oraret cõ
Onias iusto orã te deus pluit&c. tra aristoboli milites vt soluerentur sicut soluta est pluuia. ¶ Cumq; diu resisteret recusans:a multitu
Oro onię quem neutral' orãtem occiderũt mali uoli iudei cuius mortẽ deus vl tus est. dine compulsus in medio stetit ita orando dicens.Deus omnium rex quoniam hi qui mecum consi
stunt tuus existit populus & qui obsidentur tui sacerdotes sunt:peto vt neq; istos exaudias contra il
los petentes.neq; illos contra hos orantes.Cum hęc orasset maliuoli iudei adorti interfecerunt eum
Deus autem statim ab eis vltionem crudelitatis exegit. Nam poenam exegit ꝓ morte onię.Hoc mo
do obsessis sacerdotibus & aristobolo celebratio pasche prouenit:in qua solemus multas deo immo
lationes offerre.Cumq; indigerent victimis aristoboli socij & petissent iudeos vt pro victimis quan
tas vellent pecunias acciperent:tunc illi mille dragmas dari pro singnlo capite dixerunt. Cumq; libẽ
ter aristobolus & sacerdotes promisissent.per muros pecunias deposuerunt.Quas illi cum cepissent
nequaq̃ victimas reddiderunt sed maliuolẽtia tacti fidei transgressores & impij coram deo pro frau
Caristia tritici i iudea ꝓultione mortis onię. datione hostiarũ extiterunt.Sacerdotes autẽ orauerũt ad deum quatenus impune hoc illis nõ cede
ret.Qui nõ remoratus poenam procellam vehemẽtem acerrimamq; in fructus totius ꝓuincię mittẽs
cõsumpsit eos ita vt modius tritici dragmis vndecim emeretur.

¶ Pompeius Scaurum ab armenia ad siriam destinauit ad quem hircani similiter & Aristo
boli venientes legati pro auxilio quadraginta talenta ꝓmittebant magisq; aristoboli recipiens ꝓmis
sa soluit obsidionem:quo discedente Aristobolus cõtra Aretham & hyrcanum parans exercitũ vin
cit antipri fratre occiso.Sed pompeio ad Siriã veniẽte Aristobolus ad eum legatos mittit. Et antipa
ter pro hyrcano legatus veniens Scaurũ & Gabiniũ pro acceptis pecunijs accusat.Pompeius autem
iudeorũ audiens discordias & vtriusq; partis rõnes Aristobolũ de violentia criminatus est eos tñ le
uiter allocutus dimisit sed postea contra Aristobolum mandata non curantẽ bellum duxit quo tem F
pore Mitridates veneno a filio cõfecto in pontho moritur. Capitulũ secundum.

Põpeius Scaurũ ab armenia ad Siriã destina uit cui aristobo li & hyrcani le gati q̃draginta talẽta ꝓ auxilio ꝓmittebant ma gis tñ aristoboli recepit ꝓmissa.

Nterea scaurum pompeius dum in armenia adhuc tygranem ipse debellabat ad syri
am destinauit.Qui dum ad damascum venisset & a lolio & metello nuper captam i
uenisset in iudeam perrexit.Vbi dum venisset ad eum legati aristoboli vel hyrcani in
grediũtur:petentes auxilia Sed dum aristobolus promitteret quadraginta dare talẽ
ta:& nichilominus hęc etiam eadem hyrcanus offerret: scaurus magis aristoboli pro
missa suscepit. Nam & dives & magnanimus aristobolus erat. & omnino paruum ei
erat quod dari postulabat.Alter vero pauper & tenax:& de maioribus persidam promissionẽ prętẽ
debat.Nam & simile non erat qđ petebant: id est virtute ciuitatẽ munitissimam capere & transfugas
cum multitudine nabatheorũ depellere. ¶ Prędictis ergo causis flexus scaurus cũ pecunias accepis
set soluit obsidionẽ prącipiens aretham recedere:ne romanis hostis appareret.Igitur scaurus iterum
discessit.aristobolus autem cũ multis viribus cõtra aretham & hyrcanum parauit exercitum.Quibus
cõfligens circa locũ qui capiron dicit vicit eos sex milia hostium ꝓsternens:intet quos etiã cephalon

alias celaphion frater antipatri cecidit. ¶ Sed nō multo post cum pompeius in damascū peruenisset
A & inferiorem syriam percurrisset: venerūt legati ab egypto vel ab omni iudea: per quos miseratlei do-
num maximū aristobulus vitem auream quingentorū talentorum. Cuius mentionem fecit etiam stra
bon capadox ita referens. Venerūt vero legati ex egypto cum corona aurea quatuor milia solidorū
& a iudea vitis vel ortus aureus alias torques aurea quem nominabat tripynon alias terpuon id est
delectabile. Hoc vero donum nos quoq; vidimus in templo romę capitolini iouis sacratum fuisse ti
tulum habens aristoboli filij alexandri regis iudeorum: quod estimatū est quingentis talentis. Igitur
aristobolus iudeorum potentissimus: dicitur hoc donum misisse. ¶ Interiecto vero tempore rursus
legati ad eum venerunt id est antipater pro hyrcano nichomedis pro aristobolo: qui etiam accusa-
bant gabinium alias cabinium & scaurum q; pecunias accepissent: ille talenta trecenta alter quadrin
genta. ¶ Cumq; iussisset pompeius certantes ad damascum venire instante tempore veris congre-
gans pompeius appamenū exercitum de locis hyemalibus ad damascū properauit. Qui trāsitu suo
mox appamenam arcem euertit quam anthiochus munierat cizicenus dum ptolomei minei prouin
ciam cōsiderauit viri maliuoli vt pene dionisio tripolitano deterioris: qui securi fuerat percussus. Et
dum eum morte dignum inuenisset (acceptis ab eo mille talentis ex quibus stipendium militibus su
is donauit) absoluit eum: necnō & lysiadem oppidum cepit. vbi tyrānus sylias iudeus erat. Cumq; ci
uitates elyopolim & calcidem transisset iu medio positum montem ascendit & ad inferiorem syriam
damascūq; peruenit: vbi & comperijt quod iudei cum suis principibus hyrcano & aristobolo habe-
rent discordiā totamq; audiuit gentem contra vtrosq; dicentē non debere sub regali ditione esse sed
patrio ritu sacerdotibus obedire: quos deus venerari precepit. Hi namq; dum nepotes existerent. sa
cerdotibus non cōtenti eo honore ad alium magistratum cupiebant gentem transducere: & seruitu
B tis vinculis obligare. ¶ Hyrcanus autem accusabat q; fratre maior esset. & ab aristobolo paruam par
tem puincię datam teneret aliam vero aristobolum violentiam cepisse confirmans necnon etiam in
cursiones contra finitimos & latrocinia illum perpetrare criminabatur neq; gētem iudeorum a se ni
si per illius violentiam descendisse. Cui etiam hęc alleganti testimonium plus mille optimates iudei
prębebant. antipatro suadente. ¶ Aristobolus autem a principatu dicebat eum cessisse propter su-
am naturalem & inefficacem segniciem. pro qua contemptibilis videbatur. Se quoq; aiebat non tā
tum pro regni ambitione sumpsisse principatum quantum metu ne forte ad alios migraretur: appel-
lari se regem patris sui nūcupatione. Et testes cōuocabat iuuenes promptissimos quorum cultus pur
purę. vel comę necnon phalerę aliusq; ornatus sic stupebat: vt nō ad iudicium intrare sed ad pōpam
procedere putarentur. ¶ Pompeius tamen cum hęc audisset aristobolum de violentia culpans: di-
misit eos leuiter allocutus. Nam dixerat ad puinciam eorum sese venturum quo certius singula pos
sit agnoscere: cum nabatheorū primum prouinciam prouideret. & interim eos pacem habere prece-
pit: aristobolo autem blandiebat ne prouinciam faceret rebellare. aditusue cōcluderet. qđ & euenit.
¶ Aristobolus autem a pompeio regressus nec aliquid eorum (quę ille monuerat) curans in delon ci
uitatem venit exinde iudeam perrexit. Quapropter iratus pompeius expeditionē (quam contra na-
batheos parauerat in damasco & a syria) legatosq; romanorū contra aristobolum produxit. Cumq;
C peltam & scithopolim transisset in choreas peruenit quę initium est iudeę mediterraneę: vñ munitis
simum oppidum videtur alexandrū nomine. quo aristobolus cōfugerat. Tunc pompeius ad eum de
stinans iussit descendere. Multisq; suadentibus romanis non rebellare descendit. Cumq; disputasset
contra fratrem suum de principatu rursus in oppidum pompeio cōcedente discessit ex hoc bis ac ter
tio fecit sperans regnum obtinere ad omnia (que pompeius pręceperat) obedire simulans donec re-
diret ad munimina sua timēs ne regno spoliaretur & hyrcano principatus traderetur. Pompeius au-
tem cum iussisset ei vt castella traderet. & custodibus propria manu scriberet quatenus eum suscipe-
rent obediuit hęc scribere. Discedens autem ad hierosolimam bellum parauit. Interiecto vero tēpore
pompeio contra eum exercitū ducente. quidam ex ponto veniens nunciauit mitridatem hausto ve
neno defunctum: quod illi filius suus pharnaces confecerat. Cumq; in hierico castra posuisset vbi ma
xime opobalsamum nascitur: vnguentum optimum cuius cum flos acuto lapide incisus fuerit distil-
lat: mane hierosolymis ascendit.

¶ Aristobolo (quas promiserat p pace negante pecunias) pompeius ipsum ligatum ponit in
carcerem & ciuitatem obsidet tuncq; hierosolimis de pompeio recipiendo aut eiciēdo maxima fuit
seditio. Qui tñ pisonem templi & palacij custodem fecit ipso templum atq; ciuitatem obsidente eius
milites templum ingredientes omnes peremerūt iudeos magis mori eligentes q̄ imperfecta relinque
re sacrificia maximaq; tunc fuit iudeorum cedes. Sed & pompeius templi pecunias & si plurimę es
sent pompeius nullatenus pmissus tangere. Hircanoq; dedit sacerdotij principatum iudei. Itaq; ro-

Pōpeio i damascū veniēte aristobolus legatos cū aurea vite ad eū misit strabō capadox

Antipr legatus pro hyrcano ad pōpeiūveniens scaurū & cabiniū accusat

Pōpeius damascū veniēs appamenā arcem euertit. &c.

Pōpeius iudeorū audit discordias & vtriusq; partis rōnes.

Rōnes hyrcani

Rationes aristoboli.

Pōpeius aristobolū de violētia culpās eos tñ leuiter allocutus dimisit.

Pōpeius cōtra Aristobolū mādata nō curātē bellū duxit.

Mitridates veneno morit a filio cōfecto.

Opobalsamum

mini facti sunt subditi. Regnumq; (quod sacerdotibus dabatur) factum est populare. Et horum malorum causa hyrcani & aristoboli dissentio fuit Aristobolus quoq; vinctus romã cum liberis ducitur D
Alexandro filiorum nouissimo euadente Capitulum.xiij.

Aristobolus põpeio pecunias promittit p pace quas postea dare negat. quare iratus põpeius aristobolũ ligatũ ponit in carcere & ciuitatẽ obsidet.

Seditio tũc hierosolimis de recipiẽdo põpeio aut expellẽdo.

Põpeius pisonẽ tẽpli custodẽ deputauit & palacij

Põpeius tẽplũ & ciuitatẽ obsidet.

Lex iudeoꝝ hostibus resistere bellãtibus pmittit i sabbato sed non alia facientibus.

Capta citate põpeij milites templũ ingressi oẽs peremerũt iudeos magis mori eligentes q̃ sacrificia relinquere imperfecta.

Strabon nicho. & tytus liuius pompei gestoꝝ scriptores.

Quę ciuitate capta facta sunt in templo.

Pompei modestia qui nullatenus tẽpli pecunias passus ẽ tãgere & hyrcano sacerdotij dedit principatũ.

Subiugati iudei romanis &c.

Gadarã ciuitas.

THunc aristobolus penitens ad pompeium descendit pecunias offerens & in hierosolimis eũ suscepit: rogabatq; bello desinere: & quę vellet cũ patre disponere. Põpeius autem veniã ei petenti prestitit. & mittit gabinium cum militibus ciuitatẽ cum pecuniis obtinere. Sed cũ nichil horum penitus egissent gabinius redijt: negatisq; pecuniis de ciuitate exclusus est. Nam Aristoboli milites: pactis minime consenserunt.

¶ Quapropter pompeius iratus aristobolũ reclusit in carcerem & ad ciuitatẽ venit vndiq; munitissimã pręter septentrionalẽ partem. Circuit enim eam vallis altissima intus templũ eõ cludens: lapideo muro fortissime constructum. ¶ Seditio tamen hominũ intus de pręsentibus rebus erat: quibusdã dicentibus pompeio tradi' ciuitatem. Aristoboli vero socij excludere eum & repugnare psuadebant & illum haberi vinctum. Qui cum in templum refugerent põtem ab eo in ciuitatem transpositũ ad obsidionem parabant: alij autem exercitũ pompeij susceperũt & aulam ei tradiderũt. Pompeius autem pisonem legatum cum exercitu destinauit palatium custodire. & domum vel templum obseruare. Qui prius quidẽ verba pacifica in templo concluſus offerebat. Sed hi dum nõ obedissent: loca iuxta templum posita muris circundedit: ad omnia hyrcano ministrante. Pompeius autem mane circa templum a parte aquilonis vnde eos expugnare potuisset: milites collocauit. Fuerũt namq; & per illam partem turres altissimę & fossę altissimę: que vallo circũdabãtur. Ponte namq; de E
ciso: munitior extiterat. In qua valle pompeius cum aggerem in circuitu siluam incidentibus romanis imponeret & videret satis fossam coequatam machinamenta vel instrumenta bellica tyro deportata superimposuit: per quę etiam templum deposuit. Sed si nobis non fuisset patrius mos septimo die vacare: nullatenus aggerem cõstruere iudeis repugnantibus potuissent. Nam bellantibus & occidentibus: resistere lex concedit. Si quid vero aliud aduersarij velint facere. nulla datur nobis licentia prohibere. Quapropter non certantibus iudeis nec manus armantibus turres erigere vel machinaméta romanis licuit fabricare: quibus postero die vtebantur. Vnde potest nostra erga deum pietas legis custodia cognosci: q̃ nichil ob timorem obsidionis ad immolãdum impediti fuissent. Sed secũdo die mane & circa nonam super aram immolabant: & neq; inflictione belli sacrificium remittebant. Nam cũ capta fuisset ciuitas tertio mense ieiuniorum. cẽtesima septuagesima nona olimpiadę. gaio antonio & marco tullio cicerone consulibus hostes templum ingressi cunctos peremerunt. Qui sacrificijs occupati nullatenus sacra ruperunt. haud timore anime conturbati. haud dolore morientiũ expulsi: sed omnia voluerunt circa ipsas aras pati. dum putarẽt melius esse mori q̃ sacrificia imperfecta relinquere & hanc non esse laudem mendacem per quam nostra pietas apparet. ¶ Vera cuncta esse testantur qui pompeij gesta cõscripserunt inter quos & strabon & nicolaus necnon & tytus liuius romanę scriptor hystorię. At cum machinamentum primum illatum fuisset. turris maxima commota cecidit & aperuit partem templi per quam hostes irruperunt. Quorum primus cornelius faustus Sillę filius cum suis militibus super murum ascendit post eum etiam per alteram partem furius centurio cum suis: in medio autem fabius & ipse centurio cum turba fortissima. Tunc omnia cede iudeorũ complebant. Quidamvero a romanis alij vero semetipsis occidebant. Erant etiam qui & precipites sese flãmis inter domos inijcerent: minime valentes violentiam sustinere. Cumq; prostrata viginti duo milia iudeorum romanorumvero pauci defuncti fuissent: capitur etiam absalon alias absta- F
lon patruus simul & socer aristoboli. ¶ Non parua vero in templo commissa sunt dum ea que priori tempore inuisibilia vel inaccessibilia erant adisset pompeius & quicũ eo erant nõ paucividissent que non liceret nisi sacerdotibus intueri. Inuenerũt autem mensam auream & circa eam candelabra vel libatoria non pauca nenõ & aromatũ multitudinem & in thesauris sacras pecunias duo milia talenta. Quas pompeius penitus contingere noluit propter pietatem: etiam hoc dignum sua virtute fecit. Cumq; in posterum ministris templi pręcepisset illud purgare & legitima offerre deo: hyrcano principatum sacerdotij donauit quod ei vtilius apparuisset: & quinciales prohibuit aristobolo auxilium pręstare. auctoresq; belli securi percussit. Factum vero cum alijs qui propensius murum ascenderant pręmijs dignis honorauit: & hierosolimam sub conditione fiscalium Romanis exposuit. Ciuitates etiam quas prius iudei de inferiori syria ablatas subegerant sub suo principatu esse constituit & omnem gentem prius nimis extensam intra fines suos astrinxit. Necnon & gadaram pauloante dirutã edificauit demetrio donans gadarenos suo liberto reliquas autem ioppen & scithopolim & pellam vel dion & samariam: insuper & marisam & azotum & iamniam & arethusam habitatoribus reddidit: quę mediterraneę fuerant pręter alias dirutas. Gazã vero marithimã & ioppen & dora & stratõis

turrim quam herodes postea condidit magnifice & cum pomis vel templis eam ornasset cęsareã cognominauit pompeius liberas reliquit. & prouincia discessit. ¶ Horum malorum hierosolymis auctores hyrcanus & aristobolus extiterunt: cum inuicem inter se bella gessissent. Nam & libertatem deposuimus & subiecti romanis sumus: & prouinciam quam armis possidebamus a syris ablatam hãc syris compulsi sumus denuo restituere: & insuper decem milia talenta pauco tẽpore romani nos exegerunt: & regnum quod antiquitus secundum generationem principibus sacerdotum dabatur. populare factum est. De his competenti loco dicemus. ¶ Pompeius autem cum inferiorem syriam vsq; ad eufratem fluuium & egyptum scauro tradidisset & duas legiones romanas per ciciliam romam perexit. Ducebat etiam cum sua generatione vinctum aristobolum cui duę filię vel totidem filij fuerunt. Quorũ alexander euasit: nouissimus autẽ antigonus cum patre vel sororibus romam deportatus est.

¶ Hyrcani & aristoboli fratrum dissentio malorum maximorũ iudeis fuit. &c. Regnũ quod sacerdotibus dabatur populare factum est. &c. Aristobolus vinctus romam ducitur cum liberis quorum Alexãder nouissimus euasit.

¶ Antipater scaurũ petram arabię ciuitatẽ obsidẽtem fame fatigatũ victualibus fouit & pacẽ cum Aretho rege fecit Alexandro vero aristoboli captiui filio iudeã inuadente & hyrcanũ debellãte Gabinius hyrcano venit in auxilium & victo alexandro dirutas ciuitates pręcepit renouari & alexãder veniens petens ciuitates Gabinio tradidit. cuius mater marito & alijs filijs romę captiuis fauebat romanis. Quinq; curias Gabinius in iudea instituit. Aristobolus autem e roma iudeam fugiens. Alexãdrium castellum renouare prohibetur. Cuius exercitus iterum a romanis victus est & multis occisis Aristobolus multis confossus vulneribus cum Antigono filio captiuus ad Gabinium ducitur & iterũ romę ligatus custoditur quo ibidem mortuo senatus filios ad matrem remisit. Gabinio autem contra parthos exercitum ducente Antipater eius militibus arma & triticum ministrauit. Tunc quoq; in iudea maxima orta est seditio. Alexandro aristoboli filio per violentiam principatum vsurpante. Qui tamen victus est a Gabinio decem milibus suorum militum prostratis.

Antipater scaurum petram arabięciuitatem obsidẽtem famę fatigatum victualibus fouit & pacem cũ rege Aretha fecit.

Capitulum quartum.

Scaurus tamẽ cõtra petrã arabię cũ exercitũ produxisset propter difficultatem ciuitatis in circuitu terram deuastabat. Sed exercitu romano fame fatigato antipater obediens pręceptis hyrcani a iudea triticum vel quęcumq; erant necessaria destinabat. Cumq; missus ab scauro legatus antipater ad aretham perrexisset per amicitias quas cum eo habere debuerat flexit eum pecunijs ne prouinciam prędaretur. Qui etiam fideiussor eius pro trecentis talẽtis extitit. & in his scaurus bellum sedauit. Siquidem non minus & ipse q̃ aretha concupiuit idẽ fieri. ¶ Interiecto vero tempore cum alender aristoboli filius iudeam inuasisset: dux exercitus gabinius de roma ad syriam vsq; peruenit. Qui inter alia quę miranda fecit contra alexandrum produxit exercitũ: nullatenus valente hyrcano viribus illius resistere. cum etiam erigere hierosolymorum murum festinaret. quem pompeius deposuerat. Quod ne faceret prohibuerunt eum romani ibi constituti. Circuiens autem prouinciam multos iudeorum armauit: & maturius q̃ sperabatur collegit decem milia peditum & mille quingentos equites: etiam alexandrium castellum valde munitum & macherunta iuxtã montes arabię cepit. Igitur gabinius contra eum veniebat: cum iam marcum antonium cum romanis aliosq; duces premisisset. Qui cum romanis militibus & subiectis iudeis quos phitolaus & malicus ducebant adunantes sibi & antipatri societatem. alexandro obuiam venerunt: quos sequebatur etiam gabinius cum legione. Alexander autem prope hierosolymam accessit: vbi cum hostibus prelio facto peremerunt romani tria milia iudeorum. capiunt etiam non minus tria milia. Interim gabinius cum alexandrium peruenisset castrum. inuitabat conclusos ad pacem: & de prioribus eorum delictis veniam pollicebatur eis. Vbi cum plures hostium fores vallum starent: marcus antonius fortiter decertans in congressione multos prostrauit. Gabinius vero exercitus partem cum ibi reliquisset vt castellum vastaret ipse reliquam iudeam circuibat: quãtasq; inuenisset dirutas ciuitates renouari prę cepit. Et reconstructę sunt samaria vel azotus. scitopolis & antidon. raphia vel dora marisa & gaba & alię non paucę. Cum omnes gabinij obedissent pręceptis. ciuitates multo tẽpore desertę suos habitatores acquisierunt. ¶ Quę cum per prouinciam egisset. rediit in alexandrium castellum. Vbi dũ obsidionem statueret: legationem ad eum alexander destinauit. veniam sibi de prioribus commissis postulãs: & tradere castella hyrcaniam vel macheruntam post etiam alexãdriũ pollicetur. Quę gabinius accepta euertit. ¶ Mater vero alexãdri cũ ad eũ peruenisset nam fauebat romanis: marito eius & alijs filijs romam abductis concessit gabinius quę postulasset. Cumq; disposuisset pacem cum ea: hyrcanum ad hierosolymam reduxit. habiturũ tẽpli diligentiam. ¶ Quinq; tamen curias cõstituit: & equalibus turmis gentem diuisit. Quarum vna hierosolimis degebat alia in gadaris: tertia in amathũte. quarta vero in hierichonte. quita in sefforis galileę: qui regia potestate liberati sub optimatum gubernatione viuebãt. ¶ Sed cũ aristobulus a roma ad iudã confugisset: & alexandrium quod nuper dirutum fuerat renouare desideraret gabinius milites cum ducibus sisinnio & antonio & seruilio mittit vt illud opidum reconstrui prohibierent. simul & caperent. Multi tamen iudei ad aristobolum tran

Victus alexãder Gabinius iudeę dirutas ciuitates renouari pcepit. Alexãder (misso legato) veniã petit & ciuitates tradidit gabinio. &c. Mater alexãdri (marito & alijs filijs romę captiuis) fauebat romanis.

Quinq; curias cõstituit gabinius i iudea.

fibant propter veterem eius gloriam:nouis rebus ſtudentes.Necnon & phitolaus dux hieroſolymorum:cum mille ad eum refugit.Sed multi qui ad eum venerunt inermes erant: quos decreuit in macherunta ponere. ¶ Ariſtobolus ergo eos qui armis inopes erant dimiſit:armatos autem octo milia exiſtentes cum collegiſſet persexit ad bellum. quos romani fortiter inuadentes.prelio facto vicerunt Et licet iudei propensius detractarent:tamen atrocitate hostium ad fugam conuertuntur. Quorum quinq; milia prosternuntur:reliqui vero dispersi:vt vnusquisq; per fugam salutem acquisiuit. Tamen plus mille aristobolus habens in macherōte munitissimum oppidum recessit.Cumq; male perdidisset nichilominus spem sibi bonam promittebat.Duos tamen dies osidioni resistens.multis perfossusvulneribus captiuus cum antigono filio qui de roma cum eo fugerat ad gabinium trahitur. ¶ Aristobolus his quidem vsus casibus rursus ad romanam ciuitatem transmittitur:quo ligatus tenebatur.Cumq; regnum & principatum sacerdotij tribus annis & sex mensibus gessisset:vir clarus & magnanimus habebatur.Filios autem eius senatus matri remisit:gabinio scribente hoc ei promissum fuisse pro castellorum proditione.Sed hi quidem in iudeam remearunt. ¶ Gabinius autem cum contra parthos exercitum duxisset.& eufraten fluuium transisset:placuit ei ad egiptum reuerti:quatenus ptolomeum ibi restitueret.Hec vero & per alios historiarum conscriptores demonstrata sunt.Gabinij deinde militibus antipater ministrauit triticum & arma & pecunias: & iudeos propter pelusium auxiliatores effecit:qui custodes egyptiorū adituū fuerant. ¶ Cūq; ex egypto remeasset:& ad siriam peruenisset:seditionibus & turbis eam inualescentē inuenit.Siquidem alexander aristoboli filius recipiens rursum per violentiam principatum multos iudeorum subtraxerat. magnoq; cum exercitu prouinciam inuadens oēs romanos quantos inuenit occidebat refugientes ad montem garizim.Gabinius hec videns antipatrum vt prudentem premittit ad illos qui rebellabant.vt eorū sedaret amētiam quatenus ad meliorem sensum redirent.Qui cū perrexisset multos quidem castigauit & ad competentia restituit. Verumtamen alexandrum comprehendere non potuit:dum exercitum haberet triginta milia iudeorum.Qui cum gabinio confligens vincitur decem milibus suis prope thabirium montem prostratis.

¶ Gabinius disposita hierosolimorum ciuitate romā rediit Crasso tradens ducatū qui contra parthos parans exercitū templū quod fuit ditissimū pecunijs depopulatus est quas pōpeius tāgere non est ausus.de diuitijs autē tēpli Strabon dat testimonium: & ciues cyrenę ciuitatis quatuor diuidit in partes.Et ibi iudeorum generatio conualuit & in egipto.Crassus vero a parthis victus est sed cassius a Roma ad Syriam fugiēs eam a parthicis vindicauit incursionibus qui phitholaū seditionis Aristoboli successorē Antipatro cui quatuor ex chipri vxore filij erant inuitante captiuauit.Capitulum.v.

Abinius tamen cum dispositisset ciuitatem hierosolymorum antipater voluntati obediēs contra nabatheos expeditionem produxit.Quos cum in pugna vicisset:parthorum transfugas mitridatem & orsanem dimisit:qui fide non seruata ad propria remearunt. Sed gabinius cum opera maxima vel clarissima in expeditione fecisset romam rediit:Crasso tradens ducatum. ¶ De pompei & gabinij expeditione conscribit nicholaus damascenus & strabo capadox:nichil vnus altero amplius exponens. ¶ Crassus autem cum contra parthos militiam produceret ad iudeam peruenit. & pecunias templi quas pompeius non tetigerat. duo milia talentorum abstulit necnon & totum reliquum aurum vsq; ad octo milia talentorum. Tulit etiam & trabem auream versatilem:trecentas mnas pōderantē. ¶ Mna vero apud nos duę & semis libre existimantur ¶ Tradidit vero ei hanc trabem custos pecuniarum eleazarus nomine sacerdos non malivolo animo nam bonus & iustus erat sed dum commissa fuisset ei custodia velorum templi quę mira pulchritudine vel constructione prescioſissima resplendebant in hac trabe pendentia. Et crassum vidisset templi cunctum aurum velle colligere veritus ne tēpli cunctum ornatum auferret auream ei trabem pro redemptione omnium prestitit:dum iusiurandum ab eo accepisset nichil aliud a templo tollendum:sed dolo contentum auro ab eo tradito quo multa milia pondo posset inuenire. Hanc vero trabem alia lignea circundabat:ideoq; latebat.Crassus vero licet iurasset nichil aliud de templo tangere. post acceptam tamen trabem transgressus omne templi aurum deposuit. ¶ Nemo tamen miretur si tantę diuitię in nostro tēplo fuissent: dum has omnes per vniuersam terram iudei deum colentes ibi ex antiquis temporibus obtulissent. Nec magnitudo predictarum pecuniarum testimonio caret.nec arrogantia nostra per tantam magnitudinem diuitias extollit: sed multi & alij conscriptores nobis testimonium ferunt.Necnon & strabon capadox ita dicens. Transmittens autem mitridatis in choo pecunias quas ibi cleopatra regina deposuerat.verum etiam & iudeorum octoginta talenta. Nobis itaq; pecunię publicę non sunt nisi heę tantum. Vnde manifestum est iudeos per asyam constitutos veritos:mitridati has pecunias in choo transmisisse.Non enim ex iudea fuerunt in choo pecunię:dū & ciuitatem & templum munitissimum haberent. Sed neq; alexandriam habitantes iudeos verisi-

Exercitus aristoboli iterum a romanis vicitur & multis occisis aristobolus multis confossus vulneribus cum antigono filio captiuus ad gabinium trahitur.

Senatus aristoboli filios matri remisit.

Gabinio contra parthos exercitum ducente antipater eius militibus arma & triticū ministrauit

Seditio in iudeo alexādro aristoboli filio principatum per violētiam vsurpāte.

Victus alexander a Gabinio.

Gabinio succedit Crassus.

Nicolaus & strabon historici.

Crassus cōtra parthos exercitum| ducēs templum pecunijs depopulauit quas pōpeius non tetigerat.

Mna quid.

Trabes aurea.

Ditissimum templum iudeorum nota causam.

Strabon historicus diuitijs tēpli dat testimoniū.

A mile.eſt hoc feciſſe:dum nichilo mitridatem timerent. ¶Teſtis nobis eſt idem ſtrabon & alio loco qui tempore quo tranſijt ſyllas in helladi pugnaturus cum mitridati. Lucullum tranſmiſiſſe fertur in cyrenam ciuitatem propter noſtrę gentis ſeditionem quę totum orbem compleuit:ita dicēs. ¶Quatuor in ciuitate cyrenęorum partes exiſtunt ciuium & agricolarum tertia vero colonorum:& quarta iudeorum. Hęc per omnes ciuitates iam diſperſa eſt: & nullus locus mundi facilius inuenitur. quo non hanc gentem videamus. Nem ęgyptus & cyrenea dum ſub vnum regnum fuiſſent.omnem conuerſationem horum emulatę ſunt ita vt ſcripturis eorum vterentur:& preſertim pecunias ſecundum patrias leges iudeorum congregarent. In ęgypto ergo ſummam partem iudeorum habitaſſe demōſtratur & alexandrię ciuitatis maxima pars huic genti deputata eſt. Ordinatur etiam princeps qui cauſas eorum publicaq; inſtrumenta debeat curare & prędicta dare tanq̄ princeps perfectę reipublicę. ¶In ęgypto tamen hęc generatio conualuit,eo q̄ initio iudei ęgyptij fuiſſent: & quia iuxta prouinciam iudeam ęgyptus iacet:nec non propter illos qui exinde ad ęgyptum peruenerunt. Ad cyreneam autem ideo tranſijt eo q̄ ipſa finitima ęgypto exiſteret. quemadmodum & iudea:& quod ſub vno regno prius fuiſſent. Strabon quidem hęc retulit. ¶Craſſus autem(cum omnia diſpoſuiſſet quē admodum vellet,contra parthos ęgreditur. Vbi cum toto ſuo exercitu defecit:ſicut & alibi demonſtratum eſt. ¶Sed caſſius dum ad ſyriam fugiſſet & vindicaſſet eam ex incurſionibus parthicis qui nimis per craſſi perditionem audaciores fuerant.rurſus ad tyrum peruenit: & exinde iudeam aſcendit. Tarichenam alias Iarachenam vero ciuitatem inuadēs ſtatim prędauit.& triginta milia virorum captiuauit phitolaum etiam ſeditionis ariſtoboli ſucceſſorem cepit:antipatro inuitante. ¶Qui etiā cum apud eum multum valuiſſet ydumeis amicus erat de quibus& vxorem nobiliſſimam nomine cyprim ſibi coniunxit:ex qua quatuor liberos procreauit. phaſelum & herodem qui poſtea rex fuit & ioſippum & feroram:filiam vero ſalomi. ¶Hic autem antipater dum cum alijs potentiſſimis amicitias & hoſpitium copulaſſet arabo ſeſe potius ſociauit cui etiam filios ſuos dum bellaret commendauit. Igitur caſſius cum expeditionem ſuper eufratem duxiſſet prohibuit illam deuaſtari prouinciam ſicut & ab alijs relatum eſt.

Strabon ciues ciuitatis cyrenę in quatuor partes diuidit.

Generatio iudeorum in ęgypto conualuit& ſimiliter in cyrenea.

Craſſus victus a parthis.

Caſſius ad ſyriā fugiens eā ab incurſiōibus pthicis vidicauit.&c

Antipater ydumeos amicus ex cipri vxore quatuor filios habuit.&c.

¶Pompeiani ariſtobolum a vinculis ſolutum a cęſare & in iudeam cū duabus legionibus miſſum
B veneno interfecerunt. Et ſcipio Alexandrum Ariſtoboli filium ſecuri interemit/ptolomeus quoq; ad Ariſtoboli vxorem filium philippionem mittens iubet eam Antigonum cum ſororibus in Aſchalon deſtinare. Mortuo vero pompeio Antipater cęſari contra ęgyptum pugnanti dedit auxilium. Et iudeos ęgyptios ad eius amicitias flexit hoſteſq; debellauit atq; mitridatem a morte liberauit. Quemq; nunciante mitridate eius victoriam Cęſar maxime amauit & eum romanum fecit ciuem hyrcano q; ſacerdotij confirmauit principatum quos antigono ariſtoboli filius ſed fruſtra accuſante ſatisfacit Antipater accuſationibus. Tunc quoq; hyrcano ſacerdotum principe & Antipatro iudeo tutore permiſſum eſt muros ciuitatis reſtituere. Et ſenatuſconſultum de iudeorum amicitijs in capitolio prolatum eſt. Sed & Athenienſes pro amicitijs ad hyrcanum ſcripſerunt.

Capitulum ſextum.

Cęſar Ariſtobolū a vinculis ſolues mittebat ad iudeā cūduabus legiōibus quem pōpeiani veneno interfecerunt Scipio alexādrū ariſtoboli filium mādāte pōpeio ſecuri occidit.

INteriecto vero tempore cum cęſar romam teneret.poſt pompeij vel ſenatus fugam ſolues a vinculis ariſtobolū tranſmiſit ad ſyriam duas ei tradens legiones quatenus paratam illi vt poſſet facere iudeā. Ariſtobolus potentia a cęſare donata minime potitus eſt. Nā pompeiani pręoccupantes veneno eū corruperūt & ſepelierūt eū cęſaris ſocij. Quo multo tempore iacuit.vſq; quo antonius eum ad iudeā remitteret:& in regijs monumentis poni peteret. ¶Scipio autē mādante pompeio alexandrū ariſtoboli filium occidendū dum culparet eum de his quę prius contra romanos egiſſet:ſecuri eum percuſſit. Quo in anthiochia defuncto fratres eius ptolomeus mēnei alias minei filius qui habitabat apud calcidem prope libanum montem conſtitutus detinuit. Qui cum filium ſuum philippionem in aſcalon ad ariſtoboli vxorem direxiſſet iuſſit eam deſtinare filium antigonū cum eius ſororibus. E quibus alteram philippion cū dilexiſſet,vxorem eam habuit. Quē poſt-
C ea ptolomeus pater eius occidēs:matrimoniali iure eam duxit vxorem:& prouidētiam fratribus eius impendebat. ¶Poſt vero mortem pompeij dum cęſar contra ęgyptum pugnaret antipater iudeorū potentiſſimus mandatis hyrcani obediens multum illi vtilis apparuit. Nam mitridates pergamenus dum per choricum tranſiret & minime potuiſſet per peluſium viam conficere ſed in aſcalone commoraretur:antipater ei tria milia iudeos armatos adduxit: necnon & arabum nobiliſſimos auxiliatores illi parauit:& propter eum omnes ſyri propenſius cęſaris partes adiuuabant. Verumetiam & ambliſcus potentiſſimus & ptolomeus filius eius libanum montem habitantes cum omnibus ciuitatibus eādem pro cęſare mentem habebant. Mitridates autem ſurgens a ſyria cum ad peluſium peruenisſet.& eum non ſuſcepiſſet:ciuitatem obſidebat. Cuius maxima virtute antipater primus partem muri deiecit & reliquis viam ingredi ciuitatem parauit. Et peluſium quidem ita deuaſtatur. ¶Antipatrum au

Mortuo pōpeio Antipater cęſari contra ęgyptum pugnanti auxilium dedit.&c.

Antipatri virtus

Antipater iude-

os ęgyptios ad cęſarisflexit amicitias & debellauit hoſtes & mitridatem a morte liberauit.

Cauſa amicitię antipatri cum cęſare.

Cęſar hircano ſacerdotij pricipatumconfirmauit & antipatrũ ciuẽ fecit romanum.

Strabõ capadox

Antigonus cęſari hyrcanũ & antipatrũ accuſans patris & fratris deflebat calamitatem cui antipater ſatiſfaciebat.

Hyrcanus ſacerdotum princeps & ãtipater iudeę tutor a cęſare cõſtituitur & hyrcano muros ciuitatis permiſſuꝫ eſt reſtituere.

Epiſtolę de amicitijs iudeorum.

Scriptum athenienſium ad hyrcanum ſacerdotum pricipẽ pro amicitijs.&c.

tem & mitridatem euntes ad cęſarem cum ęgyptij iudei tranſire prouinciamvetarent(qui onię dicuntur)antipater eos flexit ad cęſaris amicitiam principis ſacerdotum eis litteras oſtendens. Quas cum audiſſent memphitiden habitantes:ſimili modo mitridatem ad ſe inuitauerunt. Ad quos cum profectus eſſet:& ad locum(qui dicitur deltha)peruenisſet:cõfligit cum hoſtibus circa locum qui dicitur iudeorum expeditio. Habebat autem dextrum eorũ mitridates. leuum autem antipater. Sed prelio commiſſo inclinatur cornu quo mitridates pugnabat:qui periclitatus fuiſſet:niſi per ripam fluuij cum ſuis militibus:antipatri currens deuictis iam aduerſarijs mortis eum periculo liberaſſet. Nam victores ęgyptios ad fugam conuertens.& perſecutus caſtra eorum deuaſtauit:mitridatemq; fugiẽtem retinuit. Cuius ceciderunt milites octingenti: antipatri vero quadraginta. ¶ Sed cum mitridates cęſari demandaſſet victoriam ſimul & ſalutem quam per antipatrum meruiſſet. antipatrum quidem tantum dilexit: vt etiam vteretur eo omnia bellorum per pericula. Quapropter vulnerari antipatrũ quidem ſequiſſime contigit. ¶ Ergo bello finito cęſar cum in ſyriam nauigaſſet.hyrcano quidem principatum ſacerdotij firmum indulſit antipatrum vero ciuem romanum & ſine cenſu conſtituit. ¶ Dicitur tamen hyrcanus huic quoq; militię in ęgypto ſocius extitiſſe ſicut teſtatur ſtrabõ capadox:ex nomine aſinij ita referens poſt mitridatis & hyrcani principis ſacerdotum in ęgypto profectionem. Idẽ ſtrabon alibi ex nomine hypſitratis rurſus ita retulit: mitridatem ſolum exiſſe vocatum autem ſecundo:cui antipater iudeę tutor in aſcalonę tria milia militum illi pręparauit:& alios potentiſſimos inuitauit. Sociauit etiam hyrcanum principem huic militię. Hæc quidem ſtrabon expoſuit. ¶ Sed cum veniſſet antigonus ariſtoboli filius tunc ad cęſarem& patris ſui calamitatem defleuiſſet. qualiter propter ipſum veneno fuerit interemptus fraterq; ſuus ſecuri a ſcipione percuſſus : petebat miſereri ſe a regno depulſum. Pręterea hyrcanum & antipatrum accuſabat q̃ male gentes regerent & in ſe crudeliter egiſſent. Antipater autem cum affuiſſet ſatiſfaciebat de illatis ſibi criminibus: rebellem Antigonum cum ſuis ſocijs diſſerens:& narrabat quanta ipſe laboraſſet in expeditione coram cęſare & dicebat iuſte ariſtobolum romę tractum q̃ ſemper romanis hoſtis extitiſſet: fratrem vero eius latrocinij cauſa penam a ſcipione meritam ſumpſiſſe. ¶ Cum hęc antipater verba feciſſet & cęſar hyrcanum quidem principem ſacerdotum ordinauit. Antipatro vero poteſtatem donauit:quam ipſe eligeret tutorem eum totius iudeę conſtituens. Hyrcano quoq; conceſſit patrię muros reſtituere cum hanc ille gratiam ab eo petiſſet. Nam adhuc diruti iacebant:ex quo pompeius eos depoſuerat. ¶ Vnde a conſulibus in capitolio ſenatuſconſultum hoc modo prolatum eſt. Lucius valerius lucij filius conuenientę ſenatu idibus decembribus in templo concordię preſente lucio copinio lucij collinę filio. & cepario filio quirini. de his quę alexander iaſonis& nõ minus anthiochi & alexander dorothei iudeorum legati viri optimi vel auxiliatiores locuti ſunt: renouantes cum romanis gratias & amicitias pręexiſtens clipeum aureum pro iudicio auxiliorum deuouerunt quinquaginta milium ſolidorum & petierunt ſibi litteras dari ad omnes liberas ciuitates:quatenus prouincię vel portus eorum nullamviolẽtiam paterentur. Placuit igitur amicitias & ſocietatem cum eis componere:& omnia quę ſupplicauerunt concedere clipeumq; ſuſcipere. Hęc acta ſunt ſub hyrcano principe ſacerdotum & rectore gentis anno nono menſe panemo alias panepho. ¶ Hircanus autem etiam ab athenienſium populo laudatus eſt: cum multum ei apparuiſſet benignus. Nam miſerũt ei ſcriptum huiuſmodi decretum. Sub iudice vel ſacerdote dyoniſio filio a clepiadis menſe panemo alias panephoviceſimoquinto die datum eſt magiſtratibus decretum athenienſium ſub preſide athode quod eucles menandri abimuſius alias laimuſius ſcriba expoſuit. Munichionis vndecimo die factum iudicium concilio in theatro ſuffragio tulit dorotheus princeps ſacerdotum. cum quo aſſidens dyoniſius dyoniſij dixit. Quoniam quomodo hyrcanus alexandri princeps ſacerdotum & rector iudeorum permanet. cum populo noſtro vel ſingulis vicibus fidelis exiſtens & omni circa eos vtitur induſtria: ibiq; venientes athenienſes vel legationis cauſa ſeu priuatim munificenter ad ſe ſuſcepit & prouidit quatenus illeſi redirẽt Decretum quidem de his & prius factum eſt. Nunc vero dyoniſio dorothei ſumenſi ſuggerente. & de viri virtute populo ammonente quoniam voluntatem habet bene nobis ſemper quod potuerit facere:placet honorare virum aurea corona optima ſecundum legem:& dedicare ei imaginem auream in templo populi vel gratiarum: decernere vero coronam in theatro. cum libero patri thragedię ſolemnia celebratur: & in panatineis alias panatheneis & eleuſineis & in gimnicis certaminibus. Diligentiam vero magiſtratus habeat.vt ſi permanſerit.& ſeruauerit fauorem noſtrum omne quod excogitemus pro gratia vel honore viri munificenter compleatur: quatenus cum hęc ita facta fuerint appareat noſter populus optimus eum amplecti viceſq; reddere gratiarum vt ille noſtrum ſtudium iam honoribus effectus imitetur. Immo etiam debemus eligere ab omnibus athenienſibus qui decretum ei deportent:vt cum honorem ſuſceperit feſtinet benefacere ſemper noſtrę ciuitati. ¶ Romano

rum ergo vel populi athenienſiū erga hyrcanū meritā demōſtrauimus. Cęſar autem cum diſpoſuiſſet
A ſyriam nauigauit. Antipater autem vt cęſerem a ſyria deduxit in iudeam reuertitur: & ſtatim muros a pompeio dirutos reconſtruxit: ſeditionemq; prouincialē ſedauit interminationibus & perſuaſionibus requieſcere inuitans cum diceret. Si quis hyrcano cōſenſerit fœliciter vitam ſuam poteſt perage re: qui vero ad ſpem rebellandi peruenerit & lucro priuabitur. & meipſum pro patrono dñm. Hyrcanum autē pro rege tyrannū ſentiet: romanos vero & cęſarem pro rectoribus amaros hoſtes. Nā mini me patientur amoneri: quem ipſi principem cōſtituerunt. Quę cum dixiſſet prouinciam peragrauit.

¶ Fauor cęſaris hyrcano.

¶ Hyrcano remiſſo & negligente phaſelus prior Antipatri filius dux hieroſolymis & herodes iuuenis ſed prudens galileę conſtituuntur herodes enim ab oībus amatur: quia ſiriam a latrocinijs (latronū ęzechia principe interēpto) liberauit quē frater eiusi gloria emulatus eſt imitari. Antipater quoq; cū cepiſſet honorari hyrcano trāſgreſſus eſt fidē. Et iudei hircanū antipatrū & filios permittentem regere accuſant vnde hircanus cōmotus herodē vocat ad iudiciū quo cōparāte cū ſuis militibus oīes perterriti ſunt nec auſus eſt aliquis eū accuſare Sameus vero iuſtus regē & aſſiſtentes criminatur prę dicens mala quę facturus eſſet herodes regi & alijs oēs enim regno adepto in cōcilio prēter Sameum occidit. Hyrcanus autem herodem abſoluens iudicum indignationem incurrit. Capitulum. vij.

Hyrcano remiſſo & negligente prior Antipatri filius dux hieroſolymis & herodes iuuenis ſed prudens galileę conſtituuntur.

SEd cum tardum & ſegnem hyrcanum vidiſſet: priorem filium ſuum ducem in hieroſolimis ordinauit: ſecundum vero herodem galileę demōſtrauit tutorem adhuc omnino iuuenem. Nam quindecim annorum tunc erat. Cui nihilo affuit iuuētus: dum prudentiam ſuper ętatem haberet. Qui cum occaſionem inueniſſet: ſtatim ad virtutis oſtēſionem prorupit. ¶ Siquidem ezechiā principē latronū comprehenſum qui cū magna turba ſyriam vexabat fecit interimi cum ſuis multis alijs prędonibus. Quo facto nimium a ſyris amplectitur: vnde & in amorem eius exarſerunt: q; a latrocinijs prouincia horum eſſet erepta. Laudabant ergo eum per ciuitates & per vicos q; pacem eis preſtitiſſet: & tuitionem prędiorum ſuorum inueniſſent. Quapropter & ſexto cęſari cognato magni cęſaris tūc totam ſyriam regenti amicus factus eſt. ¶ Cum vero emulatio pro factis herodis phaſelum fratrem eius intraſſet. ſtuduit non minor gloria reperi & hieroſolymitas ſibi fautores parabat dum & ciuitatem haberet & populi negocia non ignorare tractaret: quę antipatrū faciebant ab omni gente tanq; eſſet omnium dominus honorari. Honorari igitur ex tali claritate cum cepiſſet
B qualia ſepius contingunt hircani fidem tranſgreſſus eſt. Potentiſſimi vero iudeorum antipatrum videntes cū filijs extolli per fauorem gentis & redditus iudeę vel pecunias hircani nimis inuidebant ei. Nam antipater amicitiam cum imperatoribus romanorum compoſuerat. Et cum flexiſſet hircanum pecunias tranſmittere tanq; ſuas & non hircano preſtante: eas romanis pricipibus deſtinabat. Vnde manifeſte antipatrum accuſabant: dicentes hyrcano. Vſq; quo iſtos alias iſta pateris. Aut non vides antipatrum principatu cum filijs prēire cunctos: teq; nomen tantum regnum poſſidere. Sed nec te lateant nec putes ſine periculo tuo negligere negocia dum antipater & filij eius totam nunc auctoritatem contineant: & hanc ſine tuis iuſſionibus diſponant. Nam herodes filius eius ezechiam & eos qui cum eo erant perimens legem noſtram tranſgreſſus eſt: quę hominem prohibet occidi licet malignus ſit niſi primum in concilio condemnatus ſit. Ille vero dum nullam a te ſuſcepiſſet poteſtatem: hęc auſus eſt committere. Quę cum hyrcanus audiſſet flectitur. Plus autem iram eius incenderunt matres eorum quos herodes interfecerat dum per ſingulos dies eum in templo peterent. vt herodes ante cōcilium de actibus ſuis redderet rationem. ¶ Commotus igitur hircanus herodem vocabat ſatiſſactu rum de criminibus ſibi illatis. Qui ſuaſionibus impulſus venit. Nam ſic ei prēceperat: vt nō priuatus ſed cum tutela & cuſtodia corporis aduenirēt. Qui cū & galileam vt putauit prodeſſe ſibi diſpoſuiſſet militū parua circundatus manu viā ſecabat: vt nec terribilis videretur hyrcano cum maxima veniens multitudine: nec nudus vel incautus coram iudicibus eſſet. Immo & ſextus ſtriē rectorē hircanū ſuppli cans vt liberaret a iudicio herodē: ſimul & interminabatur ei ſi non obediret. Sed ſexti litterę occaſio
C fuerāt ne quid pateretur a ſentētia cōcilij herodes. ſed magis abſolueretur. Nā diligebat eū hircanus tanq; filiū Herodes autē cum in medio vna cū ſuis militibus aſtitiſſet oēs perterruit: nec auſus eſt aliquis ex his eū accuſare qui primi cōtra eū exclamabāt ſed oēs ſub quiete & ſilētio rei exitū ſuſtinebāt Qui dū ita ſediſſent vnus quidē noie ſameus vir iuſtus & propter hoc minime deuitās periculū: ſurgēs ita locutus eſt. Viri iudices & rex: neminē ſcio ad iudiciū a vobis vocatū ita cōſtitiſſe: neq; vos noſſe quicq; ſimile opinor. Sed oīs quicūq; in hoc iudicio peruenit exquirēdus humiliter aſſiſtit miam a nobis expetēs. capillis prolixis & veſte nigra indutus. Hic autē herodes optimus iuuenis reus pro homicidio ſatiſſacturus de tali crimine vocatus. intereſt purpura circūdatus & caput ornatū habēs compoſitione crinium ſtipatuſq; armis. vt ſi cōdemnatus ſecūdum legem fuerit nos quidem interficiat. ipſe vero vim faciens veritati liberetur. Sed herodem de his non culpabo. ſiquidem ſuum commodum

Iudei hircanum negligentē accuſant quia antipatrū & filios pmittit regere. &c.

Vocatus ad iudiciū herodes venit ſed ſextus miſſis litteris eū a iudicio abſoluit.

Sameus iudeus iuſtus herode in iudicio militibus ſtipato & ornato compārāte regē & aſſiſtentes criminatur: prędicēs mala quę herodes & regi & alijs facturus eēt.

pluſq̃ legem facit. Sed vos vel regem accuſo. qui tantam licentiam ei dediſtis. Scitote tamen maximũ esse deum: quia hic quem nunc propter hyrcanum vultis absoluere: quandoq; & vos & ipsum regem torquebit. Nihil autem hęc dicendo mentitus est. Nam herodes cum regnum cepisset omnes occidit in concilio tunc inuentos cum ipso hyrcano pręter sameum quem nimis dilexerat propter iusticiam eius: & in ciuitate post hac obsessa ab herode vel sosio persuasisset populo vt herodem acciperẽt. Dicens propter peccata non posse eum deuitare. De his quidem suo loco dicemus. ¶ Hyrcanus autem cum vidisset propensiores iudices ad necem herodis: iudicium in postero die distulit. Et mittens ad herodem furtim persuasit ei ciuitatem relinquere: vt ita posset periculum euitare. At ille cum discessisset in damascum fugiens regem. & ad sextum cęsarem peruenisset: ita apud se decreuit. vt si vocatus ad iudicium esset non obediret. Indignabantur autem iudices hyrcano: dicẽtes quoniam hęc omnia contra eum essent. Illum vero cum nichil lateret. nichil agebat amentia vel imbecillitate sua.

Herodes (regno adepto) oẽs occidit in cõcilio prę ter Sameum.

¶ Hyrcanus herodem inferioris syrię ducem timebat & Antipater & phaselus eum a bello cõtra hyrcanum retinuerunt hyrcanus ad cęsarem mittens petit amicitias confirmari. Scribit Iosephus qualiter romanorum principes cum iudeorum gente pacti sunt & q̃ asyę & europę reges studium habuerunt sibi fidem sociarum iudeorum decretum Iulij cęsaris de amicitia cum hyrcano & iudeis quo etiã prohibet pecunias exigi a iudeis ioppenses quoq; fecit eis tributarios. Capitulum octauum.

Herodem inferioris syrię ducem cõstitutum a sexto timebat hyrcanus.

Antipater & frater herodem retinuerunt ne bellum faciat cõtra hyrcanum.

SEd cum sextus herodẽ ducem inferioris syrię ordinasset nã hoc ei pecuniis vendidit hyrcanus timebat eũ: nequando cõtra se exercitum produceret. Nõ multis autẽ diebus transactis hoc euenit. Herodes em̃ aduersus eũ expeditionem deducens: irascebatur eo q̃ ad iudiciũ vel vocatus sit satisfacturus. Prohibuerũt tamẽ eũ obuiã venientes pater antipater & frater impetũq; retinuerunt: rogantes ne accederet prope hierosolimã & aliquod opus niteretur facere cõtra eos qui cõsenserunt ei ad talẽ peruenire dignitatem. Depręcabãtur etiam vt indignationẽ deponeret. q̃ vocatus ad iudiciũ esset: sed absolutionis gratiam potius recordaretur: nec ita dolorẽ consideraret vt saluti ingratus existeret: animaduertendũ vero q̃ & bellorũ casus deus dispensat. Quapropter victoriã non oino speraret expugnando regẽ & amicum qui multũ quidem ei profuisset: nihil vero sponte in eum cõmisisset aduersi. sed per maliuolos suasores actum q̃ difficultatis vmbram prẽstiterit. Flexus his herodes & arbitratus sibi satisfactum q̃ suã fortitudinẽ gentis mõstrasset reuersus est. Per iudeam ergo taliter sese res habebant. ¶ Cęsar autẽ cum romã veniſſet parabat ad affricam nauigare. quatenus scipionem vel catonem expugnaret. Ad quẽ hircanus dirigens legatos petijt eosdem confirmare amicitias. ¶ Videtur mihi necessariũ ex hoc exponere qualiter romanorũ principes cum nostra gente pacti sunt: ne lateret aliquos quia & asyę & europę reges studiũ habuerunt sociare sibi nostram fortitudinem dum eorũ fidem dilexissent. Sed quoniã multi propter odium nostrũ minime credunt persicis vel macedonis cõscriptionibus de nobis eo q̃ non eadem vbiq; in publicis locis deposita demonstrantur: sed apud nos tantũ & alios quosdam barbarorũ: de romanis tamẽ decretis nõ est ambigendum. Nam & in publicis locis reposita hactenus & in capitolio tabulis ereis cõscripta cõtinentur. Nam & iulius cęsar alexandrię iudeos per ęream tabulã demõstrauit alexãdrinos ciues existere. Vnde initiũ approbationis faciã: dũ probabo senatusconsulta & iulij cęsaris de hircano vel gente nostra decreta. Gaius iulius cęsar imperator & põtifex & dictator secũdo: magistratibus sydoniorum vel curię vel populo salutẽ. Si sani estis bene est: & ego cũ meo exercitu sanus sum. Exẽplum pacti de gręcia ad hircanũ filiũ alexandri principẽ sacerdotũ. & rectorem gẽtis iudeorũ vobis destinaui: quatenus in publicis vestris annalibus reponatur. Volo vero vos gręce vel latinę in ęreã tabula scriptum hoc ponere. q̃ hmõi est. Iulius cęsar imperator põtifex. secũdo dictator. Cũ deliberata sentẽtia decreui quoniã hircanus alexãdri iudeus & nũc & in prioribus annis i pace vel bello fidẽ vel studiũ suũ demonstrauit. cui etiã multi cõsules testimoniũ prębẽt insuper & in propinquo alexandrię loco cũ mille quingẽtis militibus auxiliatoribus nobis occurrit: & ad mitridatẽ a me destinatus cũ oĩi deuotione fidelis apparuit. Propter has ergo causas hircanũ filiosq; eius rectores iudeorũ esse vel pricipatũ sacerdotij gẽtis iudaicę semper habere secundũ patrios mores percipio. ipm quoq; filiosq; eius auxiliatores nobis & iter viros amicissimos esse cẽsendos. Quãtacũq; vero sacerdotalia sũt iura: eũ vel filios eius possidere diſcerno. Si qua vero iterfuerit quęstio de iudaicis rebus placet nobis iudicũ de his adhibere: ex hyemationes vero militũ aut pecunias exigẽdas ab eis minime probaui. Gaij cęsaris dictatoris consulis data concessaq; decreta sic se habent: vt filij eius principatũ gẽtis iudeorũ. & donata sibi loca possiderẽt vt princeps sacerdotũ idem & rector gentis iudeorum legatis vim passis adesset: & quia transmisisset ad hircanũ alexandri filium principem. sacerdotum iudeorũ legatos qui de amicitijs vel de auxilio cum eo loquerentur: & dedicassent tabulam ęream in capitolio: & in sydone vel tyro vel in ascalone vel in templis scripta apicibus gręcis vel latinis: quę infra exposita cõtinẽtur. Si vero hoc

Hyrcanus ad cęsarẽ mittens petit amicitias confirmari.

Asyę & europę reges fidẽ iudeorum dilexerunt quod non oĩes credunt. &c.

Decretũ iulij cęsaris de amicitia cum hyrcano & iudeis.

Pecunias a iudeis exigẽdas prohibuit cęsar. &c.

decretum omnibus per ciuitates curatoribus & iudicibus & amicis inoteſceret. & hoſpitia legatis preſtarentur: & ſacrationes vbiq; deſtinarentur preçepit. ¶ Gaius ceſar imperator cõſul honoris vel virtutis vel clementię cauſa conceſſit pro commodis ſenatus & populi romani. hyrcanũ alexandri filiũ liberoſq; eius principes eſſe ſacerdotum vel antiſtites hieroſolymorum & gẽtis: iure quo & proaui eorum ſacerdotium ſuum geſſerunt. ¶ Gaius ceſar quinquies conſul decreuit hos habere. vel munire hieroſolymorum ciuitatem & gubernare eam hyrcanum alexãdri principem ſacerdotum iudeorum rectorem gentis ſecundũ ſuam voluntatem: vt iudeis in ſecũdo anno locationis ex reditibus chori id eſt triginta modij ſubducantur. neq; tributa eos exigant. ¶ Gaius ceſar ſecũdo dictator ſanxit vt per ſingulos annos ioppenſes tributa hieroſolymorũ ciuitati preſtẽt. excepto ſeptimo anno quem ſabbaticum annum appellant: quoniã in eo neq; fruges agrorum colligunt neq; ſeminant: necnon hircano & filijs eius decimas prębeant & vt nullus dux vel preſes vel legatus in finibus iudeorũ auxilia colligat vel militibus liceat pecunias exigere ad exhyemandum aut pro nomie alicuius ſed eſſe vndiq; liberos. Quęcunq; poſtea habuerunt vel emerunt vel poſſederunt. vel tenuerunt. oĩbus his eos potiri & in ioppe ciuitate (quã ab initio habuerunt iudei. & cum amicitias cũ romanis feciſſent) eorum eſſe ſicut & nobis prius placuit imperamus. Ex qua ciuitate hircanũ alexãdri filiũ liberoſq; eius a poſſeſſoribus terrę vel a portu tributa conſequi iubemus de ſydone modios viginti milia ſecẽtos ſeptuaginta quinq; per ſingulos annos excepto ſeptimo anno (quem ſabbaticum vocant) in quo neq; arant neq; fructum arborũ colligunt. Prędia etiam in maximo campo quę hircanus & proaui eius prius poſſidebant placet ſenatui hęc hircanum & iudeos habere eodẽ iure quo & prius poſſiderunt: manere etiã iura quę ab initio inter iudeos & principes ſacerdotũ fuerunt: & inſtitutiones quas populo vel ſenatu decernente habuerunt. ¶ Prętereа eodẽ iure liceat illis vti & i lidia: loca etiam vel terras quas pro hoſpitalitate reges ſyri vel phœnices per donationes romanorũ poſſiderunt eas ſenatus probaui hyrcanum rectorem gentis iudeorũ habere. dari etiam licentiã hyrcano & oĩbus ab eo miſſis vt cum ſenatoribus in ludo monomachorũ alias monychorũ & beſtiarũ ſedentes ſpectent: & ſi petierint dictatorem vel magiſtrum equitũ vt in ſenatu eos introducant & reſponſa eis tradant: & intra decimũ diem hoc fiat. ¶ Poſt ſenatuſconſultum gaius ceſar quater imperator. quinquies conſul. imperpetuum dictator huiuſmodi fecit verba de iure hircani alexandri principis ſacerdotum. & rectoris gentis iudeorum. Prędeceſſores mei imperatores in prouincijs cum teſtimonium hircano principi ſacerdotum iudeorum: & iudeis coram ſenatu vel populo romano prębuiſſent. cumq; gratias eis populus & ſenatus egiſſet bene viſum eſt nobis memoriam habere & prouidentiam. quatenus hyrcano ac iudeorũ genti filijſq; hyrcani a ſenatu & populo romano. ſuo erga nos fauore gratię retributionis redderentur.

Decreta iulij.

¶ Gaius conſul quinquies.

Tributarij iudeis ioppẽſes exdecreto ceſaris.

Annus ſabbaticus ſeptimus.

Decretũ iulij de iure hircani. &c.

¶ Reſcriptum Iulij Ceſaris pro libertate iudeorum: atq; ſenatus mittente quoq; hyrcano ad dolabellam legatum aſyę proconſulem qui ei reſcribit plenã libertatem concedens vt ſabbato patrio more obſeruent. Quod ſimiliter conceditur eis ex decreto deliorum / ex decreto Sardinianorum / laodientium / Mileſiorum / Pargamenorum / Halicarnaſeorum / & Epheſiorum. Capitulum nonum.

IVlius gaius dictator & conſul romanorum magiſtratibus parianorum curię ac populo ſalutem. Interpellauerũt me iudei in delo & quidam de colonis iudeorum pręſentibus veſtris legatis: & demonſtrauerunt decretũ per quod vos eis prohibetis patrijs moribus & ſacrificijs vti. Ergo mihi nõ placet in noſtros amicos & auxiliatores talia fieri decreta. vel prohiberi eos ſecundum ſuam viuere cõſuetudinem ſeu pecunias ad cõuiuia & advictimas inferre: quãdo hoc facere nec romę quidẽ prohibentur. Nã gaius ceſar noſter cõſul dũ in ſanctionibus ſuis vetaret collegia per ciuitates cõgregari: hos ſolos nõ probibuit nec pecunias cõferre: nec cõuiuia prępparare iuſſit. Et ego quoq; prohibens alios iſtis ſolis pręcipio ſecundũ patrios mores & leges cõuenire. Bene ergo facitis: ſi prolatam ſententiã cõtra noſtros amicos vel auxiliatores. propter noſtrũ erga eos ſtudiũ & fauorem aufertis. ¶ Poſt gaij mortẽ marcus antonius & publius dolobella alias dolabella cõſules cũ ſenatũ congregaſſent. & hircani legatos introduxiſſent. & locuti ſunt quibus petierũt & amicitias cũ eis fecerunt & oĩa cõcedi eis ſenatus decreuit quęcũq; poſtularẽt ſubiũcto etiã ſenatuſcõſultu: quatenus probationẽ dictorũ habeãt qui hãc hiſtoriã relegũt. ¶ Quod tale fuit ſenatuſcõiultũ ab ęrario cõſcriptũ de tabulis publicis ſub quito rutilo ęrarij cuſtode dũ tertio ydus aprilis in tẽplo cõcordię cõſcriberẽtur prę ſente lucio calphurnio vel reliquo ſenatu. publius dolobella & marcus ãtonius dixerũt. De his quę per ſenatuſcõſultũ gaius ceſar pro iudeis in ęrario deponere nõ occurrit: ſed placet nobis ſicut & ſenatui viſum eſt vt hęc in tabulis ęreis deponãtur. & per ſingulas ciuitates trãſmittãtur. quatenus & illi in tabulis reponere curẽt quod decretũ eſt quito ydus februarij in tẽplo cõcordię. Legati autẽ principis ſacerdotũ fuerũt tyſimacus pauſanię alexãder theodori patrodus cereę ionatha onię. Miſit autẽ ex his legatis vnũ hircanus ad dolobellã tũc aſię procõſulẽ petẽs eũ ſoluere iudeos a militia vt patriã cuſtodi.

Reſcriptum iulij pro libertate iudeorum.

Scriptum ſenatus de libertate iudeorum.

Legatorum hyrcani nomina.

ſcebant cui ſe pene omnis galilea tradiderat,Cumq; impetum feciſſet herodes in maſſadā neceſſariū putans circūſeptos cognatos in oppido liberare:ſit illi impedimēto ioppe. Nam aduerſariā eam exiſtentē oportebat prius deprehendere: ne haberet poſt ſe relictum oppidū inimicoꝝ ad hieroſolimā pgens. Cumq; voluntate ſilonis rebellarent iudei herodes cū paucis militibus eos inuadit:& ad fugā conuertit.ſilonem vero incaute confligentem a periculis liberauit. Ioppē quoq; expugnās de maſſada familiares ſuos eripere feſtinabat. ¶ Tūc quidā ꝓuincialiū propter paternā amicitiam ſubueniebant ei:multi vero propter eius gloriam:immo etiam & aliį propter remunerationē beneficiorū quę ex ambobus acceperāt:plures vero propter ſpem quam in eum tanq̄ in regem habebant. ¶ Antigonus autem oportunos tranſitus eius inſidijs & fraudibus prꝰoccupās: nichil aut perparū hoſtes lede bat. ¶ Herodes vero de maſſada familiares ſuos eripiens & riſan caſtellum capiens:ad hieroſolimā properauit vna cum exercitu ſilonis. Et cum multi fortitudinē eius caſtraq; ad occidētalem partem poſita ciuitatis cernentes metuerent:partis illius cuſtodes ſagittarij eius impetū amouebant. Quidā vero etiam excurſione facta cum hoſtibus decertabant. Herodes quidē primum iuſſit prꝰconari circa murum q̄ bono populi prēſto eſſet pro ſalute ciuitatis: nec manifeſtorū aduerſariorū maliciam recordaretur. ſed etiam munitiſſimis abſolutionem delictorum quę in ſe cōmiſerant ſeſe prēſtaturū eſſe promiſit. Antigono vero contra prędicta herodis clamante: ſyloni vel exercitui romanorum quia prēter ſuam iuſticiam egiſſent.dum herodi priuato & Idumeo id eſt nō integro iudeo regnum dārēt: cum ſoliti fuiſſent hoc genere prębere digno.Nam & ſi non de ſe vel de regno ſuo grauiter ferrent tamen ſacerdotes(qui nichil in romanos peccauerūt) non iuſta facerent ſi de honore deiſcerent. Cum hęc adinuicem dixiſſent:& ad blaſphemias peruenisſent:antigonus repellere prope murum venientes ſuis prēcepit.Quia iaculando vel propenſius pugnando.facile procul a tumbus depulerunt eos. ¶ Tunc & ſilo pecuniarum acceptionem reuelault. Nam & multos ex ꝓpriis militibus remiſit:dum indigentiam ſumptuum reclamarēt. & pecunias ad alimenta poſtularent. quoſdam ad hyemalia loca deſtinauit.nam circa ciuitatē loca deſerta erant.eo q̄ a militibus antigoni omnia direpta fuiſſent. Mouitq; exercitum & diſcedere tentabat. ¶ Herodes autem petebat ſilonis duces vel milites vt non ſe relinquerent.a cęſare vel antonio.ſenatu auctore honoratū. Nam prouidere eorum inopię & facile prębere quęcūq; quęrerent ſe promiſit.Poſt petitionē autem ſtatim ad pruoinciam egreditur:nullam occaſionem diſceſſionis relinquens. Siquidem multitudinem quantam nemo ſperabat neceſſariorū deportauit a ſamaria familiaribus ſuis amminiſtrāt.bus triticum vinū & oleum & pecora.ſimul & alia diuerſa in hiericonte deducētibus.prꝰuidens ne per ſex dies aliquid militibus deeſſet.Quę cū non latuiſſent antigonum:ſtatim miſit per prouinciā qui deberēt inſidijs prohibere deportatores alimentorū.Cumq; prꝰceptis antigoni paruiſſent:grandem multitudinē armatorū circa hiericonte congreganteſ ſuper montes locati cuſtodiebant alimoniam deducentes. ¶ Sed cum hęc aguntur herodes non ocioſe degebat:ſed decem turmas ſuſcipiens quarum quinq; iudeorum erant alię vero mercede conductę necnon & equites pancos ad hiericonta peruenit.Cumq; ciuitatem deſertam inueniſſet:quingentos vero excelſa prꝰoccupaſſe cumvxoribus & cognationibus hos quidem dimiſit:romani tamen irruentes ciuitatē deprędauere eum plenas domos pecunijs reperiſſent.Igitur cuſtodiā rex in hiericonte relinquēs reuertiť: & romanoꝝ militiam ad hyemalia dimiſit in Idumea vel galilea vel ſamaria. ¶ Impetrauit autē & antigonus a ſilone pro pecuniarū munere vtpartē exercitus romani in lidoꝝ alꝫ liddis ſuſciperet ꝓ antonij ſatiſfactione Romani quidē in delitijs erant:& ab armis quieti. ¶ Herodes(ne ocioſus eſſet)ioſippū fratrem cum exercitu in iudeam deſtinauit veniens ipſe in galileam & poſt contra latrones mittit exercitū quo tpe ſilo ſimul cum ducibus ad eum venit cui victualium per fratrem ꝓuidentiā fecit.herodes autē(cum ad latrones in ſpeluncis latentes feſtinaret ſilonē ad ventidiū trāſmiſit:noteť modus quo latrones de ſpecubus extraxit) Tunc enim latro quidā ſenex cum ſeptem filijs & vxore relictus ſeipm(poſtq̄ filios & vxorē occidiſſet)interemit.herodes itaq; obtentus latronū ſpeluncis ad ſamariā cum exercitu receſſit ptolomeo ibidem duce ordinato quē turbata galilea interemerūt. Machera quoq; herodi miſſus in auxiliū pecunia ab antigono corruptus poſt ea tñ herodi recōſiliatur herodes etiam ad anthiochiā vades dux itineris contra barbaros eos ꝓfectus est. Capitulum.xiiij.

Herodes ioſippū frem cū exercitu in iudeā deſtiauit & ipſe venit in galileā.

HErodi vero minime viſum ocium habere:ſed ad iudeam fratrē ſuum ioſippū cum duobus milibus peditū & quadringētis equitibus deſtinauit.Ipſe vero cum ad ſamariā peruenisſet: & ibi depoſuiſſet matrem & alios cognatos a maſſada deductos ad galileamvſq; peruenit: capturus quedā loca quę cuſtodes antigoni prꝰoccupaſſent.Perueniens autem in ſephori cuſtodibus antigoni fugatis in abūdanti ꝓſperitate erat. ¶ Poſt inde contra quoſdā latrones in ſpeluncis habitantes equitū aliam & peditū tria agmina trāſmiſit: quatenus ꝓhiberet eos ne latrocinij

exercerent. Hęc autē iuxta villā vocabulo arbilō fiebāt: vbi ipse quadragesimo die cū oi expeditione
A profectus. Hostes vero cū cōfluxissent: verterūt leuī cornu agminis eius. Quos ipse inuadēs fugauit:
suos autē fugiētes eo loco cōstituit. Permānsit vero cōtrarius persequēs vsq; ad iordanē fluuiū: cū per
alias. & alias vias diffugerūt. Itaq; cū totā galileā cœpisset prēter eos qui in spelūcis habitabāt: & dimi
sisset pecunias vnicuiq; viro centū & quiquagita dragmas prębēs. ducibus aūt multoplus. ad hyema-
lia eos loca remisit. ¶ Sub idē tępus & silo simul cū ducibus suis ad eū venit: eo q; voluisset antigonus
alimēta per hyemalia cōstitutis prębere nā plus mēse nō eos pauit sed & misit in circuitu per prouin-
ciā pręcipiēs vt cū oia dissipassent per mōtes cōfugerēt. quatenus romā de necessarijs nihil habētes fa
me cōsumerentur. Herodes vero prouidentiā eorū fratrē suū habere prępcepit: simul & Alexādriū opi
dum circūdare. Qui celerius abundātiā necessariorū militibus pręparauit: & alexādriū olim dirutū re
cōstruxit. ¶ Eodē tępore antonius quidē athenis morabatur. Per syriā autē vētidius venit dū silonē
accersiēs cōtra parthos primū ei mādauit herodē adiuuare: deide vero ad se auxiliatores cōuocare.
Cū herodes cōtra latrones in spelūcis festinaret: silonē quidē ad vētidiū trānsmisit. ille vero cōtra illos
expeditionē produxit. Erāt enī latronū cubilia in mōtibus abruptis cōstituta: & per mediū altissimos
habētia trānsitus saxis acutissimis circūdatos. vbi cū oibus suis familiaribus latebāt. Rex aūt cōstruens
archas ferreis cathenis ligatas: per machinā de vertice mōtis deponebat super eos. Dū nec ab inferio
ribus ascēdere propter acutū mōtē potuissent neq; de superioribus cōtra eos descendere. Archę vero
militibus armatis plenę erāt falces lōgissimas habētibus. cū quibus resistētes latrones abstractos occi
dere prępualerēt. Sed dispositionē archarū cōtigit incaute disponi. Dū nimis ad alta descēdissent. ha-
bebāt etiā intus necessaria. Cū tamē arcę depositę fuissent: nec auderet & quidē a spelūcis vllus exire
vnus ex militibus gladio cinctus & ambabus manibus cathenā tenēs ex qua alia pēdebat: descendit
in speluncā. abhorrēs morā nō audentiū exire latronū. Cūq; prope vnā speluncā veniisset: primū qui-
dē iaculis multos fugauit: post aūt falce resistētes impellebat ad prępitia ruere. Cūq; intus ingressus
esset multos occidit: & reuersus in archā quieuit. Timor vero reliquos gemitū audiētes & salutis despe
ratio cōprehēdit. Rei vero terminū nox prohibuit & multi rege cōcedēte sese subiectos tradiderunt.
Eo modo & in posterū cōflictionibus vsi sunt vt ab spelūcis exirent latrones & ante ianuas pugnarēt
Milites aūt in circuitu silue ignē miserūt: & ita multos incēderūt. Tūc senex quidā intus cū septē filijs
B & vxore relictus est quibus petētibus quatenus eos dimitteret ad hostes exire stās super ostiū spelūcę
vnūquēq; filiorū prostrauit exeūtē vsq; quo cūctos interemit: post aūt & suā vxorē. Cūq; in prępitio
cadauer iactasset: super se quoq; dedit mortē pro seruitute sustinēs: multaq; prius in herodem vocifera
tus & infirmitatē exprobrās. licet ei rex dexterā tetēdisset & oēm lićētiā promisisset. ¶ Igitur his actis
iam ōēs spelūncas obtinuerat rex. Vbi ducē ptolomeū ordinēs ad samariā cū secentis equitibus & tri-
bus milibus peditū dicessit: tanq; antigonū expugnaturus. Ptolomeo nō bene hęc militia cessit. Siqui
dem hi qui prius galileā turbabant inuadētes eū interemerūt. Cūq; hoc fecissent. in nemoribus & ī dif
ficilimis locis confugiūt: prędantes & rapientes oia. Quos reuersus herodes puniuit. Nā multos trās
gressores interfecit & eos qui in munitissimis locis cōfugerāt obsidione capiens occidit & castella de
posuit. Multauit etiam ciuitates rebellibus extinctis centū talēta. ¶ Interea pacoro bellis ruente cum
parthi fugissent: mittit vētidius macherā adiutorē herodi cum duabus cohortibus & mille equitibus:
antonij pręceptis obsecutus. Machera siquidē antigono vocāte prēter sententiam herodis pecunijs
corruptus: properabat exploraturus eius negocia. Cuius negocia suspecta habens antigonus aduen
tus eius non suscepit sed fundis eū prohibuit. & demōstrauit eius volūtatē. Quod vbi machera sensit
& herodē sibi optime persuasisse cognouit: seq; peccasse non audientē ammonitionē illius: ad sama
riam ciuitatē discessit. Iudeos vero per viā occurētes amicos vel inimicos prostrauit: iratus in his quę
passus esset. ¶ Rex autē his incitatus ad samariā perrexit. Vnde ad antoniū cū propter hęc delibera
ret proficisci & suggerere q; talibus auxiliatoribus nō egeret qui magis ei q̄ hostibus nocerēt seq; ip-
C sum sufficere ad expugnationē antigoni: machera secutus supplicabat ei vt permaneret si tamen oi-
bus modis iturus esset fratrē suū iosippū sibi pręponeret vt debellaret antigonū. Itaq; petitus a mache
ra recōsiliatur ei. Cūq; reliquisset iosippū cū militia persuasit ei ne periclitaretur. neq; macherę aduer
saretur. Ipse porro ad antoniū festinauit qui samuthasa alias samosata opidū iuxta eufratem obside-
bat: cū equitibus & pedibus auxiliatoribus. ¶ Cūq; ad anthiochiā peruenisset inuenisset q; qui ad an-
toniū pergere festinabāt: timore tamē q; in via barbari multos inuaderēt & interimerēt nō audentes
trāsire. ipse eos adhortatus dux itineris factus est. Sed cū ante duas mānsiones samathasarum alias sa
mosatorū venissent: insidię barbarorū ibi collocatę eūtes ad antoniū inuadebant. Nam spinis obstrue
bant camporū additus vbi etiam equitū non paucos sedere ociose barbari dispossuerūt vt cū ad cam
pum peruenirent: impetum super eos facerent. Sed vbi primi transierunt & retro obseruaret hero-

Galileam cepit.

Victualium pro uidentia per fra trē fieri pręcepit

Cubilia latronū in montibus.

Modus quo la-trones capti fue runt. &c.

Senex latro cu; septē filijs & vxo re seipsum occi-dit post q̄ omnes filios & vxorem interemisset.

Herodes opten tis latronū spelū cis sibiq; ptolo-meo duce ordi-nato ad samariā cum exercitu di scessit.

Machera in au-xilium missus he rodi pecunias ab antigono cor ruptus.

Machera recōsi liatur herodi vo lenti Anthonio conqueri. &c.

Herodes duxiti neris contra bar baros quos etiā debellauit. &c.

des:barbari ſubito ab inſidijs velut quingenti ſecuti primos ad fugam verterunt.Tunc rex impetum ſuis cum militibus faciens in eos:ſtatim hoſtes inuadit. Quos cum fuga vertiſſet audaciam ſuorum excitauit:& confidenter fecit eos reuerti qui prius fugiebant.Tunc rege à tergo pugnãte: vndiq; barbari circundati proſternebantur.Sed cum multa direpta fuiſſent iam vaſa vel ſarcinulę vel mancipia: vniuerſa rex hęc eripiens pergebat.¶Porro tamen cum multi cum de ſilua propinquãte eo campis contra eum exiſſent his confligens cohorte fortiſſima vertit eos in fugam:multoſq; interimens: opportunam ſequentibus viam pręſtabat.Qui propugnatorem & ſaluatorem eum vocauerunt.

Herodes ppter barbarorũ occiſionem ſaluator vocatus eſt.

¶Anthonius exercitum cum ornatu tranſmittit in herodis occurſum quem ei honorem tribuens quia barbarorum inſidias debellauerat Soſioq; ipſi auxilium prębere iuſſit ioſippum quoq; herodis fratrem antigonus vincens cum exercitu caput eius incidit quod Ferora.l.talẽtis redemit.Herodes quoq; rediens ab anthonio viriliter hoſtes debellauit.Quem etiam omnes dei amatorem crediderũt cum ipſo in ſuperiore domo exiſtente tectum domus ſubito cecidit & neminem comprẽhendit victoria quoq; contra antigonũ & pampum habita ipſum nudũ in balneo lauantem quidẽ hoſtium armati inuaſerunt ſed eum minime leſerũt.Caputq; pampi in fratris vltionem ferora mittit herodi.Ca.xv

Herodi Anthoniusobuiam mittit exercitum herodis cauſa.

Soſius herodi ãthonio prẽcipiẽte auxiliũ dedit.

Morsioſippi fratris herodis & mortis modus.

CVm aut prope ſamofata perrexiſſet:tranſmittit anthonius exercitum cum ornatu ad occurſum herodis hunc ei honorem tribuens auxilij cauſa. Nam barbarorum inſidias & impetum contra eos factum audierat.Cumq; prẽſentem alacriter vidiſſet & cognouiſſet ab eo quę per viam acciderant amplectebatur & virtutem eius laudibus efferebat& oſculabatur eum & prẽponebat ſibi quem paulo ante regem ipſe monſtrauerat.¶Sed cum anthiochus nõ multo poſt opidum traderet & a bello deſineret.Soſio alias ſoſſio quidem anthonius prẽcepit auxilium herodi prębere:ipſe vero ad ęgyptum diſceſſit.Tunc ſoſius duas legiones cum herode prẽmiſit ad iudeam:ipſe vero cum ampliore exercitu ſequębatur. ¶Contingit etiam ioſippum tali modo in iudea perire.Hic immemor prẽceptorum fratris ad anthonium euntis:exercitũ per montes produxit.Nam quinq; cohortes ei machera dederat ad hierichontem properanti:dum vellet triticum metere.Et romanis militibus nouis adhuc & bellorum inexpertis exiſtentibus. Quorum multi a ſyria delecti fuiſſent:aduerſarijs eum inuadentibus relictus in difficilibus locis fortiter pugnans interimitur: cunctum pene perdens exercitum.Siquidem ſex turmę extinctę ſunt.¶Antigonus autem cum inimicos viciſſet caput ioſippi incidit:quod quinquaginta talentis frater eius ferora redemit.Sed iam poſt hęc deſerentes galilei potentes gentis ſuę ſocios herodis:in paludem mergebant.Multi quoq; & in iudea rebellauerunt:machera tamen opidum gittam alias guttam munitiſſimum capit. ¶Nuncij vero cum regi in daphne alias daſne anthiochię nunciaſſent fratris caſum: & ipſo quidem hoc ſperante propter viſiones quas euidenter in ſomnis de morte fratris ſui vidiſſet feſtinans proficiſcebatur.Et cum ad libanum montem peruenijſſet octingentos exinde ſumens habens exercitum ad ptolomaidã peruenit.Vnde noctu ſurgens cum expeditione galileam adijt.Cui cum hoſtes occurriſſẽt & pręlio victi fuiſſent in aliquo oppido concluduntur vnde & prius egreſſi ſunt dum congreſſiones facerent multa tempeſtate commotas nichilq; valens conficere:exercitum ad villas propinquantes perducit. ¶At cum ab anthonio ſecũda legio veniſſet hi qui oppidum tenebãt territi nocte ipſum relinquunt.& rex ad hierichontem vrgebatur:vltionem exacturus pro fratre.Vbi cũ profectus eſſet potentiſſimos ſuos pauit.¶Poſt conuiuium autem cum ad ſuperiorem domum aſcẽdiſſet dimiſit omnes qui prẽſentes erant.Vbi miranda affuit dei circa regem prouidentia. Nam tectum domus ſubito cecidit:& neminem comprẽhendit.Vnde omnes crediderunt herodem dei amatorẽ eſſe dum tam maximum & mirandum periculum velociter euitaſſet. ¶Poſtero die aduerſarij cum a ſummitate montium ſex milia deſcenderent ad pugnam timorem romanis immiſerunt.Qui cum acceſſiſſent iaculis lapidibuſq; regis ſocios exeuntes vulnerabãt:& ipſum quidam telo circa prẽcordia percuſſit. Antigonus autem ad ſamariam ducem mittit pampum nomine cum aliquanto exercitu.cupiens hoſtibus de ſe opinionem tanq̃ debellatore prẽſtare. machera autem duci pampo affidebat. ¶Herodes autem quinq; ciuitates cum cepiſſet relictos ibi duo milia exiſtentes interfecit.Ipſaſq; ciuitates incendens rediit cõtra pampum:qui contra villam ad ſunam vocabulo caſtra ſua diſpoſuit.Dumq; multi confluerent ad eũ ab hierichonte & a iudea iuxta hoſtes acceſſit eoſq; audacter prẽcurrentes cum eis cõfligens denicio Quos perſequens pro fratris ſui vindicta occidebat Quorum multi dum in domibus armati confugiſſent tectis auulſis deſuper lapidibus eos oppreſſit.Quod factũ aduerſariorum magis animos confregit ſperantium futura deteriorã exiſtere.Nam non latuit multitudo ad villam fugientium & niſi tunc tempeſtas grandis deſcendiſſet & rex ad hieroſolimam exercitum victoria confidente deſtinaſſet.omne opus tunc perfecerat:antigono iam fugam meditante & a ciuitate diſcedere. ¶Rex autem veſpere facto cenare milites prẽcepit. Ipſe vero cum in quandam domũ laſſus intraſſet quo balneũ

Ferora caput ioſippi frĩs ab antigono.l. talẽtis redemit.

Pugna herodis redeuntis ab anthonio & victoria.

Mira dei prouidentia qua ne moleditur.tecto domus corruente vnde oẽs herodẽ dei amatorem crediderũt.

Victoria herodis contra Antigonũ & pampũ.

Herodem nudũ in balneo lauãtem quidam hoſtium armati inuadunt ſed eum minime leſerũt.

erat pene maximum periculum incidit. quod prouidentia dei vitauit. Nam nudum & cum vno pue
A ro sequente lauantem hostium quidam armati qui in eadē domo pro timore celati fuerant inuadunt
Quorum vnus exijt gladium tenens & per ianuam cucurrit & post hunc secundus & tertius simili-
ter armati: nichil tamen regem leserunt. ¶ Postero tamen die interempti pampi caput ferora decidēs
pro vltione fratris herodi transmisit.

Caput pampi ferora pro vltione fratris mittit herodi.

¶ Herodes regni sui anno tertio hierusalem obsidēs filiam alexandri filij aristoboli duxit vxorem
cui obsessi iudei maximam fecerunt resistentiam septem annis maxima fame & inopia fatigati capta
itaq; exteriori parte & ciuitatis inferiori ad superiorē fugierunt: tūc quoq; maxima iudeorum facta ce
de Antigonus a turre descendēs ad sosij pedes procidit quem nequaq̄ miseratus Antigonū irrisorie
tanq̄ feminam noiauit. herodes vero circa templū & res sacras prouidebat rapinasq; ciuitatis prohi-
bebat & de suo munificēter militibus mercedē donauit Antigonū autē ligatū a sosio Romam ad an
thoniū ductum pecuniis procurat interfici. Hocq; modo assamonei principatus finē habuit. Ca.xvj.

Herodes regni sui ānō tertio obsidet hierusalē.

Esinente vero hyeme regressus inde hierosolymam prope peruenit & iuxta ciuitatē
castra sua locauit: tertio regni sui anno ex quo rome ordinatus erat. Postera rursus die
castra iuxta murum accedens transmigrauit. vnde potuisset ciuitas ante templum ex
pugnari: sicut & prius a pompeio: & tribus aggeribus locum circundans turres erexit.

Herodes duxit vxorem filiā alexādri filij aristoboli.

¶ Cumq; multa manu ad opus vsus fuisset. & siluam decidisset & oportunos operan
tibus prepositisset: ipse ad samariam pro nuptijs discessit: ducturus alexandri filij ari-
stoboli filiam. Nam hanc desponsauerat sibi sicut & prius retulimus. ¶ Post nuptias autem venit so-
sius per phenicem (cum exercitum per mediterranea premisisset:) venit etiam multitudo equitum &
peditum. Tunc rex quoq; egressus est a samaria non paruam super priorem expeditionē producens
Siquidem triginta milia fuerant. Omnes autem prope hierosolymorum muros congregabantur. vbi
circunsedebant per aquilonis partem muros ciuitatis. quorum exercitus erat vndecim cohortes pe-
ditum & sex milia equitum. necnon & auxiliatores tyrij alias sirij & duo duces silo & sosius qui & ab
anthonio missus est auxiliator. ¶ Herodes autem decertabat pro se quatenus ab antigono principa-
tum perciperet qui rome dudum hostis fuerat iudicatus & pro illo rex herodes per senatusconsultum
ordinatus. ¶ Cum multa autem alacritate vel certaminibus iudei (qui intra muros concluſi fuerant)
B herodi repugnabant: multaq; pro templo diuulgabāt. & multa pro solatijs populi tanq̄ liberante eos
a periculis deo & omnia foris ciuitatem distrahebant. ne quid ad alimentum hominum vel iumento
rum relinqueretur: & latrocinijs furtim vsi inopiam eis parabāt. ¶ Quę cum herodes prospexisset ad
uersus latrocinia quidem in oportunissimis locis insidias parauit: de expensis autem longius agmina
militum transmittentes venalia congregabat: vt intra paucum tempus multam affluentiam eis neces
sariorum abundare faceret: manuq; multa frequenter operantes tres aggeres erigunt. Estas enim erat
& nullum operantibus impedimentum fiebat: sed machinamenta inferentes murum permouebant:
& omnibus experimentis vtebantur nec tamen terrebant intra ciuitatem existentes. Nam illi resisten-

Sosius ad auxilium herodis.

Numerus bellatorū pro herode

Resistentia obsessorum iudeorum maxima.

tes contra istos non pauca excogitabant. quędam adhuc imperfecta instrumenta alia vero perfecta
comburentes. Cumq; ad manus venissent: non minores romani suadendo fuerunt. nisi quia disciplina deerat militaris aduersum machinas. Namq; muros construebant iam prioribus edificijs euersis:
& sub terram occurrentes fodientibus confligebant. desperatione tamen potius q̄ prouidentia belli
vsq; ad vltimum permanebant: licet magna expeditiōe obsessi. vel fame magna fatigati vel inopia ne
cessariorum fuissent exhausti. Nam septimus tunc annus acciderat. ¶ Interea ascenderūt quidem su-
per murum viginti priores: postea vero centuriones sosij. Nam primus murus iam captus fuerat die-
bus quadraginta: secundus autem quindecim. Et aliquę circa templum porticus incēsę sunt quas he
rodes antigonum incendisse dicebat odium ei mercatus iudeorum. ¶ Sed post dum capta exterior
pars templi fuisset. & inferior ciuitas ad interius sacrarium & ad superiorem ciuitatem confugerunt.
C Cumq; timuissent ne prohiberent eos romani deo quotidianas immolationes offerre: per legatos sup
plicabant permitti victimas solitas introduci. Herodes autem dum putaret eos iam quieuisse cōsen-
sit. Sed cum nihil videret fieri quę putaret. immo fortiter expugnaret pro antigoni principatu: instan
ter accedens ciuitatem expugnat: & omnia statim interemptionibus sunt completa. ¶ Siquidem ro-
mani pro obsidionis mora irascebantur: herodes autem nullos ex iudeis aduersarios relinqui volebat
Occidebant igitur per vicos & per domos quoscunq; inuenissent fugantes eos & in templo conclu-
dentes. neq; infantibus neq; senibus. neq; infirmitati mulierum misericordiam prestātes. sed rege de
stinante & petente vt parcerent. nemo fuit qui dexteram teneret immotam: sed furiosi cunctā etatem
extinguebant. ¶ Vnde & antigonus nec presentem neq; priorem fortunā considerans: a turre descē
dit. procidens ante pedes sosij. Ille tamen nequaq̄ eum miseratus pro calamitate: sed plausibus incō-

Iudei septem annis obsessi magna fame fatigati. &c.

Capta parte exteriori templi & inferiori ciuitate iudei ad superiorem ciuitatē confugiunt.

Maxima cedes in hierusalem.

Antigonus desolatus ad pedes sosij procidens antigona ab eo nominatur.

tinenter vſus.antigonum eum tanq̃ feminam nominauit. quem non vt mulierem ſine cuſtodia remiſit. Et ille quidem ligatus cuſtodiebatur. ¶ Herodes autē prouidebat prohibendo alienigenas auxiliatores. Nam feſtinabat multitudo peregrina templum videre: & ſancta in ſacrario cōſtituta. Rex autem quoſdam petens aliſs interminatus multos &armis vetabat: perditionem priorem victoriam exiſtimans ſi quid inuiſibilium viſum fuiſſe. ¶ Reſecabat etiam rapinas ciuitatis: multum contra ſocium altricatus dicendo. Si pecuniſs & hominibus romani ciuitatem euacuauerunt. deſertionis me regem relinquent. ſed & tantis ciuibus proſtratis breuem vniuerſi iudei principatum iudicari pro repēſatione necis huiuſmodi. Ille vero cum pro obſeſſione militibus iuſte predam permitti dixiſſet: reſpondit ipſe pecunias de ſuo mercedē ſingulis preſtaturum: & ita reliquam ciuitatem promiſſionibus completis liberauit. Nam ita munificenter ſingulis militibus & ducibus merito regali & ipſi Soſio donauit: vt omnes pleni pecuniſs abirent. ¶ Hęc paſſio hieroſolimorum ciuitati contingit conſulibus marco agrippo & candidio gallo centeſima & octogeſima quinta olimpiade tertio menſe in celebratione ieiuniorum. tanq̃ reuerſa calamitate quę ſub pompeio iudeis illata eſt. Nam & tunc eodem die captiuitatis viginti & ſeptem anni eſſe noſcūtur. ¶ Soſius vero cum auream coronam deo deouiſſet reuerſus ab hieroſolymis antigonum ligatum ad antonium perduxit. Herodes quoq; veritus ne antigonus cuſtoditus ab antonio & romę perductus allegationibus ſuis ſenatui demōſtraſſet ſe quidem ex regalibus deſcendentem. herodem autem priuatum. & quod oporteret filios eius regnare propter genus ſi ipſe romanis peccaſſet multis pecuniſs compulit antonium vt antigonus interficeretur. Quod dum factum fuiſſet: herodes quidem timorem depoſuit. ¶ Deſtitit autem hoc modo aſſamonei principatus: poſt centum viginti ſeptem annos. Nam de familia clariſſima & genere nobiliſſimo. vel honore ſacerdotali fuerat. Cum multa ergo pro gente iudaica parentes egiſſent: propter mutuam ſeditionem principatum amiſerunt. Tranſiit autem ad herodem antipatri filium de familia populari. vel genere priuato & ſubiecto regibus. Nos igitur hunc terminum cognationis aſſamoneorum accepimus.

Herodis diligentia circa res ſacras cuſtodiendas.

Prohibet ciuitatis depredationē & de ſuo militibus mercedem; preſtat.

Magnificentia herodis.

Antigonū ligatu3 a ſoſio romā ad anthoniū ductū herodes pecuniſs procurauit interfici.

Finis pricipatus ſacerdotalis qa herodes erat alienigena. &c.

¶ Explicit liber quartuſdecimus.

¶ Incipit liber quintuſdecimus qui continet tempus annorum. ſeptemdecim.

¶ Herodes capta hieruſalem ſoſij auxilio apud quem polion phariſeus & ſameas diſcipulus honorabantur ciuitatis ornatum abſtulit. Et quadraginta priores partis Antigoni extinxit quem antigonū Antonius in anthiochia interfecit. Tunc quoq; hircanus apud parthos captiuus herode doloſe a rege procurante rediit ad herodem herodes quoq; ignobiliſſimum ananeloum ſpretis nobilibus & maxime iuuene ariſtobolo de ſacerdotali tribu ſacerdotem fecit vnde indignata Alexandra filia hyrcani vxor Alexandri filij Ariſtoboli & mater ariſtoboli marianne pulcherrimorum moleſte ferens filij infamiam ſcripſit ad cleopatram vt peteret anthonio ſacerdotij principatum filio preſtare. Gellius autem cum ad iudeam veniſſet & ariſtoboli & marianne pulchritudinē vidiſſet miratus amborum imagines depinxit & ad Anthonium deſtinauit quibus inſpectis Anthonius puellam nuptam erubeſcēs petere: petit puerum tranſmitti ad quem herodes excuſationem reſcripſit. Capitulum primum.

Continuatio dicendorum.

Herodes principatu iudeę adepto qualiter ſe habuit.

Polliō phariſeus & ſameas diſcipulus apud eum honorati.

Herodes citatis ornatū abſtulit.

Oſius quidem & herodes qualiter hieroſolimam ceperint. & antigonum captiuum. in ſuperiori libro demonſtrauimus. ſequentia vero nunc explanabo. ¶ Cum totius iudeę principatū ſumpſiſſet herodes. quantoſcunq; priuatos ſui fautores inuenit. in dignitatibus eos cōſtituit: illos autē qui cōtraria elegerunt nō deſtitit tormētis ſingulis diebus afficere. ¶ Honorabatur apud eum polion phariſeus. & ſameas diſcipulus illius. Siquidē obſeſſis hieroſolymitis; iſti perſuadebant herodem ſuſcipi pro quo & recompenſatione gratiarum fruebantur. Nam hic erat ſemeas qui quondā in iudicio dum herodi peperciſſet hyrcanus prędixerat improperans ei vel iudicibus q̄ herodes liberatus omnes eos perſequęretur. Quod & factum eſt: deo ſermones illius adimplente. ¶ Eodem tempore cum hierosolymam tenuiſſet herodes: omnem ornatum ciuiū auferens in aula colligebat: ex quo multū pondus argenti vel auri antonio vel amicis eius donabat. Interfecit etiam quadraginta priores antigoni partis. Nā cuſtodes per partes muri diſpoſuerat. ne quid deportari poſſet cum defunctis. Mortui vero dū exercitarētur ſi quid argēti aut auri vel aliud neceſſariū fuiſſet inuentū regi ferebatur. Nullus vero terminus malorū erat. Nā auaricia rectoris: male cōquiſita deterius expēdebat. Prouincia autē inculta permāſit ſeptimo anno cogēte: in quo agricultura exercere illicitum nobis eſſe probauimus. Antonius itaq; cum captiuū antigonū ſuſcepiſſet. deliberauit ligatum in triumpho ſeruare. ſed audiens gentē reluctare antigono fauentē doniſq; herodis redēptus iudicauit in antiochia illum perire: quia nullatenus iudei quieſcerēt. Q̄ teſtionio ſtrabonis capadocis cōfirmat: ita

¶ Interfecit quadraginta priores partis antigoni. Notāda ſentētia Antigonus occidit i anthiochia

dicentis. Antonius antigonum iudeum in antiochia perductum interfecit. & visus est hic primus ro-
A manorum regem occidisse dum non estimaret alio modo sententias iudeorum flectere quatenus su
sciperent pro illo constitutum herodem. Nam nec tormentis subditi regem eum appellari patieban-
tur. tanq̃ manu aliquid de priore principe retinentes Infamiam igiturvel odium herodis ita minuere
putauit. Hęc quidem strabo. ¶ Cum vero herodem principatum tenuisse hyrcanus princeps sacer-
dotum audisset: qui captiuus apud parthos tenebatur: redijt ad herodem tali modo solutus. Barzafar
manis & pachorus duces parthorum cum captiuos hyrcanum principem sacerdotum prius constitu
tum: post autem & fratrem herodis phaselum ad parthos perducerent phaselus non tolerans vincu-
lorum opprobrium. & omni vitę suę preponens mortem gloriosam ipse suus peremptor sicut prędi-
ctum est apparuit. Hyrcanum vero ad parthos perductum frahatis parthorum princeps modestius
attendebat. dum nobilitatem eius audisset prosapię. Quapropter remissum a vinculis babilone habi-
tare concessit. vbi multitudo iudeorum hyrcanum tanq̃ principem sacerdotum & regem: omnes vsq;
ad eufratem iudei habitantes honorabant. Qui dũ his fueretur. & herodẽ audiret principatũ suscepis
se mutauit spem suam ab initio ei amicissimus existens: quem & gratię memorem pũtauit q̃ eum a
quęstione & mortis dãnatione vel periculo tormẽtisq; liberasset. Sermones ergo iudeis proferebat: fe
stinãdo proficisci ad eũ. Qui vetabãt & rogabant eũ permanere q̃ officiorũ simul & honoris in sacer
dotali vel principali dignitate nihil apud eos minus habuisset. prętertim dũ nihil ab hierosolimitanis
posset mereri: pro diminutione corporis quam ab antigono pertulisset. Retributiones autem nõ simi
les a regibus dantur. quas priuati a benefactoribus acceperunt. Nam mutat eos fortune preuentus.
Talia dum ei suggererent: hircanus eundi desiderio tenebatur. Cui scribẽs herodes petebat frahatim
eum venire: & illic iudeis supplicare quatenus non inuiderent ei vna secum commune regnum possi
dere. Nam tempus extitisse dicebat q̃ ipse gratias redderet pro beneficijs: cum ab eo nutritus esset &
saluatus. ¶ Hęc scribens hircano mittit ad frahatim legatum saramallum: & dona multa: supplicans
vt non impediret gratias reddere quas pro beneficio deberet. Erat enim studiũ eius non pro hac tã-
tum. sed quoniam preter meritum principatum obtinuerat. Timebat ne illi rationabiliter auferretur:
& hircanum properabat sub potestate sua redigere. vel penitus eũ disperdere quod postea fecit. Tũc
tamen flexo partho pecuniasq; ei iudeis dantibus vt veniret cum omni eũ honore suscepit & in con
B uentu primum ei locum & in conuiuijs primum lectum concedebat. ¶ Quem etiam decipiebat pa-
trem vocando. & omnibus modis insidias inopinatas ei parabat. Disponebat etiam reliquas cum eo
sui principatus vtilitates vnde & in familia eius exarsit seditio. Nam dum obseruaret ne nobilissimus
quidã princeps sacerdotũ dei haberetur. inuitauit aliquẽ ex ignobilissimis sacerdotẽ de babilone no-
mine ananeloũ alias ananelũ: & huic pricipatũ sacerdotij designauit. Quod nõ pertulit alexãdra: fi-
lia hircani vxor alexandri filij aristoboli regis ex qua filios habuit vnũ quidẽ pulcherrimum noie ari
stobolũ: & herodis cõiugalẽ mariannẽ forma nobilissimã. Turbata ergo & molestę ferẽs infamiã filij
quod illo superstite alter aduena principatũ sacerdotij meruisset scripsit cleopatrę sodali quodam suo
litteras deportantẽ vt peteret antoniũ pricipatũ sacerdotij filio suo pręstare. Sed & antonio negligen
te petitionem amicus eius gellius ad iudeã cũ propter aliquas causas peruenisset: & vidisset aristobo
li pulchritudinẽ: vel iuuentutẽ mirabatur. non minus etiam mariannẽ regi cohibitantẽ stupebat. Vn-
de alexandram liberorum bonorum matrem existimans & ad sermonem eius veniens flectit eã pin-
gere amborum imagines. & antonio destinare. Et hęc dicens petitiones eius omnibus modis adim-
pleuit. His elata verbis alexandra: imagines antonio direxit. Cui gellius ferebat dicẽs non ab hoie pu
tari: sed a quodam esse deo liberos alexandrę: dum vellet ad libidines antonium emollire. Qui puel-
lam quidem herodi nuptam erubuit accersire: verũ etiam cleopatram metuẽs contristari. Scripsit er-
go puerum transmitti. cum honore addens. nisi graue visum foret. His deportatis ad herodem litte-
ris non cautum existimauit iuuenem excellentem aristobolum & tunc iam sedecim annos ducentem
C genere nobilissimo ad antonium destinare potissimum romanorum. & paratum suę luxurię suppo-
nere puerum: qui etiam libidinosior per potentiam existebat: rescripsit ergo dicens. Si puer exierit
a prouincia. statim oia bellis vel seditionibus cõplebuntur. iudeis sperãtibus rerũ nouarũ mutationẽ.

¶ Herodes cognito quia alexandra pro principatu filio dando ad cleopatram scripserat eam ac
cusabat & se dolose excusans quia puero sacerdotij principatum non dederat mulieribus satisfecit &
analo sacerdotij dignitate exuto illam aristobolo dedit hic recapitulantur transgressores circa sacer-
dotium herodes autem cum alexandram timeret eam fecit occulte obseruari quę a cleopatra petit sub
fidium sed eius insidias sabio herodi manifestauit ipse quoq; contra aristobolum moliens insidias ip
sum querebat iterficere ipsũ. eni postq̃ celebratiõe trãsfacta ad affluẽtiã potus coegerat submergi. pcu
rauit ãno etatis. xviij. quẽ mortuũ maxie simulauit dolore & rursus analous sacerdotiũ suscepit. Cap. lj.

Hyrcanus sacer dotum princeps apud parthos ca ptiuus redijt ad herodem.

Modus quo hyr canus a captiui tate ereptus est.

Notãda sentẽtia Herodes scripsit parthorũ regi vt veniret hircanus Intẽtio mala he rodis.

Dolus herodis erga hircanum. Herodes ignobi lissimum fecit sa cerdotem vnde indignata Ale xãdra mater hyr cani scripsit cleo patrę. &c. Gellius veniens in iudeam aristo boli & marian nes miratus pul chritudinem eo rũ imagines ãto nio destinauit. Anthonius ispe cta puerorũ pul chritudine eru bescẽs puellã nu ptã petere petit puerũ transmitti Rescribit hero des Anthonio se excusans.

Herodes alexã dram culpat.&c

Excuſat ſe dolo ſe herodes quare nõ promouit ariſtobolũ mulieribus ſatisfaciẽs.

Herodes Analũ exuit a ſacerdotio prẽter legẽ & dedit ariſtobolo

Trãſgreſſores legis circa ſacerdotium.

Herodes alexandram timens occulte fecit eã obſeruari.

Sentẽtia notãda

Alexandra a cleopatra petit auxilium.

Alexandrę inſidię quibus vult ire in ęgyptum.

Sabio Alexandrę nunciat inſidias herodis.

Herodes omnibus modis Ariſtobolum quẽrit occidere.

Inuidia herodis contra ariſtobolum ei fauẽte populo.

Dolus herodis ariſtobolũ ad potus affluentiam allicientis.

Vbus inſcriptis cũ antoniũ excuſaſſet:iudicauit non vltra puerũ vel alexandrã humiliaſſe:ſed etiam vxore ſua mariãne valde petente quatenus fratri ſuo pricipatũ ſacerdotij redderet.quod prodeſſe arbitrata eſt. dum nec ad antoniũ proficiſci poſſet. tali prędítus adoleſcẽs honore.Conuentũ itaq; faciẽs amicorũ/multũ alexandram accuſabat.Dicẽdo latenter inſidias egiſſe pro pricipatu.dũ per cleopatram ageret.quatenus ipſe quidẽ regno priuaretur:puer autẽ pro ipſo rerũ amminiſtrationem ab antonio ſuſciperet.Et hęc quidẽ illã non iuſte poſtulaſſe q; & filiã ſuã a poſſeſſo iam honore priuaret.& ſeditiones in regno,moueret:cũ multũ ipſe laboraſſet vt poſſideret:multis & non fortuitis periculis.Verumetiã nullatenus memor ipſe malorũ illius.ſed beniuolus circa eos eſſet.Et nunc puero pricipatum ſacerdotij prębere:ideoq; olim ordinaſſe dicebat ananeloum.q; valde puer eſſet ariſtobolus.Cũ tamen hęc non incaute dixiſſet.ſed pro deceptione mulierũ & pręſentia amicorũ lęta ex non ſperatis alias & non ſperãs alexãdra cũ lachrimis ſatiſfecit.dicens & de ſacerdotio quidem oia pro infamia ſe manifeſtaſſe:regnum vero nec deſideraſſe inquit:nec ſi oblatum eſſet.cupide ſuſcepiſſe. Cum & nũ mimium honorẽ habeã propter principatum eius & tutelã. Cuius virtute totum genus meum fulget honoribus.Nunc quoq; beneficijs vincta ſuſcipio filij honorem : & in poſterum ad oia ero ſubiecta. Petebat vero vt ſi quid propter genus & pręſentem ſibi fiduciã temerariũ pro indignatione feciſſet ignoſceret.Poſtq̃ autem locuti ſunt:dexteris datis reconſiliatur omni ſuſpitione ſublata vt videbatur ¶ Itaq; ex herodes ſtatim principatu ſacerdotij ananeloum alias ananelum prẽter legem exuit:ſedi tiones modeſticã pacando.Nam non licebat aliquem honore ſemel accepto fraudari. Quod prius anthiochus epiphanes deſtruxit dũ auferret ab Ieſu ſacerdotium:& ordinaret fratrẽ eius oniã. ſecundus autẽ ariſtobolus hyrcanũ fratrem ſuum priuauit: tertius herodes principatum ſacerdotij adoleſcenti tradidit ariſtobolo.Et tunc quidem putabat ſedaſſę contentionem. ¶ Et licet recõſiliati fuiſſent non tamen ſecurus degebat:dum alexandram ex prẽteritis conatibus ne tempus nouarum rerũ caperet valde timeret.Quapropter precipit eam ita in aula conuerſari . vt nihil ſub poteſtate ſua haberet.Diligenter etiam cuſtodiebatur occulte:ne quid prẽter quotidianam cõuerſationem niteretur. Quę paulatim magis illam exacerbabant:& in odio ſuſcitabant. Nam ſuperbia muliebris diligentiam cuſtodię indignabatur habere:dum omnia vellet potius pati q̃ fiducia priuari & fucoſum honorẽ cum ſeruitute vel metu poſſidere. ¶ Ad cleopatram igitur in quibus extaret frequenter ſe lamentando deſtinabat poſtulans auxilium ſibi prębeti.Quę iuſſit ej furtim cum filio ſuo in ęgiptum ad ſe confugere.Cumq; hoc ei placuiſſet:tale aliquid excogitauit. ¶ Duo loculi tãq̃ pro mortuorum exęquijs parauit:in quibus ſeipſam & filium mitti dixit.pręcipiens conſcijs famulis ea noctu deferre & exinde viam ad mare facere:vbi nauim in q̃ nauigarent ad ęgiptum preparatam habũiſſet.Hęc ſabioni amico alexandrę eſepus ſeruus eius edixit.Quod cum ſabio audiſſet & inimicus herodis eſſet q; inter inſidiatores antipatri de veneno conſcius putaretur odium lenire per indicationis fauorem ſperauit & nunciauit inſidias alexandrę.Qui cum eam vſq; ad conatum procedere dimiſiſſet . in ipſo facinoris opere detinuit.ſed inuitus conceſſit culpam:dum putaret nullatenus cleopatrã ceſſare.ſi contra ſe cauſam inueniſſet. Palam ſibi magnanimitate vel modeſtia veniamt ei largitus eſt. ¶ Propoſuit cauſam oĩbus modis adoleſcentẽ perimere: ſed tacito propter veriſimilem diſſimulationem. cum ſibi tabernaculorum feſtiuitas veniſſet quę apud nos cum ſumma veneratione celebratur tunc quidem diſtulit & in delitijs ipſe & reliqua multitudo degebat. ¶ Mouit tamen eũ feſtinare voluntatem ſuam conſi cere inuidia.Nam dum adoleſcens ariſtobolus ſeptimum decimũ annum ducens:ſecundũ legem ſuper aram aſcenderet victimas immolaturus & ornatu ſacerdotali circundatus celebraret religionis cõ ſequentia magnitudinem ſuper ętatẽ oſtendens.necnon & generis dignitatem.populi excitauit fauorem:& ariſtoboli aui ſui prẽſens memoriam eis reduxit.Qui paulatim irritati alias prouocati voluntates ſuas iam demonſtrabãt gaudentes ſimul & letitia perfuſi:voceſq; laudabiles in eum orationibus mixtas emittebant:vt manifeſtus fieret populi fauor. & temerarius ſub regno vltq; conſtituti. cum allorum prẽterita beneficia memorarent.Inter hęc oia ſtatuit herodes voluntatem:quam in adoleſcentem habuiſſet implere. ¶ Celebratione autẽ tranſacta dum in hierichonte maneret & in conuiuio eos alexandra peteret.herodes adulabatur adoleſcenti & illicebat ad affluentiam potionis:paratus colludere vel iuueniliter ad gratiam illius iocari & loco ęſtiuo illic exiſtente collecti ſimul exierunt refrigerium captantes.Cumq; fontibus aſſiſterent calorem meridianũ aura tẽperare.prius quidẽ nantes ſeruos & amicos proſpiciebãt.Poſt autẽ adoleſcẽs cũ irritaretur herodis amici quibus hoc prẽceptũ fuerat.tenẽtibus iam tenebris ſepe eũ mergẽtes tanq̃ eludẽtes nõ omiſerunt vſq;quo eum preſſum fontibus ſuffocarẽt Ariſtobolus quidẽ ita extinctus eſt.x.&.vij. annum agens etatis cum principatũ ſacerdotij anno non amplius tenuiſſet:quẽ rurſus ananelous ſuſcepit.Quomodo mulieribus nũ

ciato inceſſabilis eas ſtatim dolor defuncti inuaſit. Ciuitas etiam rumore delato lamentis cuncta com
A pleta eſt: omnibus calamitatem tanq̃ propriam & non alienam dolentibus Alexandra vero plus cõ
ſumebatur conſcia peremptionis. Nam dolorem ampliorem ab ipſo funeris actu ferebat ſed ſuſtine
re ne ceſſarium putauit: licet ſepius ſua manu vitam finiri niteretur. Deſiit tamen ſi poſſet viuens ſuffi
cere ad diſſimulationem inſidiarum perempti. Vnde potius ſuam vitam tenebat. ne daret ſuſpitionẽ
filium ſuum inſidijs periſſe. per hanc enim diſſimulationem ſperauit tutius ſe oportuno tempore vin
dicare. Illa quidem ſic continenter dolorem tolerabat. ¶ Herodes autem omnibus veriſimilis vide
batur: non inſidiarum adoleſcentis auctor extitiſſe. Nam non tantum quę ad funus pertinent perage
bat. ſed etiam lachrimis vſus aninę confuſionem veram eſſe monſtrabat. Interdũ etiam & dolore vin
centi eum ex aſpectu pulchritudinis plangebat. & licet adoleſcẽtis mors pro eius tutela putaretur ma
nifeſtum tamen erat q̃ pro ſatiſfactione iſta faceret. Siquidem munificenter exęquias eius honorans
multum apparatum circa locellos & multitudinem aromatum fecit nimiumq; ornatum ſimul ſepe
liit vt dolorem mulierum pene deleret & ſolaretur eas per iſtam partem.

Alexandrę diſſi mulatio pro mor te ariſtoboli con tra herodem. Fictio herodis in exęquijs pueri.

¶ Alexandra mali non immemor ad cleopatram per herodis inſidias mortuum filium ſcripſit. Q
ua anthonium maritum ad vindictam incitante herodes ſatiſfacere iubetur herodes itaq; ad An
thonium vadens ioſippo rerum & regni relicto regimine mariannem ſi quod ab anthonio paſſus fue
rit pręcipit occidere. Qui mulierum adulationibus emolitus regis ſentẽtiam eis manifeſtauit. Quem
alexandra fama berodem occiſum referente ad romana ſigna flexit ſecũ fugere ſed rumori herodes
contrarias reſcripſit litteras. Cui reuertenti ad iudeam Salome ſoror eius Alexandrę & marianne in
dicans conſilium ioſippum maritum ſuum accuſat. marianne quoq; quam maxime herodes dilige
bat auditum a ioſippo quod rex mandauerat ſecretum ipſi manifeſtante. Rex furibundus ab vxoris
amplexibus declinans pene eam interfecit & ioſippum vlterius ante faciem ſuam venire non permi
ſit Alexandram quoq; iuſſit reſeruari.

Alexandra mali memor cleopa trę ſcripſit filij mortem per inſi dias herodis.

Capitulum tertium.

ALexandrã tamẽ nihil tale deficit ſed ſemper mali memoria meſtitiam incitabat. Et ſcri
pſit cleopatrę herodis inſidias & filij perditionẽ. Q uę dũ feſtinaret petẽti ſubuenire ca
lamitates alexandrę miſerta propriam omnem cauſam cõfecit: & petere anthoniũ vin
dicare adoleſcentis interitũ non ceſſabat: cũ diceret non eſſe dignũ herodẽ per eum re
B gem ſtatutũ in regno q̃ non ad eũ pertineret qui in veros reges tales iniquitates oſtẽ
deret. ¶ Quibus cũ flexus eſſet anthonius laeditiã peruenięs mittit pręcipiens herodem ad ſe profi
ciſci ſibiq; pro morte ariſtoboli ſatiſfacere. Nam non recte inſidię confectę ſi per eũ extitiſſent. Qui cũ
timuiſſet cauſam & cleopatrę contrarietatẽ quę non ceſſabat anthoniũ ſuadendo quatenus eũ dam
naret ſtatuit quidem obedire iam enim nichil erat aliud quod ageret. ¶ Cumq; patruum ſuum loſe
phum alias ioſippũ procuratorem regni & rerum reliquiſſet demãdauit ei ſecrete vt ſi quid ab antho
nio paſſus eſſet continuo mariãnem occideret. Nã dilexiſſe vxorẽ fatebatur & timuiſſe ne cõtumeliã
poſt eius mortẽ pateretur dũ pulchritudo illius ab alijs deſiderarẽ poſſet per quę demõſtrabat impe
tum anthonij quẽ in eam habuiſſet cũ olim de pulchritudine audiſſet illius. Herodes quidẽ hęc pręe
cipiens ſpe incerta ad anthoniũ perrexit Ioſephus autẽ cũ in deſperatione rerũ regni ſtatutus eſſet &
propter hoc frequẽter mariãnem cõueniret & de negotijs honoris cauſa reginã percuncta retur fauo
rem vel amorẽ herodis circa eam inſeruit. Mulieres autẽ cum illũ adulationibus emoliſſent & plus au
tem ab alexandra ſeductus Ioſephus alias ioſippus ſententiã regis demonſtrauit & mandatũ expla
nauit. dum fidẽ illi vellet facere q̃ nec poſt mortẽ fine ipſa poſſet viuere: dũ diceret vt ſi quid acerbũ
ab anthonio pateretur nõ ſufferret ab ea nec poſt interitũ ſeparari. Hęc quidẽ ioſephus. mulieres au
tem nõ hoc amore affectus herodis putauerũt. ſed timuerũt ne reuerſus tyrãnica crudelitate ſibi mor
tem inferret. ideoq; ſuſpitionẽ de verbo non paruã perceperũt. ¶ Eodem tempore rumor in ciuitate
hieroſolymorum ab inimicis herodis diſperſus eſt q̃ anthonius tormentis affeciſſet eum & occidiſſet
C Quę fama cunctos quidem in aula turbauit. plus vero mulieres. Tunc vero alexandra ioſephum fle
ctit vt cũ ipſis ad romana ſigna confugeret. Nam romanum agmen tunc iuxta ciuitatẽ ſub duce iu
lio pro regni cuſtodia caſtra poſuerat dicens: primum ſiqua turba in aula concurreret. ipſe in tuto exi
ſterent dum romanos propitius haberent. Pręterea ſi mariannem anthonius proſpexerit principatum
recipere ſperamus nec in aliquod poſtea ſeruitium de regij generis propagine deſcendemus. ¶ Cum
has rationes fugę cogitaſſet litterę ab herode de oĩbus ſuis cauſis deportãtur priori rumori contrarię
Nam cum ad anthonium peruenięſſet confeſtim eũ donis de hieroſolimis deportatis recõciliauit & ſer
monibus dicere cõpulit vt nequaq̃ contrarię quoddam de ſe haberet: & cleopatrę verba nihil aduer
ſus ſuam ſatiſfactionem valerent. Nam non inquit iuſtum anthonius vt rex de ſuo principatu depoſi
tus pœnam luat. quia qui honorẽ ei dederũt ipſi ei vti poteſtate permiſerũt. Quo dicto flexa eſt cleo

Alexandra mali memor cleopa trę ſcripſit filij mortem per inſi dias herodis. Cleopatra ãtho nium ad vindictã cõcitat mortis a riſtoboli & man datur herodes ſatiſfacere. Herodes ad an thonium vadẽs mãdat mariãnẽ ſi quid ab antho nio paſſus fuerit occidere. Ioſephus mulie rũ adulatiõibus ſeductus regij ſẽ tentiã eis oſtẽdit Herode fama re ferẽte ab antho nio occiſum: ale xandra Ioſephũ flectit ſecum ad romana ſigna cõ fugere & cauſas fugę aſſignat. Litterę herodis rumori cõtrarię quianthoniũ do nis pacauerat.

patra sciens nequaq̃ alienum principatum optari prodesse. Cum de his scriberet herodes aliosq; narraret honores quos ab anthonio in conuentu vel conuiuijs quotidianis haberet. & hæc obtineret licet in accusationibus cleopatra molesta minimis existeret. quę prouincię desiderio omnibus modis perire illum festinasset. Sed quia anthonium iustum circa se cognosceret. nichil iam difficile speraret q̃ autem tardaret. fauore firmiore circa se authonij speraret cõsiliari cleopatrę animo posse: & se hos facere dicebat. Nam anthonium petitiones suas adimplesse: & sibi inferiorem syriam concessisse denunciauit: & per hoc solatium refutaret vel reiscret appellationes quas cleopatra pro iudea fecisset. ¶ Cum hęc litterę peruenissent desierunt ab impetu quem tanq̃ de mortuo habuissent vt ad romana signa confugerent. Non tamen latuit earum voluntas. Nam pręcessit anthonium rex ad parthos euntem. & ad iudeam reuertitur. Statimq; soror eius salomi alias salome & mater eorum consilium quod habuisset alexandra cum suis aperuit. Salomi vero contra maritum iosippum accusationem protulit dicens q̃ cum marianne frequenter conuenisset hęcvero dicebat inimicitiarum causa q̃ eum frequẽter ignobilitatem generis eius in iurgio deprauaret. ¶ Herodes autem callidus semper & nimis mariannem amans licet statim conturbatus fuisset. non tamen patitur amore marianne aliquid temerarium in ea conficere sed in vtroq; anxius secrete eam inquirit: vtrum vera essent de iosippo quę audierat an falsa. Illa vero cum iuramento affirmante & satisfaciente: q̃ in nullo peccato fuisset ei commixta paulatim rex deflectitur: & ira deleta coniugis amore superatur. vt etiam satisfactũ sibi de his crederet honestati eius multas gratias agebat. Fauorem quem erga ipsam habebat vel amorem pandebat vel qualia sepe amantibus contingunt collachrimantur inuicem: & magno suo studio sese studio pariter diligentes. ¶ Cum vero rex suum affectum iam prętermissa emulatione confirmasset nõ amantis inquit marianne q̃ mandaueras iosippo: vt si quid patereris ab anthonio molestum me pertineret: quę tibi nichil peccassem. Quod verbum vt audiuit herodes exardescens in furorem statim eam ab amplexu dimisit clamans & suos capillos dilacerans dicendo manifestum signum cepisse iosippum cum ea habuisse communionem. Nam nullatenus prodijsset quod secrete audierat nisi maxima fides illis interfuisset. Credensq; de crimine pene suam interfecit vxorem: nisi victus amore furoris impetum refrenasset semetipsum consumens. Iosippum tamen nec vlterius ad suam faciem venire permisit Alexandram vero tanq̃ totius mali causam reseruari pręcepit.

Salomę consiliũ alexandrę & marianne aperiens iosippum maritum accusat.

Maxie herodes mariãnẽ amabat Marianne secretum quod reuelauerat iosippus detegente herodes furore repletus fere interfecit vxorem.

Iosippum priuauit a facie & alexandram pręcepit reseruari.

¶ Cleopatra natura auara nihil iniustum prętermittens fratrem suum regem habiturum veneno interfecit/& sororẽ ad tẽplũ fugientẽ sacrilega extinxit cuius anthonius amore victus dedit ei multas ciuitates a qua herodes redditus cõduxit cũ quo ipsa aliquid amatoriũ passa aut eius regno potius insidians tẽtauit cõcubere. Quã herodes ipse sibi per luxuriã insidias parãtẽ cogitauit occidere sed ab amicis suis retinetur. Et ei donis & muneribus satisfaciẽs deduxit eã ad ęgiptũ anthonius q̃ tunc armeniã capiẽs arthabazim cũ filijs satrapũ ligatũ in ęgiptum destinãs donans eos cleopatrę. Ca.iiij.

Cleopatraauara nihil iniustũ prętermittensfratrẽ suum veneno interfecit & sororẽ extixit fugientẽ ad templum sacrilegaq; fuit. &c

Feminę insatiabilis appetitus.

Anthonius femine victus amore dedit ei ciuitates multas. &c.

INterea per syriã turba cõmouebatur. cleopatra non desistẽte anthoniũ flectere quatenus oĩbus oppressis potentiã singulorũ ablatam sibi donaret. Multumq; desiderio sui valebat illo inflãmato. Quę cũ natura auara existeret: nihil iniustũ reliquit. Siquidem fratrẽ suũ quẽ iam habiturũ regnũ sciret veniẽs aggressa cõsumpserat: quintum & decimũ etatis annũ agentẽ: sororẽ autẽ arsinoem ephesi ad templũ diane cõfugiẽtem per anthoniũ extinxit. Iam pecuniarũ gratia & tẽplũ vel corpora violabat: neq; sacrariũ tam castũ fuit aut asili priuilegiũ tutũ cuius ornatũ ipsa nõ abstulit: nec tam prophanũ vel incestum quod solum potuisset auaricię illius satisfacere. Et cum omnia expoliaret. fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfaciebat. Siquidẽ cuncta deesse suis desideriis semper putabat. Quapropter & anthoniũ compellebat aliquid ab alijs auferentẽ sibi donare. Nam cum transisset ad syriam cum eo: & eam cogitaret possidere & lysaniam ptolomei accusans filiũ. quia parthos cõtra rempublicã duxisset occidit Petijt autẽ ab anthonio etiã iudeę vel arabię reges occidi. Anthonius autẽ cũ ex oĩbus amore fœminę victus esset: vt non tantũ verbis. sed etiã venenis videretur obedire manifestam quidã iniquitatem videns petebat eam ne se tantũ (vt peccaret) cõpelleret & ne cũcta negaret ei ne quanta illa pręcepisset perficiens palã iniquus videretur. Ideoq; partes prouincię vniuscuiusq; retollens donauit ei: prestans etiã ciuitates quę inter fluuium eleutherum vsq; ad ęgiptum erant excepto tyro vel sydone quas a maioribus liberas esse cognouerat. licet multũ eum illa sibi eas prębere supplicasset. ¶ Cũ hęc cleopatra obtinuisset & deduxisset anthoniũ vsq; ad eufratẽ cõtra armenios euntẽ reuertitur & intra appamiã & damascũ. inde etiã ad iudeã peruenit. Quã cũ herodes suscepisset cõduxit ab ea redditus in hierichontis. ¶ Nam balsamũ terra illa gerit: quod pręciosissimũ & nusq; alibi nascitur. & palmas multas vel optimas. ¶ Et dum multum tempore faceret cum herode: tentabat concubere. Nam cum eo natuliter & euidenter libidinibus exardescebat. Forsan tamen & aliquid amatorium passa

Herodes redditus conduxit a cleopatra.

Balsamus optimus i hierichontis.

eſt ſed(quod veriſimilius eſt)regno eius inſidiabat ſi quo modo iniuriã in ſe factã poſſet p accuſatio
A nẽ adipiſci deſiderio vero victã ſe eſſe mõſtrabat. ¶Herodes aũt licet olim nullatenus faueret cleo- Herodes cleo-
patrę dum ſciret oĩbus eam moleſtã:nunc tñ & ampliori odio eius detentus qđ per luxuriã vellet illa patrã ſibi p luxu
inſidias ei parare verba in preſenti refutauit.Conſiliũ vero cum amicis ſuis ſumpſit vt eam ſub ptãte riã inſidias parã-
ſua poſitã occideret. vt ſe & multos malis eius liberaret:quibus iam grauis facta vel fieri poſſe puta- tẽ cogitauit occi
bat.Nam hoc ipſum & antonio ꝑdeſſe quia nec illi fidelẽ eam eſſe dicebat.Cum hęc cogitaſſet ꝑhi dere ſed retinet
bebant eũ amici primũ quidem ſuggerẽtes ꝙ nõ deberet maximũ periculum & manifeſtũ pro re tã ab amicis.
ta ſuſcipere. Cumq; pmãſiſſent ſupplicãtes ne quid temerarie conaret.Nam nullatenus antoniũ poſ
ſe pati dicebant:q̃uis eũ muneribus redimere putaret.cũ amore eius potius incẽderet & videret vio
lẽtia vel inſidijs illius ſe eius amore priuatũ.ne mediocre quid pro ſatiſfactione poſſet dicere ſi cõtra
fœminã hęc ageret:quę per illud tẽpus omnes dignitate ſuperabat. Vtilitatẽ autem quã antonio di-
cit futurã verendũ:ne potius ille temeritatẽ exiſtimet ꝙ affectu tali eũ priuaret.vnde non eſt incertũ
(dicebant) ꝙ maximis vel cõtinuis malis principatus vel gñatio compleret. Refutare vero cõcubitũ
(quem illa poſtularet)pro tẽporis honeſtate ſuadebãt.Qui cũ hęc deſignarent & pericula merito de
mõſtrarent:conatus eius cõpreſſerunt. ¶Tunc herodes cleopatrę donis & muneribus ſatiſfaciẽs de
duxit eam ad ęgygtũ. ¶Antonius autẽ cũ armeniã accepiſſet.artabazin tygrani filium cũ ſatrapũ ſi Anthonius ar-
lijs ligatum in ęgyptũ deſtinauit donãs eos cleopatrę cum oi regio eorũ ornatu Armenię vero prin- meniam capit.
cipatũ tenuit artaxias maior illius filius qui tunc euaſerat.Quẽ cum archelaus & nero cęſar expuliſ-
ſent tygranum nouiſſimũ eius fratrem ordinauerũt. Hęc quidem poſtea cõtigerunt.Vectigalia vero
quę pẽbuiſſet de terra donata ab antonio cleopatrę prębere herodes iuſtũ iudicauit ex integro: ne
occaſionem ei odij pręſtaret.
¶Herodes Arethã arabum regem tributa ſibi negantẽ perſequi deliberauit ſed propter bellũ roma
B num diſtulit poſtea tñ contra eum bellũ parans primo arabes vicit ſecũq; viciſſet niſi athemon cleo-
patrę dux herodẽ & iudeos inuaſiſſet.Herodes vero latrocinijs arabiam vexabat.Tunc quoq; anno
herodis regni ſeptimo terrę motus maximus in iudea quo decem hoĩm milia a ruinis perempta ſunt
Arabes autem audirent hoſtium prouinciã euerſam nichil vlterius ſibi aduerſum credentes inſurge
re iudeorum legatos pacem petentes occiderunt. Cap̃.V.

ARethas autẽ cum herodes redditus eius cõduxiſſet tempore quidẽ aliquanto reddebat Herodes aretha
duo milia talenta poſt ideuotus extitit vix partem aliquã prębens .herodes quidem hoc ĩ tributo defrau
modo defraudantẽ:nichilq; ſcẽm iuſticiam facere volẽtem ꝓſequi deliberauit. Sed inte- dantẽ ꝓſequi vo
rim propter bellũ romanũ hanc diſtulit exactionẽ.Nã dum in actiaco littore ſperaret pugna quę cẽ- luit ſed propter
teſima octogeſima ſeptia olimpiade cõtigit:& cęſar cum anthonio de republica decertaret:herodes bellum romanũ
ex opulenta ꝓuincia ſua multo tpe redditibus & viribus collectis antonio deliberauit auxilia diligen diſtulit.
ter p̃parare.Sed antonius nichil auxilia eius egere ſe dixit. Arabũ aũt perſequi p̃cepit: nã iam audie
rat a cleopatra pfidiam eius. Petebat enim hoc cleopatra dum ſibi putaret ꝑdeſſe. ſi vnus ab altero Pugna herodis
ſterneret. ¶Cum hoc ab antonio iuſſum fuiſſet:& herodes milites cõgregauit:tanq̃ cõfeſtim in ara- cõtra arabes vbi
biam ingreſſurus:paratag; equitũ & peditũ multitudine in dio ciuitatẽ peruenit. Cumq; illic arabes victores iudei.
ei occurriſſent:pugna maxima commiſſa eſt.in qua vicerunt iudei. ¶Poſtea multum exercitũ ara-
bum in chana vico congregatũ qui eſt in inferiori ſyria:audiens herodes venit ſuper eos ducens ma
C iorem partẽ ſuę militię & prope calon ſua caſtra metatus eſt vñ oportune pugnarent. Cumq; hęc di
ſponeret:populus iudeoꝝ clamabat:mora dimiſſa contra arabas impetũ facere dum crederent ſe in
hoc paratos eſſe.quia in priori pugna victores extitiſſent. Igitur ſuum ſtudium milite oſtẽdente:rex
ſtatuit magnanimitatẽ eorum nõ remorari dicens non ſe deeſſe virtuti eorum.Et primus ſe armans:
oẽs perduxit ad aciem.Statim autem terror arabis incidit. Contra quos modicũ reſiſtentes.vt vide-
runt expugnabiles omneſq; plenos virtute plurimi fugerunt fuiſſentq; peremptũ niſi athemon hero- Arthemon dux
dem & iudeos inuaſiſſet.Nam hic erat dux cleopatrę ibi conſtitũtus inimicus herodis futuraq; non cleopatrę iude-
imprudenter ꝓſpexit:vt ſi quid clarũ agerent arabes ipſe quieſcere:victis autem eis quod & conti- os inuadit.
git ex propriſs reparatis militibus inuaderet iudeos:quos tunc lapſos etiam viciſſe putãtes ſubito ſu
peruenięs proſternebat. Nam alacritatem animi contra manifeſtos inimicos conſumentes iudei: &
poſt victoriam remiſſiores citius a recenſioribus hoſtibus obterũtur in locis aſperis & ſaxoſis. quorũ
noticiã inimici amplius habuerunt. Arabes autem prius victi ſe recuperantes reuerſi occidebant.Fie
bantq; diuerſa perditio. alias pernitio. Rex autem herodes pro actione pugnę vectus ęquo ducere
temptauit auxilium. Sed non valuit licet feſtinaſſet ſubuenire. Sed caſtra iudeorum cum arabes ce-
piſſent non mediocrem fœlicitatem & ſine ſpe tenuerunt. Nam victoriam quam prius perdiderant
poſt obtinuerunt:plurimum aduerſariorum proſternentes exercitum. ¶Exinde latrocinijs vtebatur

herodes.multamq; arabū terram discurrens vexabat.dum super montes castra disponeret: & omni no recusaret cum eis ex equo manus conserere. ¶Frequenter tamen laborum diligentia lucrum si bi acquirebat. Nam & proprios milites omnibus modis fouebat ruinam suam capiens emendare. ¶Interea acciaco bello inter cesarem & antonium gesto septimo imperij anno herodis terra iudeo rum commota est.qualiter nunq; animalium pestilentia per prouinciam gesta. Perempta sunt etiam a ruina decem milia hoim.Milites vero dum sub diuo degerent:nichil ab oppressione sunt lesi.Qui cum arabes inquirerent:&(plus q̄ in veritate erat)audirent quę facta fuerant tanq̄ prouincia hostiū euersa:& hominibus peremptis.nichil vlterius sibi aduersum credebant insurgere. Quo cum legati iudeorum peruenissent pacem propter hec quę euenerant facturi:arabes peremerūt eos:& cum ala critate contra milites eorum preparabant.qui nec inuasionem arabum sustinuerūt: licet calamitati bus oppressi & bellare decernunt dum non pares sese prelijs eorum pararent neq; auxilium haberēt rebus suis domi subuersis.

¶Herodes iudeos ad bellum contra Arabes exhortatur eorum perfidiam & iniquitates ad ducens.Qua exhortatione animati iudei contra eos arma sumūt Iordanem trāseuntes & vincunt. vn de sic victi arabes ad herodem legatos mittunt belli dissolutionem petentes sed hos non recipit he rodes neq; dona.Compulsi itaq; nimia siti arabes eorum multi seipsos hostibus tradiderūt. Alij ve ro nullatenus decertare valentes in prelio prostrati sunt. Et sic arabes priorem deponentes arrogan tiam cesserunt & herodem sue gentis patronum ,pnunciant. Ca.VI.

Vos ita dispositos rex flectere sermone temptauit vt recuperaret eis antiquū alacri tatis animū & exhortatur aliquos optimatum.Ausus est etiam & ad populū sermo cinari.Nam prius pigebat eū ne male propter calamitates susciperet ab eis. ¶Non ignoro socij qm̄ multa per hoc tempus facta sunt contra nostram rempublicā & for te nec hi modo de se cōfidunt:qui multum virtute precellunt.Sed quoniā compelli mur pugnare nec est aliquid quod semel factum nō possit rursus tractatū emendari. peterevos elegi simul.& docere per quę possitis in proprio alacritatis animo permanere.Volo tamē prius vobis ostendere q̄ iuste id conamur bellum committere.propter iniurias aduersariorū. Nam maxima magnanimitate hec causa vobis extitit. Potest vero declarari q̄ nichil sint qui nunc nobis mala supuenerunt:sed multas nos spes victori possidere. ¶Exordiar autem principia testes vos fa ciens mei sermonis:nam arabū iniquitatem nostis & circa alios omnes ita perfidiam tanq̄ barbaro rū:& quia nec deum cogitant. Sepius enim nos offenderunt auaricia vel inuidia sua.Et quid mul ta dicemus:dum immineret eis vt a proprio principatu deciderent: & cleopatre seruirent:quis alter eos liberauit de hoc timore.nisi mea amicitia quam cum anthonio possidebamus.Et illius circa nos effectus:nichil nos importunū sustinere dimisit. Nam antonius cauebat agere quod nobis possit in suspitionē venire.Tamē & cum vellet cleopatre partes aliquas ab vtraq; prouincia prebere.hoc quo q; ego dispensaui:multa munera secretius offerens tutelamvtriscq; acquisiui.Expensas autem ipse su scepi ducenta prestando talenta: duo milia vero fide ducendo quę etiā pro redditibus adimpleuit: vnde nos nihil ab eis suscepimus.Et oportebat quidem nulli tributa ,puincię iudeos debere.Quod & si prebendū esset.pro nobis nō etiam pro arabis daretur:qui nobis nec gratias agūt.Nam pro bñ ficijs iniqua circa nos egerūt. Prius quidem q̄ nos amicos non hostes redditibus priuauerūt. Nam si fides hostibus necessario seruat:multo melius amicis.Sed non apud hos ita est qui modis oīnibus optimū putant iniquitatē eligere si solum lucrū eis possit acquiri.Est sibi questio nobis vtrum opor teat iiustos punire:dum hec etiam deus desideret & precepit semper iniquitates & contumelias exe crari: quę nō tantum verbo sed etiam per bellum iussit vlcisci. Nam quod videtur iniustissimū apud grecos & barbaros:hoc si dici fas est in nostros legatos dinoscitur perpetratum. Greci siquidem sa cros & inuiolatos dicunt eos esse:nos autem optimum & beatum decretū & leges a deo didicimus. hi namq; & hominibus deum placant.& aduersarios hostibus reconciliant.Qualis igitur possit ini quitas peior agi:si legati qui pro iusticia loquūtur intereant. Quemadmodum autem possint vitam suam innoxiam custodire seu circa bellum feliciter agere dum talia perpetrassent:michi quidem nō videtur:an forsitan rectum & iustum nobiscum est. Illi vero fortiores ob hoc putantur. Sed primum quidem indignum est nos hec credere.Nam vbi iustum est ibi & deus. Deo vero presente multitu do cū fortitudine presto est: vt ergo de nobisipsis requiramus.vicimus in primo prelio in posteriore vero nec substiterunt sed statim cesseruut.non sustinentes nostrę alacritatis impetum.vincentes nos athenio inuasit.bellum inferens non predictum.In primo vero prelio nomen & fortitudo nostra ap paruit.in posteriore vero iniquitate vel insidijs cōcidimus.Cur igitur minora sapimus,in his vbi ma iores spes possidemus.Quomodo autem stupescimus eos qui(cum palam decertant)peruincuntur.

Terremotus maximus in iudea quō hoim decē milia perempta sunt a ruinis.

Arabes occidūt iudeos legatos pacē petentes.

Oīo herodis iudeos ad bellum cōtra arabes exhortantis.

De perfidia arabum contra iudeos.

Hostibus fides seruanda.

Deus p̄cepit iniquitates execrari semper.

Maxima iniquitas legatos occidere.

Vbi iustū ibi deus est.

Cum vero ſic vincuntur ab iniquitate illis hoc euenit. Virtus vero non expugnatione debilium ſed
A in oppreſſione fortium apparet. Si tamen quemq; illa exterrent quę domi contigerunt. & in terremo
tu acciderunt. primum quidem ſciat quoniam hoc ipſum arabes decepit dum maiora q̄ contigerunt
putarent. Prętera non debent hęc aut illis audaciam aut nobis timorē immittere. Illi namq; noſtris
laboribus vel calamitatibus ſpes ſibi aſſumunt. quas nos egreſſi contra eos viriliter auferemus. Vos
autem accipite alacritatem pugnandi. Neq; enim intantum fuimus contriti: neq; ira dei vulnerati. vt
quidam putant: quę potius accidentia ſunt dicenda. Quę ſi ſententia dei prouenerūt. liquet q̄ iam
ſcēm illius iudicium ira deſiit dum ſatis vindictam de factis noſtris acceperunt. Nam ſi vellet ampli-
us nobis nocere: nequaq̄ flexus fuiſſet. Bellum autem quia & vult fieri & iuſtum eſſe cognouit etiam
nobis oſtendit q̄ multis perprouinciam terremotu peremptis nullus armatus interiit deo euidenter
oſtendēte: q̄ ſi omnes cum filiis vel vxoribus militarent. nichil penitus eis importunum accidiſſet.
Hęc reputantes ſibi q̄ in omni tempore patrocinium dei poſſidetis perſequimini fortitudine iuſta
iniquos amicis perfidos maliuolos circa legatos. ſemperq; noſtra virtute deuictos. ¶ Cum hęc au-
diſſent iudei multum audacię ſumentes ad pugnam parabantur. Herodes autem hoſtiis celebratis.
cum magno ſtudio eos contra arabes tranſiens iordanem fluuium produxit: & prope aduerſarios ca
ſtra diſpoſuit. Tum viſum eſt ei caſtellum in medio poſitum occupare quod ſibi multum ꝓdeſſe pu
tauit volunti maturius prelium vel committere vel differre. Nam oportuno vel munito loco conſtite
rat. Cumq; idem prouiderent arabes: bellum pro caſtello cōmittitur: & primū quidem pro celario: de
inde vero ex vtraq; parte multis ad manum venientibus: arabes afflicti recedunt. Quod ſtatim ſpes
iudeis non minores erexit. virtutemq; accēdit. Dumq; magis omnia vellent arabes pati q̄ decertarēt
& iudei caſtra eorum inuaderet arabes coacti recedunt. nullas vincendi ſpes habentes: ſed tantum
a multitudine audaciam ſumentes. ¶ Itaq; pugna maxima facta multis ab vtraq; parte cadentibus
B arabes recedunt: quorum plurima mors fugiendo fiebat. Nam non tantum ab aduerſariis terrebant
ſed ipſi fugientes ſua multitudine contriti moriebantur. Vnde quinq; milia defuncta ſunt. reliqui ve
ro ad caſtra cōfugerunt: minime ſpes ſalutis firmas habentes neceſſariorum inopia. Et quod peius
erat aquarum indigentia. ¶ Iudei autem licet perſequerētur: tamen inuadere caſtra minime permit
tebantur. ſed obſidentes erga vias eorum fugere volentes arcebant. ¶ Igitur arabes in his conſtitu-
ti legatos ad herodem dirigunt. primum quidem belli diſſolutionem petētes. Nam ſitis vrgebat eos
omnia pati dum tantum in preſenti licentiam aquam acciperent hauriendi. Qui nec legatos nec do
na ſuſcepit. neq; mediocre quidem pactus eſt: dum obſtinate permaneret vlciſci trāſgreſſiones in ſu-
os ab illis factas. ¶ Qui ſiti compulſi nimia ſemetipſos tradiderunt: vt per quinq; dies quatuor mi-
lia caperentur. Sexto vero die reliqui de caſtris egreſſi: decertare cum aduerſariis nitebantur. eligen
tes omnia pati ne paulatim ſine gloria deperirent. Quę cum deliberaſſent: nullatenus decertare va-
luerunt. Nam animo vel corpore calamitatibus afflicti. pro lucro mortem eſſe putauerūt. ne in tribu-
lationibus vitam expenderent. Quorum ſeptem milia priori prelio conſternuntur. Cum his ſibi caſi
bus ~~morentur alias~~ vterentur arrogantiam priorem deponunt. miratiq; herodis prudentiā ceſſerunt.
patronum eum ſuę gentis pronūciantes: qui cum multa fœlicitatis gloria reuertitur. maximā acqui-
rens ſuę fortitudini dignitatem.

C ¶ Herodes deſperatus (Anthonio amico a Ceſare victo) timebat Ceſarem Hyrcanum ſolum
de ſtirpe regia ſuperſtitem ſuſpicatus. Alexandra vero ſpem in mutatione credens Hyrcanum Mal
cho Arabum regi reſcribere mouet vt eos reciperet ad ſe fugientes. Qui muliebri coactus pertinacia
epiſtolam Doſitheo (quem amicum credebat) regi Arabum tradidit deportandum. Sed ipſam Doſi
theus Herodi prodidit. Herodes ergo regis Arabum recepta epiſtola Hyrcanum vocauit quem co-
ram concilio de pactis cum Malcho interrogans interfecit. Alij autem hyrcani mortem deſcribunt.
Cuius laudes & eius varias calamitates in hoc capitulo inuenies.

Cap. VII.

IGitur licet optimē per bellū Herodes res ſuas diſpoſuiſſet. tamen in periculū incidit.
Siquidem ꝓ republica decertantes Antonius in acciaco littore a ceſare vincit. Tum
in deſperationē ſui herodes venit: dum amici & inimici putarent nō impune amici-
tias ei prouenire quas cū antonio habuiſſet. Quapropter amici quidē deſperabant.
inimici vero licet in ꝓſpectu contriſtarent: tamen clam nimium letabantur ſperantes
meliora ſibi rerū mutatione ventura. Herodes autē hyrcanum ſolum videns in digni
tate regia conſtitutū prodeſſe ſuis rebus mortem illius opinatus eſt ne imminēte ſibi a ceſare pericu
lo ille daret occaſionē. Qui ſolus regio videbat ex genere. Cū hęc cogitaret nec daret occaſionē hyr-
canus. Nam modeſtia morum illam rerum gubernationē curabat & rebus ſtudebat bonis omnia cō
cedens fortunę. ¶ Alexandra nimis pertinax: & ſpem rerum mutatione incōtinenter credens verba

Virtus i oppreſ-
ſione fortium.

Deus vult bellū
Nullus armatus
terremotu inte-
riit.

Aiati iudei he-
rodis exhorta-
tione cōtra Ara
bes arma ſumūt
iordanem tran-
ſeuntes.

Victoria iudeo-
rum cōtra ara-
bes.

Arabes ad hero
dē legatos mit-
tunt ſi ti cōpulſi
quos nō recepit
Arabes nimia ſi
ti cōpulſi ſeipos
tradunt aliis de
certare nullate-
nus valētibus in
prelio ꝓſtratis.
Herodes arabū
patronus.

Anthonio a ce-
ſare victo hero-
des deſpatus ꝓ
pter mortē ātho
nij amici time-
bat ceſarem &
ſuſpicabat hyr-
canū q̄ ſolus de
iudeorum regia
dignitate erat ſu
perſtes.

ad patrem fecit ne sustineret herodis iniquitatem in familiam suam procedere:sed custodire spes eo
rum petebat. vt & malcho arabiam tenenti scriberet quatenus susciperet eos ad se refugientes. D
Nam si mors venerit inimico cęsaris herodi ad se principatum venturum:& propter populoꝝ fauo
rem:& propter generis dignitatem. Dum his eum flectere,niterẽtur:hyrcanus verba depellebat. sed
pertinacia muliebri dum illa permanens nec noctu vel interdiu desinens herodis erga se insidias ac
cusaret compellit eum epistolam dare dositheo cuidam amico.i qua scriptum erat vt arabs equites
qui deberent eam ad se perducere mitteret prope paludem bituminis.quę distat ab hierosolimis sta
diis ducentis.Credebat enim dositheo (dum nimis eum sibi amicum ipse & alexandra existimarent
propter inimicitias quas cum herode haberet) vt iosippi cognatus quem ille peremerat quia & illo
rum(qui tyro prostrati fuerant ab antonio)prior frater existeret.Sed hęc dositheum nullatenus hyr
cano fidum in ministerio parauerunt.Nam proponẽs illi regias amicitias:porrigit hreodi epistolam
Qui eum pro fide non tantum laudans,verumetiam iussit ei vt ministraret reliquę causę: quatenus
epistolam signatam traderet malcho litterasq; ab illo acciperet:cum non paruum putaret illius sentẽ
tiam cognoscere.Quę cum dositheus alacrius ministraret: arabs rescripsit & ipsum hyrcanũ se susci
pere compromisit:& omnes qui cum eo venirent.Destinauit etiam qui deberent eos caute perduce
re. ¶Vt vero & hanc epistolam susc̃epit: confestim vocato hyrcano de factis eum cum malcho pa
ctis requirebat.Cumq; ille negasset,coram concilio demonstrans: virum interfecit. ¶Hęc nos con
scripsimus quę in annalibus regis herodis continebantur.Alij vero non ita existimant sed magis he
rodem insidias contra hyrcanum cõtexisse.quatenus eum interficeret.¶Dicunt ita scribentes in ali B
quo conuiuio sine suspitione hyrcani quendam sermonem protulit:si quis epistolas a malcho susce
pisset.Qui dum se confessus fuisset salutarios apices accepisse: ille rursus interrogãs si qua etiam sup
hęc dona recepisset:nichil amplius respondit quam quatuor iumẽta transmissa susc̃episse.Occasione
hac inuenta dona esse perditionis vel corruptionis suę vociferans.virum iussit occidi. ¶Signa vero
sunt minime hyrcanum peccasse quatenus tali termino occumberet.modestia morum eius q̃ nichil
in iuuentute sua atrocius aut temerarius egisset.Quia & cum ipse regnum habuisset plurimam gu
bernationẽ antipatro commiserat:cum iam octogesimum duceret annum:& cum multa tutela sciret
herodem regnum possidere & eufratẽ,transmisisse honorantes eum. Quę omnia despexisse eum &
aliquid nouitatis molitum nimis incredibile est.quia nec nature illius aptum erat: sed molitione he
rodis occisus est. ¶Ita quidem finem vite inuenit hyrcanus diuersas & varias calamitates exper
tus.Nam principio vt mater eius alexandra regnauit: principatus sacerdotij gentis iudeorũ nouem
annis honorem obtinuit.Matreq; defuncta cum imperium susc̃episset. & hoc tribus mẽsibus guber
nasset:depellitur ab aristobolo fratre.Restituitur autem iterum a pompeio:& quadraginta annis ho
nore vsus.Secundo regnum per antigonum perdidit.& corporis diminutionẽ passus apud parthos
captiuus perductus est.& exinde ad propria post tempus remeans propter spes ab herode promis
sas & nichil sicut sperauit ab herode secutus est.Itaq; multis vitę passionibus iuolutus. & q̃ pessimũ
est vt diximus in senectute non dignum vitę terminũ impetrauit.Siquidem modestus & mediocris
in omnibus existebat & plurima sui imperij sub dispensatoribus innocens tractabat:neq; callidus re
gnum disponere antipatro & herodi vsq; ad hoc conamen aperuit iter.

¶Herodes Cęsarem timens & alexandram habens suspectam omnia ferore fratri commẽda
uit.Et rebus ordinatis ad Cęsarem properauit ad quẽ deposito diademate cęteris insignibus regijs
remanentibus cautissime de amicitijs cum Anthonio verba facit: cęsariscq; maxima astutia ꝓcurauit
amicitiam.Cui cognita animi libertate maximam donauit indulgentiam & rursus sibi diadema im F
posuit.Qui firmiorem principatum q̃ prius recipiens pro Alexandro Anthonij amico supplicans ni
chil impetrauit. Sed rediens in iudeam cum amplissimo honore contraria sperantibus timorem in
cussit.Tunc quoq; Alexandra & Mariannę in custodia affictę Soemum sermonibus & donationi
bus flexerunt & regis secreta cognouerunt. vnde Mariannes (herode quę sibi acciderant & honorẽ
a Cęsare receptum enarrante)inter oscula gemebat in quam herodis mater & soror ipsum ad odium
incitant & quid nefandissimum tunc fecisset nisi festinus ad Cęsarem Anthonio & cleopatra inter
emptis vocatus fuisset. Cap̃.VIII.

DErodes autem hyrcano interfecto a cęsare nichil optimum sperans de rebus suis propter
amicitias quas cum anthonio habuisset laborabat.Cumq; in suspitionem alexandram ha
beret ne tempus nãciscereturꝫ & multitudinem & turbam in regno vel rebus suis cõcitaret
commẽdauit omnia fratri suo ferore. Matrem autem Cipron alias Cipriam cum sorore &
cognatione cuncta in massada constituit: vt si quid de se periculum audirent:principatum sibi assu
merent. ¶Mariannem vero suam vxorem q̃ non potuisset vt inimica cum sorore vel matre con-

Scribit coactus muliebri ptinacia hircanus ad arabẽ & epistolã tradidit dositheo quẽ amicũ credebat epistolã tñ herodi porrigit.

Herodes arabis suscipiẽs epl'am vocato hircano & de pactis cũ malcho interrogato corã concilio ipm iterfecit Alia opinio de occisiõe hircani Laus hircani & malicia herodis

Calamitates q̃s passus est hyrcanus.

Herodes cęsarẽ timẽs & alexandram hñs suspectã oia ferore frĩ suo cõmẽdauit & rebus ordinatis ad cęsarẽ properauit.

uersari in alexãdrio cum alexandra matre sua deposuit. Iosippum & ituraeum Soemum super easdẽ
A mittens fidos sibi amicos quod sub specie honoris custodire mulieres reliquit. Quibus etiam man-
dauerat vt si quid de ipso periculosum audirent ambas interficerent. regnum vero filijs suis cum fra
tre ferore custodirent. ¶ Cum hec mandasset ipse Rhodo ad cesarem properabat. Cumq; i ciuitate
delatus esset deposuit quidem diadema: aliud vero de dignitate sua nichil diminuit. Vt vero cõmu-
nem cum cesare sermonem inseruit cum multo potius suam magnitudinẽ: sueq; maiestatis honorem
seruauit. dum nec ad preces neq; ad petitiones conuertebatur tanq̃ de peccatis suis satisfaciens. & ra
tione actuum suorum confidens sine dubitatione cesari dicebat amicitias sibi maximas cum antho
nio fuisse: omniaq; pro virtute sua egisse. quatenus ille rerum potentiam sortiretur militie tamen eius
nullatenus communicasse. eo q̃ occupatus arabas expugnaret transmisisse vero & pecunias & fru-
menta: minora tamen dignitate sua. Nam qui fatetur amicum vel benefactorem habere aliquem de
bet viribus anime & corporis aut substantie participem facere etiam ad periculũ. Quod ego inquit
minusq̃ oportebat effeci. Illud vero integre scio: quia quamuis victũ in accaica pugna nõ reliqui neq;
manifeste transiui cum & ipsa transiret fortuna: sed seruaui ei fidem quamq; non oportunus auxilia
tor tamen consiliarius fidelissimus existens. Nam anthonio causa salutis & rerum potestas qualiter
prodesset ostendi: dum cleopatram hortaret occididi. Quod si perempta fuisset illa. nullatenus a re-
rum principatu concidisset immo magis facilius & tuas indignationes mitigasset. F. quibus nichil il-
le agendo. sed sibi quidem incõmode. tibi vero vtiliter profuturã preponendo clementiã periit. Nũc
ergo siquidẽ pro anthonij ira: nostrã fidẽ fuisse iudicas. non sum denegaturus: quia parui neq; meũ
erga illũ fauorẽ euidenter predicans recusabo. Si vero persona ablata quis sim circa benefactorẽ. vel
qualis amicus requiras poteris a factis me cognoscere. Nã licet nomen ablatũ fuerit nichilominus a-
micitiarũ firmamẽtũ in nobis poterit approbari.

Herodes depo
to diademate ce
tera regię digni
tatis insignia reti
nẽs cesari cauti
sie de aicicijs cũ
anthonio verba
facit.

Cõditõ boni a
mici.

Maxia herodis
astutia in procurã
da cesaris amici
tia.

B ¶ Cum hec dixisset & in omnibus sui animi libertatem ostendisset non medocriter cesaris liberali-
tatẽ vel indulgentiam meruit intantum: vt criminum causas pro fauore eius vindicari deposceret: &
tunc diadema sibi rursus reposuit cesare inuitante dum nichil secus circa eum quam prius erga an-
thonium appareret. Tunc cesar omnem ei honorem addidit ceterisq; regibus scribens cum omni ala
critate herodem sibi occurrisse. ¶ Postq̃ vero hanc satisfactionem preter spem susceptam cognouit
videnisq; sicut prius firmiorem principatum a cesare datum decretumq; romanorum sibi pro stabili-
tate sua mercatum. secutus est cesarem ad egyptum ambulantem. ¶ Cumq; super vires suas eivel a-
micis dona obtulisset. libertatem magnanimitatemq; suam ostendens. petebat ne alexander amicus
anthonij aduersi aliquid pateretur. sed hoc non impetrauit. quia iam iureiurãdo cesar preoccupatus
fuerat. ¶ Redijt autem iterum ad iudeam cum ampliori honore. & sperantibus contraria stuporem
cum metu concussit. q̃ clarior a periculis dei prouidẽtia remeasset. ¶ Confestim ergo susceptionem
cesari per syriam in egyptum eunti parabat. Itaq; cũ suscepisset eum cum omni regio apparatu ptho-
lomaidę. & prębuisset exercitui sumptus affluenter omnino inter fidelissimos reputatus.

Cesar (cognita
herodis ai liber
tate) ei maximã
fecit indulgẽtiã
& tũc rursus dia
dẽa iposuit. &c.

Herodes p ale-
xãdro anthonij
amicos supplicãs
nichil ipetrauit.
&c.

¶ Dumq; expeditionem cesar deputaret in centum quinquaginta domibus ornatis eum cum ami-
cis suscepit. Prębuit autem transeuntibus per loca arida necessariam humanitatem. ita vt nec vinum
nec aqua que potius militibus acceptabilis erat alicui deficeret. Ipsi etiam cesari octingenta talenta
C donauit. omnibusq; demonstrauit q̃ plus clarior in regno suo remunerando eum apparuisset: vt ma
gis fidem eius & alacritatem cesar probaret. ¶ Cui & redeunti rursus ex egypto herodes nõ minus
priore largitatem exhibuit ¶ Tunc quoq; cum in regnum suum redijsset turbatam omnem domum
inuenit. ac grauiter ferentem vxorem suam & matrem eius alexandram dum putarent non pro cor-
porum tutela. in illo oppido se positas sed tãq̃ in carcere: cum nichil ille de suo neq; de alieno in pote
state haberent. Mariãnes quidem amorem regis & dissimulationem & deiectionem putabat. Auge
batur autem q̃ si quid ille periculosum pateretur. nec spem vitę posset habere mãdataq; iosippo da-
ta recordabatur. Quapropter custodes cum nimia diligentia mitigabat magis vero soemum dum illi
putaret omnem potestatem creditam. ¶ Soemus autem initio fidelis nichil penitus de mãdatis he-
rodis patefecit. sed cum sermonibus & donationibus mulierum flexus paulatim deuictus esset in vl-
timo cuncta regis mãdata dilucidauit dum tamen nõ omnino speraret eum cum eadem potestate re
uersurum. Sed potius periculũ fugeret. si rediret insignior. Ideoq; non parua mulieribus putabat pre
stare vtiq; ampliorem beneficiorum retributionem se accepturum credens si regnarẽt. Q d si prospe
re cuncta gerens herodes reuerteretur nequaq̃ contra voluntatem vxoris cum posse facere sciret dũ
agnosceret omni ratione regis amorem erga Mariannem ampliorem existere. Itaq; cum huiusmodi
pes illum fefellisset secreta omnia indicauit. Mariannes grauiter valde audiens nec finem si-
bi de periculis Herodis inuenire putans (cui & infesta fuerat) nullatenus eum equitatem impetrare

Afflictio alexan
dre & mariãne
custodię tradita
rum.

Soemus sermo-
nibus & donati
onibus mulierũ
flexus omnia re
gis secreta eis i-
dicauit.

orabat: & licet difficilem vitam suam post mortem illius putaret nichil tamen de sui animi passionibus celauit. Nam cum ille maximas res prꝛter spem impetrasset nauigauit. & primum vxori suę de D
his bona nunciauit solamq; prꝛponens omnibus propter amorem & consuetudinem quam cum ea habuisset salutauit. Cui dum fœlicitatem suam referret nullatenus gaudentem. sed potius grauiter se rentem intellexerit: non hęc cęsare dolorem poterat sed pro decore nobilitatis suę ad oscula gemebat Narrationibus vero eius nequaq̃ lętabatur. sed potius se contristari demonstrabat. Vt vero non suspecta tantum sed etiam manifesta facta turbarent. contristabatur animaduertens in rationem circa se vxoris odium non celatum: idcirco duriter tolerabat. dumq; amorem ferre non potuisset nec in ira nec in amore permanebat / semper ab altero in alterum transiens in vtroq; inconstans erat. Sic sibi interodium vel amorem destitutus sepius parauit vindicare in illa superbiam sed timens ne preoccupata suam animã cupidine debilitaret nullatenus eam occidere pertulit dum vereretur ne perẽpta illa maiorem pœnã pro amore illius interitus. sustineret. ¶ Intelligentes ergo eum ita de marianne habentem soror eius & mater optimum putauerunt tempus pro illius odio recepisse. Et loquebantur non pauca: herodem incitantes ad odium. Qui nec intuauiter hęc verba attendebat: neq; facere quedam in vxorem tanq̃ credulus prꝛsumebat. Peius ergo dolorum passione succendebatur. dum neq; illa odium celaret. neq; iste amorem: confestimq; aliquid nefandissimum actum fuisset nisi cęsar nunciatus esset contrarios vicisse: & interemptis anthonio & cleopatra cunctam ęgyptum possedisse. Quapropter festinans ad cęsarem reliquit domum ita dispositam. Qui proficiscenti mariãnem soemo commendans multas habere gratias ei pro diligentia confitebatur. Et partẽ magistratus ei a E
rege ꝓmeruit: & ille quidem honorem obtinuit.

¶ Herodem maximo honore cęsar recipiẽs quadraginta satellites gallos cleopatre dedit ei regnumq; suum ampliauit. Qui cũ cęsarẽ vsq; ad anthiochiam fuisset comitatus reuertitur in iudeã & mariannem quam maxime diligebat vocãs hec cuius maxima erat pudicicia spreto eius concubitu matris & patris improperabat interitum. Quę salome inuentrice ꝙ regi prꝛparasset veneno interitum accusatur eunucho eam excusante. Soemumvero herodes propter suspitionẽ interimi iussit: & in mariannem familiarium ꝓcurat accusationem. Que procurãtes salome & alexãdra mie multa in eã inhonesta simulante interficitur mulier certe generosissima & continentissima sed non modesta.

¶ Capitulum nonum.

Herodes vero cum in ęgyptum peruenisset cęsari cum ampliori fiducia sermonem inseruit tanq̃ iam amicus. Siquidem de satellitibus gallis cleopatrę quadringentos donauit: & terram ei rursus reddidit quam per illam perdidit. Addidit etiam regno eius gadra vel ypon & samariam & maritimam gazam vel antidonem vel Ioppen & stratonis turrim. ¶ Cumq; hęc acquisisset & cęsarem comitatus vsq; ad anthiochiam esset: reuertitur: & quantum res suas extrinsecus fœliciter tractabat: tantum de domesticis affligebatur: prꝛsertim circa coniugem de qua potius fœlicitatem quandam videbatur habuisse. Nam amorem non minorem illis pertulit quos in hystoriis cognouimus cupidine retentos. Sed hic merito mariãnem dilexit quę cum in alijs casta vel fidelis esset muliebre vel modestum quiddam naturaliter non habebat. Nam dominabatur marito seruituti libidini & sepius contumelioſę eum aggressa est. Quod dissimulans ille portabat blandiebatur: licet matris eius vel sororis ignobilitatem illa derideret & detraheret. ¶ Illa vero tempore maioribus accusationibus a suspitione nutritis. anni spacium completur ex quo herodes a cęsare reuersus erat. Et cum iam dudum culpa volueretur. Tunc eripit alia occasione data. Meridie namq; dum voluisset requiescere accessit mariannem amore quem in ea semper habebat astrictus. Quę cum intrasset nõ F
cum eo concubuit: sed festinanter eum depulit & improperauit sui patris vel matris interitum. Qui eum grauiter contumeliam contulisset. & paratus ad facinus esset sentiens soror regis salome paratũ olim pincernam regium intromittit prꝛcipiens dicere qualiter suaderet ei mariannẽ amatorium confecisse regi. Et siquidem ille turbaretur & interrogaret quale hoc fuisset resꝓnderet venenum illã tenuisse petentemq; seipsum ministrare. Si vero nullatenus de amatorio rex commoueretur dimitteret vacuum dum nequaq̃ hoc ei periculum fieret. Hęc dicens eo illo tempore locuturum intromittit. Qui tanq̃ verisimilia dicturus cum studia ingreditur: asserens mariãnem sibi prꝛmia prꝛstitisse dum flecteretur amatoriũ regi porrigere. Cumq; ad hoc rex commotus fuisset: venenum inquit erat quod illa monebat dari cuius virtutem ipse se nescisse fatebatur. ideoq; nunciasse quatenus ipse requireret Itaq; cum talia verba audisset herodes: & dudum iam furibundus. tunc potius excitatur: & eunuchũ. qui mariannę fidelissimus erat de veneno torquebat cognoscens ꝙ sine illo tale aliquid non fecisset Qui cum necessitatibus interesset nichil quidem tortus de veneno dixit. Vxoris autem odium quod in eum haberet propter sermones quos soemus explanasset: manifestauit ei. Cũq; hęc dixisset magis

Mariãne herode q̃ sibi accidẽrãt & honorẽ a cęsare receptũ narrante inter oscula gemebat. &c.

Herodes inter amorẽ & odiũ.

Mater & soror herodis eũ i mariãnẽ cõcitãt.

Herodes ad cęsarẽ vadit.

Herodẽ maxio honore recepit cęsar cuiquadragita satellites galos cleopatre dedit & regnum ãpliauit.

Maximus amor herodis ad Mariãnẽ coniugẽ.

Pudicicia mariãne.

Mariãne ab herode vocata sprẽto eius cõcubitu matris & prĩs iproperat iteritũ &c.

Accusatur Mariãnę inuẽtrice salome herodis sorore ꝙ ipi venenũ ꝓparasset.

Eunuchus Mariãnẽ excusat.

rex clamauit dicens. Soemum fidelissimum prioribus tẽporibus nullatenus hęc prodidisse mandata
A nisi quid amplius inter eum mariannem prouenisset. Et soemum quidem protinus interimi pręcepit
Vxori vero iudicium colligens familiarium accusationem parauit: studioseq; executus est: de relatio
nibus amatorij vel veneni. Erat tamen sermone incontinens, iracundus. Quẽ postea ita sentientes
qui pręsentes erant: mortiferam in eam sententiam protulerunt. ¶ Dum hęc sententia pronunciare
tur. subuenit quidem ei vel aliquibus presentibus ne ita temerarie illã interficerẽt sed deponerẽt eam
in aliqua regali custodia. Tunc salome cum suis festinauit e medio mulierem abducere que potius re
gem impulit. caue inquiens seditionem multitudinis si illa vixerit. marianne quidem ita trahebatur
ad necem. ¶ Considerãs autem alexandra tempus & q̃ paruam spem haberet eadem passura ab he
rode contra priorem suam fiduciam nimis valde commutabatur. Nam volens ostendere se ignoras
se causam: exiens contra filiam multa mala vociferata est: Et omnibus audiẽtibus clamabat: malam
circa maritum & ingratam extitisse quapropter iuste pati q̃ audacter ei restitisset & nec retribuisset
beneficiorum tantorum remunerationem inter hęc talia inhonesta ea simulante & audẽte etiam ca
pillos suos euellere: multa quidẽ in ea ab alijs vituperatio deformis dissimulationis apparuit. Quod
potius a pereunte comprobatum est cũ nec verbũ initio dedisset: nec ad vllius improperationes tur
bata respexisset: sed equaliter cum animi grauitate peccatũ matris euidẽter ferre demonstrabat. Ipsa
quidem non timido gressu neq; mutato corporis colore ad mortem ducebatur generositatem suam
nequaq̃ in extremitate demutans. Et illa sic quidem interijt femina que ad continentiã & magnitu
dinem animi optima erat: modestia vero ei defuit. Pulchritudine namq; corporis & effabilitatis di
gnitate magis q̃ quis estimare posset omnes mulieres anteibat. Occasio tamen maior exinde proue
nit cum nec gratia regis vellet viuere. Nam dum semper potiretur illius amore & nihil difficile ab il
lo speraret. fiduciam immoderatam habuit. Contristabant autem eam quę erga suos euenerant: hęc
B omnia ei quemadmodum passa ipsa fuisset dicendo ad vltimum sibi inimicas parauit matrẽ vel so
rorem regis: & illum simul in quo tantum confidens nichil quod molestum sibi oriretur sperabat.

¶ Herodes (mortua Marianne (in eius amorem magis accensus nomen eius sepius inuoca
bat. Et tunc pestis super populum superuenit quam omnes pro peccato erga Mariannem commisso
per dei iram suspicati sunt. Herode quoq; in sebaste ciuitate infirmante & de eius sanitate desperã
tibus Alexandra ab herode custodias ciuitatis procurauit auertere. Quem ipse quodã eã accusante
pręcepit interfici. Herodes inq̃ in omnibus causis fastidiosus ad pœnam paratior idcirco amicos ne
cessarios interemit Custobarum: Lisimachum & Antipatrum. Custobarus enim idumeus (quem so
rori maritum dedit priori Iosippo scilicet occiso) ab vxore auctoritate propria repudiatus & aduer
sus herodem de seditione pro filijs babę (in quos ipse herodes inimicitias habebat) accusatus hunc
& omnes de genere hyrcani herodes occidi precepit. Cap. X.

C Herodes mortua mariãne in eius amorẽ magis exarsit &c. Pestis sup pp̃lm quã oẽs suspicabãtur p dei iram p pcto̗ erga mariãnẽ cõmisso. Herodes i sebaste citate difficilie ifirmatur de salute desperãtibus medicis. Custodes alexãdra ꝓcurauit auertere ab hero de.

Dolebatq̃ vero interijt regis desiderium potius exarsit. vt sepius nomẽ illius inuocaret. Mo
batur autẽ omnia facere quę potuissent solatiũ afferre cõuiuia colloquia quę nichil ei
profuerũt gubernationes etiã regales recusabat & tãtũ doloribus tenebatur: vt aliquan
do mariãnẽ vocare ministris tanq̃ viuentẽ valẽtemq; pręciperet. ¶ Cũ sic haberetur su
peruenit egritudo pestifera quę plures populi vel amicorũ eius honestissimos extinxit
& omnibus suspicari prębuit per irã dei hęc contigisse. Pro iniquitate erga mariannem confectam.
Ideoq; ad peiora rex peruenit: vt in vltimo solitudines eligeret sub occasione venationis his confe
ctus cogitationibus non potuit multos dies protrahere sed incidit in difficillimam valitudinẽ. Nam
inflãmatione vel astrictione gutturis mentisq; mutatione tenebatur: & quę potuissent curam exhibe
re nichil, penitus profuerunt sed contraria inueniebantur. Vnde postea desperatione facta medici
dum nequaq̃ medicaminibus allatis egritudo decresceret & rex nichil potuisset accipere omnia, quę
ille vellet iusserunt ei preberi. desperationem salutis casui deuouentes. Et ille quidem in samaria se
baste nominata inualidus iacebat. Alexandra vero in hierosolimis habitans cum audisset in qui
bus esset herodes: festinauit custodias ciuitatis obtinere quę duę fuerant vna quidem ciuitatis altera
vero templi. Quas si quis sub potestate sua comprehendisset omnem gentem sibi subdebat. nam im
molationes nullatenus sine his fiebant quas non exercere impossibile iudeis videbatur parati vtiq;
ante magis vitam amittere. q̃ religionis dei solitum sacrificium non implere. Igitur custodibus earũ
alexandra sermonem obtulit q̃. oportuisset ipsi vel filijs herodis eas tradere ne quis eas aliter preoc
cuparet illo defuncto rerumq; potestatem teneret dicens quia si a morbo quo detinetur euaserit tuti
us eas poterit custodire. Cumq; hęc verba fecisset non patienter tulerunt. sed qui fideles prioribus tẽ
poribus extiterunt. tunc magis & propter odium Alexandre putantes non se optime herode viuen
te desperare. Quorum vnus consobrinus regis nomine amabech confestim nunciauit regi alexãdre

Herodes in oi bus cauſis faſti dioſus & ad pœ nã peccãtiũ pa ratior & amicos neceſſarios inte remit.

Cuſtobarus idu meus eleuatus cõtra regem he rodem &c.

Repudio quõ iudeis licebat vti.

Salõe auctorita te ꝓpria cõnu biũ ſeparauit & maritũ cuſtoba rum herodi ſedi tioſũ accuſat.

Inimicitiarũ he rodis cum filijs babę cauſa.

Cuſtobarus fili os babę abſcon dens ſeruauit a morte.

Herodes ſorore incitante oẽs de gñe hyrcani pręcepit occidi.

ſententiã qui nichil remoratus: interfici eam ꝓcepit. Ipſe vero vix & multo labore cum egritudinem euitaſſet animo vel corpore debilitatus ſimul & faſtidioſus in omnibus cauſis factus ad pœnam pec D
cãtiũ paratior erat. Idcirco & amicos ſibi neceſſarios iteremit Cuſtobarum alias cuſtodibarũ vel Liſi machum vel antipatrũ Gadiam vocatum necnon & Doſitheum ex hac occaſione Cuſtobarus gene re quidẽ idumeus erat inter primos dignitate. qui a proauis ſacerdotes videbantur Gozę. quem de um idumei arbitrabãtur. Hyrcano vero rempublicam eorum ſub iudaicas leges redigẽte. cum hero des regno ſucceſſit iudicem cuſtobarum idumeę vel gazę declarauit. & dat ei ſororem ſalome ioſip pum priorem eius maritum occidẽs ſicut demonſtrauimus. Cum hęc cuſtobarus pręter ſpem liben ter impetraſſet. eleuatus fœlicitatem paulatim excedebat putans nõ eſſe bonum ſe iudicem herodis pręcepta perficere. neq; idumeos ſub lege iudaica exiſtere. Quapropter deſtinauit ad cleopatrã di cens idumeas ſemper illius maiorum fuiſſe ac propter hoc iuſtum eſſe vt peteret prouinciam ab an thonio. Nam ſe paratum confirmabat: tranſferre fauorem ſuum ad illam. Agebat tamen hęc non ꝙ potius cleopatram dominari deſideraret: ſed eſtimabat ſi pluribus viribus herodes priuaret facilius iam poſſet ſibi gẽtis idumeorum principatum vendicare occaſione generis & pecuniarum quas pe petuo per illicita lucra acquiſierat: & cleopatra quidem petens anthonium prouinciã minime obti nuit. Nunciãtur autem verba herodi Qui paratus cuſtobarum interficere: matris petitionibus vel ſo roris veniam ei donauit ſed non in ſuſpectum eum in poſterum pro prioribus dereliquit. ¶ Tempo re vero interfecto cum cõtigiſſet ſalomem a cuſtobaro diſcordare mittit ei ſtatim repudium/ concu binũ rennuens: non ſcdm leges iudeorum. Nam marito quidem licet apud nos hoc facere vxori ve B
ro nullatenus ſeparari. & ducere alium niſi prius a marito priore dimittatur. Salome tamen non ge nerali lege. ſed poteſtatis ſanctione cõnubium ſeparauit & ad fratrem herodem dicebat pro fide il lius maritũ ſe reliquiſſe: cũ cognoſceret eum cũ antipatro & lyſimacho vel doſitheo nouis rebus ſtu dentem. Fidem vero ſermoni de Babę liberis imponebat: ꝙ ſeruarẽtur apud eum duodecim annis. Quę multum ſtuporem regi pręter ſpem verba fecerũt. Nam babę liberos deſtinauit olim perſequi ꝙ inimici ſui fuiſſent tunc vero pro temporis longitudine de memoria eius exciderunt. Quorũ ini micitię & odium hinc ortum eſt. Cum antigonus regnum haberet & herodes ciuitatem hieroſolimo rum obſideret. neceſſitate vel malis (quanta obſeſſis aſſiſtunt) plures inuocabãt herodem & ad illum clamabant. Babę autem filij dignitatibus pręcellentes & apud populum validi permanebãt cũ an tigono: & herodem accuſabant & ſeruandum regio generi principatum ſuadebant. Ciuitate vero ca pta cum herodes rem publicam tenuiſſet cuſtobarus exitus ciuitatis obſtructus ordinatur: quatenus non recederem ab ea qui ciuium rei aut regi cõtrarij extitiſſent. ſciens in opinione vel in honore po puli Babę liberos eſſe: & putans magnam partem ſibi eos fore in rerum mutatione. Qui illorum ſalu ti ſtudens abſcondit in propriis pręſidijs. Et tunc quidem iureiurando flexit. nichil de illis ſciſſe ſe: Quare liberatus a ſuſpitione: rurſuſq; edicto a rege propoſito: & omnem modum excogitãte vt eos inueniret non eſt confeſſus. ſed cum primum negaſſet: non ſine pœna ſua putauit poſtea viros oſten dere: & non fide iam tantũ ſed & neceſſitate eos celare feſtinabat. ¶ De his cum nunciatũ a ſorore fuiſſet. rex deſtinans ad loca vbi commorabanꝫ ſimul cum alijs accuſatis illos occidit vt iam nichil eſ ſet reſidui de genere hyrcani ſed regnũ ſuo poſſideret arbitrio. nemine in dignitatibus exiſtente qui iniquitatibus eius reſiſteret.

¶ Hic machabeorum in ſacerdotij principatu terminatur ſucceſſio.

Herodes legem veterẽ pegrinis adinuẽtionibus corrũpens quin quennale certa mẽ ceſari thea trũ in hieꝛlm & amphitheatrũ i cãpo cõdidit cõ tra iudeorũ mo res.

¶ Herodes veterem legem peregrinis adinuẽtionibus corrumpens quinquẽnale certamen ce F
ſari conſtituit Theatrum in hieruſalem & emphitheatrũ in campo cõtra iudeorum mores condidit. & ferarum multitudinem congregauit in euidentiſſimam morum diſſolutionem cõtra quem decem magnanimi viri iudei coniurauerunt ſed accuſati conſtantes perimuntur ſed accuſatorẽ quidem iu deorum rapientes membratim dilacerauerunt canibus cadauer apponẽtes. Herodes autem contra populi audaciam non remiſſior ſed audacior ſeſe vndiq; ſtatuit munire & ſamariam quam (mutato nomine Sebaſtiã appellauit/ muris circũdedit. Et in loco ſtrationis turris ceſaream ciuitatem cõſtru xit/ & Gabã/ Sebaſtem quoq; ad cęſaris honorem Cęſaream appellauit. Capitulum.xj.

IDcirco potius a patriſs moribus excedebat. & geregrinis inuentionibus veterem ſtatum corrumpebat. qui nullatenus maculari debuiſſet. ¶ Vnde non minora nobis in poſterum mala prouenerunt. diuerſis recedentibus maiorum impietate corruptis. Et primum qui dem certamen quinquennale Cęſari conſtituit. & theatrum in hieroſolymis condidit. & rurſum am phitheatrũ in campo maximo vtraq; proſpicua. moribus vero iudaicis aliena ſiquidem vſus aut ap paritio talium nequaq; tradita fuerant. ¶ Celebrationem quidem illam clariſſimã per quinquẽnium

construebat:nuncians finitimis:& vocans ab omni gente athletas & omnia certamina de tota terra
A inuitabat vt spe propositorum premiorum & victorię gloria conuenirent.Igitur collecti sunt capitales artifices.Nam non tantum illi qui exercitationibus corporis prealerent: sed & musica precellentes quos tymelitos vocant:proponens maxima victorię premia. omnes nobilissimos ad conflictionem conuenire vocitabat. Constituit quoq; quadrigis & vnius equi cursui non parua dona:& omnia quę munificentia vel decore apud singulos prefulgebant volens habere clariora:spectaculum liberalitate constitui. ¶ Theatrum vero circa cęsaris ymagines habebat: & trophea gentium quas bellando ille deuicerat auro scilicet & argento puro cunctis instructis:& neq; de veste neq; de vasis aut lapidibus prećiosissimum aliquid defuerat quod non certantibus offerebat. ¶ Apparatus etiam ferarum fuit. Nam leonibus multis congregatis:& alijs quę eminerent ferocitate & raro inueniuntur: quorum inter se altercationes & pugnę contra omnes excogitabantur:peregrinis quidem admiratio sumptuum & delectatio spectaculi videbatur.Prouincialibus autem euidentissima solutio morum qui apud nos coluntur. ¶ Impium enim est feris homines pro hominum spectaculo subdere.iniquum etiam solita peregrinis permutare.Super omnia vero contristabāt eos trophea dum putarent ymagines esse armis obsitas.quia non patrium illis fuerat talia colere quod nec herodem latebat.Q uiviolentiam quidem eis inferre oportunum non putauit. Loquebatur autem & consolabatur vt superstitionem eorum auferret.sed nullatenus persuadebat dum grauiter illi tulissent ea quę videbantur soluta lege cōmitti.Illi vero vnanimiter clamabant dicentes.Licet omnia existimemus tollerabilia:tamē hominum ymagines vel trophea non esse patrium in ciuitate admitti profitemur. ¶ Herodes autem turbatus & intelligens non facile eos resistentes deuinci sine solatio accersit quosdam primos eorum ad theatrū & ostendens trophea:consuluit quid illis hęc viderentur. Qui cum clamassent hominum ymagines precipiens auferri ornamentum impositum ostendit ligna nuda.Quę statim spoliata.risum plurimū spectantibus incusserunt.Tali modo multitudinis impetum mitigauit herodes: vt iam plurimi muta ti non offenderentur. ¶ Quidam vero permanebant in difficultatibus suis q; solita minime contuebantur & putabant initium patrijs legibus destruendis. Vnde optimum existimauerunt magis periculą q̄ mutatam rempublicam negligi dum herodem violenter prospicerent introducere quę non solita fuissent.verbo quidem regem:operibus autem hostem omnium demonstratum herodem. ¶ Vn
autem affectui eius gratias excoluebat ille pariter eum amplectebatur.& ita tunc discesserūt ¶Rex autem domū reuerti volens nauigauit:& ad cęsaream deductus nō multis diebus prospero flatu vē torum ad hierosolimā peruenit. ¶Vbi consilium totius populi congregans cum multi ex prouincia venissent contione habita rationē totius suę profectionis explanauit.& quę iudeis in asya per eū pro uenissent vt sine violentia in posterum possent degere. Narrauit etiam quid ve fœlicitas vel guber natio sui principatus eis profuisset necnon ad quartam partem fiscaliū prēteriti anni concessit.Qua illi oratione vel gratia letati:cum summa exultatione bona regi orātes recesserunt. ¶Procedebat au tem seditio domestica:& acerbiorē accipiebat prouectum cum tanꝙ hereditarium odium circa ado lescētes suscepisset salome.& sumpsisset de matris eorum morte audaciam dum vellet neminem illius relinquere qui posset mortem eius vindicare.Cumq; adolescentes a genitore discordarent memoria matris quę falsis accusationibus fuerat interempta & imperij cupiditate rursus simile malum prio ribus ortum est.dum derogationes ab illis circa salome & feroram fierent insidię vero ab his circa adolescentes.Nam odium par alterutris fuerat/modus autem odij non similis:dum illi quidem ma nifeste detraherent inhonestum putantes iram celare:illi vero non tali modo.sed callide & maliuole accusationibus vterentur.seducētes semper adolescētes:quorum audaciam putabant ad necē posse fieri genitoris.Qui nullatenus pro matris flagitio confundebantur:nec eam credebant iuste perisse. immo magis festinabant in auctorem homicidij vindicare. Deinde cuncta ciuitas istis sermonibus completa mirabatur innocętiā adolescentiū.Diligentia vero salome crescebat & ab illis occasiōes ac cipiebat:dum sic contristarentur propter indignum matris interitum.Dicebant enim miserę:quidē contigisse matris obitum:se vero miseriores.q compellerentur cum interfectoribus matris cohabi tare.Hęc autē ad peiora absentia regis procedebant. ¶Cum ergo herodes redisset & populo interlo cutus esset sicut prędiximus statim sermones ad eum per feroram & salomen proferebantur magnū ei ab adolescentibus periculum imminere:quod minime sustinerent inultum matris interitum. Ad debant etiam quod archelai capodocis spe niterentur tanꝙ per illum ad cęsarem profecturi:& patrē herodem accusaturi.Per quę confestim herodes conterritus obstupuit:quod & alij hęc eadem nun ciassent Recordabatur autem priscas calamitates quod nec vxore priuatus seditionibus domus eius liberata fuisset.quę priorum peiora & grauiora pateretur.Quapropter contristabatur ꝙ oia ꝓpręter spem fœliciter ei forinsecus deus prestitisset:& domesticis calamitatibus vinceretur. ¶Turbatus ergo & huiusmodi calamitatibus afflictus:in deiectionem adolescentium antipatrum filium suū ante prin cipatum sibi genitum de priuata vxore illis pręponens omnia in eum transtulit dum putaret sic con terere fiduciam filiorum marianne & temeritatem eorū damnare.dum illi crederent alium pręter se patri succedere:deposito quidē ātipatri profectione supercilio.posset eos ad meliora cōuertere.Quod non sicut putauit euenit.Nam pueris omnino sua deiectio grauis apparuit. Qua antipater fiducia potius quam prius non habuit festinauit pueros affligere eorumq; accusatoribus consentire.Quibus facile pater credebat:alienatus a filiorum amore.Sodalibus ergo ministris vsus ne ipse in suspitionē veniret:patris animum in fratres accendebat.Nam multos iam acquisierat suę voluntatis ministros propter spem quam de regno iam habuit:fide vero patris putabatur hęc facere.Vnde plus tristitię a dolescentibus occasiones crescebant.Nam sepius ab eis lacrimę pro contemptu suo & matris recor da ione fundębantur:patremq; manifeste apud amicos tanꝙ iniustum accusabāt quę maliuoli ꝓ an tipatrum herodi renunciantes.non paruam in aula seditionem cōmouebāt.Quare exacerbatus rex accusationibus & humiliare nimis marianne filios volens maiora honorem antipatri excogitabat. adeo vt & matrem eius dudum contemptam reduceret & cęsare pro ea sepius scriberet. ¶Agrippa vero post dispensationem decēnalem asyę romam ascendente rex ab iudea nauigans ad eū solum antipatrum secū duxit.Cui eum cū multis donis cōmēdauit quatenus rome cęsari amicum faceret vt iam omnes crederent contemptis adolescentibus in illum regnum patris trāsferri.Ipse quoq; scri bens romę multis amicis antipatrum cōmendabat.Qui cōtristabatur ꝙ absens fratres suos solito accusare minime prętualeret.Timebat etiam ne mutatus pater modestius filios mariāne diligeret.Cū q; hęc cogitasset sua maligna volūtate vsus exinde incitare patrem sperabat.Vnde contra fratres fre quenter scribens vereri patris interitum simulabat;vsq;quo herodem ad tantum ire vel furoris produ xisset vt iam apperte contra filios niteretur.At ille ne tantum facinus perpetraret melius putauit ro mam nauigare & filios apud cęsarem accusare.nichilq; sibi tale permittere:quod propter magnitu dinem impietatis periculosum existeret.

Herodes idei ct onē adolescē tū antipatrē āte regnū genitū de priuata vxore p ponit eis in re gno.

Tristitia adole scētū multiplica ta patrem apud amicos iniustū accusabant

Herodes antipa trē honorās eius matrē reuocat& ꝓ eo cesari scri bit & secū cōdu xit ad agrippā.

¶Herodes romam proficiscens filios secum adducens eos Cęsari accusat quia patrem voluis sent perimere.Qui difficilem patris accusationibus estimantes fatisfactionem tenerime lacrimaban tur.Vnde facti miseratione digni patrem compouerunt ad misericordiam & alexander patris accu,

fidonibus prudentissime satisfaciens respondet. Et cesar audita responsione placatus est & herodes
A mitigatus. Cesar vero adolescētes ideo peccasse pronūciauit quia patri crimiatiōis didissent occasio
nē & ipis se ad prīs pedes ꝓicere ꝓsuasit quos pater lacrimabiliter est āplexus qua recōsiliatiōe fa
cta antipater simulat leticiā. Cesar autē iterū potestatē cōcessit quē filiorū vellet succesſorē relinque
re quo facto herodes p elensam que aliquando sebastem dicta est vbi inuento Archelao capadocū
rege de concordia gaudente redijt in iudeam. Capitulum quartum.

Herodes romā ꝓfectus filios se cū adducēs eos cesari accusat q patrē suū voluis sent perimere.

CVm vero romam peruenisset & ad aquileiam ciuitatem perrexisset cesarem compellere festinans tempore apto de maximis calamitatibus suis intimauit. filiosq; suos presentans insolentiā eorum & audaciam accusauit q festinassent patrem suum perimere. regnūq; tyrannico more inuadere. dum ipse licentiam haberet non necessitate sed recto iudicio tradere regnū permanenti filio circa paternam pietatem cum a cesare percepisset vt quē vellet filio rū sibi succesſorem relinquere. cū illi nō solum regno sed & vita mererentur priuari qui tale facinus in patrem moliti sunt: quorum temeritatem diu portans nunc cogeretur cesaris aures talibus verbis polluere. cum nichil passi sint molestum aut graue a patre. Cur ergo iniustū eis videretur: si principa tum quod multis laboribus vel periculis suis acquisiuit concederet & preberet ei quem meritum e stimaret. Nam hoc inquit precium alias premium cū aliis iusticie donis exstitit. si meritis quisq; gratiam precedentem recompēsauerīt ei qui talē' diligentiā habuerit vt retributione tāta dignus exi stat. Impium enim est vel de hoc ipso cogitare dum nō possint ad regnum nisi patre perempto acce der e: quibus hactenus pater honores vel delitias āministrauit: cōiugesq; nobilissimas genere copu lauit: aristobolo quidem filiam sue sororis: alexādro vero archelai regis capadocum. Pro quibus cō
B missis dum talia fecissent potestatem habens non in eos se vindicasse dicebat: sed ad communē be
nefactorem cesarem adduxisset. Et auferens a se totum quantum aut pater lesus. aut rex insidiatus potuisset agere. pariter eos in iudicio secum fecisset astare: & reliquum esse aut eos occidi ne cū timo re maximo ipse viueret aut se opprimi. quatenus vtriq; fabula hominum vel opprobrium forent.

Adolescētes pa tre eos accusan te lacrimātur dif ficilem patris ac cusationibus e stimantes satisfactionem.

¶ Cum hec herodes apud cesarem filios suos accusando dixisset. iuuenesq; eo dicente lacrimaren tur & confusi de tali accusatione. licet liberum sermonem & fidelem a conscientia' possedissent tamē patris criminationibus difficilem satisfactionem putabant: dum arbitrarentur honestate vel cum fi ducia patrum redarguere. Erat ergo inopia dicendi. & lacrime cum gemitu: dum timerēt ne putarē tur mala conscientia satisfactionem inuenire. Turbationem autem eorum cesar attendens sicut erāt innoxij: credidit q non conscientia facinorosa: sed imperitia & modestia minime sese ꝑualerent pur gare. Vnde etiam facti miseratione digni cunctis presentibus patrem commouerunt ad veram mise ricordiam: videntesq; propitium eum & cesarem & alios presentes: vnus eorū alexāder accusatiōes dissoluere visus est. ¶ Pater inquit tuo quidem erga nos affectus euidēter manifestus ex ipso iudicio apparuit. Nam si quid in nos crudele cogitasses non nos ad omnium seruatorem alias senatorem ce sarem deduxisses: dum tibi qđ velles liceret vt patrt. Nemo enim quemq̄ interficere volens ad tēpla eū sacrariaq; perducit: vnde vita conquiritur: quę nobis peior morte existeret si tale aliquid in patrē cogitassemus. Squidem sermonem fiducia veritatis tnuenit. beati sumus nos te mitigantes ac falsam

Alexander prs accusationibus respōdet prudē tissime & eis sa tisfacit.

C delationē fugientes. Si vero accusatio prēualuit: solem iam videre nos superfluū iudicamus. Quid ergo dicis regnum desiderare nos: verisimilis contra iuuenes causa videtur: & q de miserę matris in teritu subiungis a priore calamitate argumenta percipiens nobis ingens crimen. Considera tamen quia hec communia cunctis existunt & simuliter in alijs dici possunt dū nichil prohibeat si regis filij sint iuuenes matre eorum defuncta. omnes in suspitione patris esse tanq̄ insidiatores. Sed opinio ad talē crudelitatem non sufficit. Dicat vero quisq̄ si tale aliquid presumptum est a nobis. vñ credibilia hec appareant. Nunquid hoc manifestis indicijs poterit approbari. aut veneni confectio: aut equa lium coniuratio: aut seruorum corruptio: aut litterę contra te destinatę: dum & hec possint licet non fa cta criminationibus confingi domo regia non concordante. Principatum etiā quem tu dicis premiū esse pietatis: sepius conuenit causam fieri malignam regi: culpamq; nostram nullus probabit. Accusa tiones vero quomodo soluat. Qui non vult audire quicquid locuti sumus. Sed non contra te nā hoc iniustum esset: sed in eos qui si quid dictum fuerat minime tacuerunt. Matrem vero quidē nram plā ximus non quia defuncta esset: sed quia derogabatur ei ab indignis volentibus principatum inuade re. Scimus ne patrem possidere quicq̄: & nos non possidemus. Et dum regijs honoribus fruamur fru stra festinamus. Si te occidendo regnum tenere voluerimus. Quibus pro hoc facinore nec terra pe uia nec mare nauigabile videtur. Nunquid subiectorū pietas & gens religiosa concedere habuit p ricidas rempublicam obtinere: aut sanctissimum ta te confectum ingredi templum. Vt vero hec om nia omittam: homicidium multum viuente cesare potest dimitti. Sed neq; filios impios creasti neq

stultos.sed infœlices teq; indignos. Si vero neq; causas habes.neq; insidias iuuenis. quis tibi ad fidē sufficiet in tali crudelitate. An putas de matris interitu coniecturā sumere.quę nos non incitare sed magis mitigare posset. Ampliorem quidem satisfactionis volebamus sermonem inserere.sed nō recipiunt prolixiorem orationem quę minime commissa creduntur. Qua propter ante otium dñm cęsarem prędenti tempore pacisscimur si sine suspitione tua cum veritate circa nos tuum ostendis affectum pariter possumus viuere licet nō fœliciter.quia maxima mala sepius ex falso crimine generantur.pmanēte i te aliquo merore culpę nostre. Nam nobis vita iocūda nō videtur:si tu eam vt immeritis largiaris. ¶ Cum hęc dixisset & cęsar nec prius magnitudinem criminationis crederet.tūc magis placabatur:& frequenter herodem attendens videbatur mitigari. Cumq; prędentiū miseratione rumor in aula diuulgatus esset:regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatio. Nam adolescentium etas:corporis pulcritudo.miserandum eis auxilium conferebat.plus vero quia oratio cōuenienter & sapienter in alexandro verbis occurrerat. ¶ Cęsar autem modicum remoratus adolescētes q dem licet accusatione extranei viderentur.hoc ipsum tamen peccasse eos pronunciauit:q; nō tales se patri prebuissent:vt non darent criminationis occasionem herodem vero petebat vt omnem opinionem abiiciens reconsiliaretur cum filijs dum non esset credibile ab eis scelus hoc potuisse cōmitti. Cum hęc persuasisset:iuuenibus innuit ad vestigia patris sese proiscere: qua supplicatione pater eos lacrimantes & flebiliter est amplexus/Quod cernentes qui aderant.flexi miseratione i lacrimas facile proruperunt. ¶ Illi autem gratias cęsari agētes pariter discesserunt: & vna cum his antipater simulans leticiam pro eorum reconsiliatione celebrata. ¶ Postera die herodes quidem cęsari donauit trecenta talenta ad spectacula & munera populo romano tribuenda. Cęsar autem ei metalli eris cypriį dimidios redditus & dimidiį procurationem prębuit & hospitalibus eū & muneribus honorauit & de regno potestatem concessit.quem vellet filiorum successorem relinquere vel partiri vnicui q; regnū vt ad omnes perueniret.illo tamen viuente hoc agere nō permisit dicēs oportere eū dū viueret & regni & filiorū dominationē possidere. ¶ Hęc dū ordinasset rursus ad iudeā redijt. In cuius absentia nō parua ps regni defecerat trachonitidis.quos relicti iudices iterum sub iperiū redegerūt Herodes vero cū filijs dū nauigaret & peruenisset in eleusa cilitię que postea sebaste dicta est inuenit capadocię regem archelaum expectantem & filiam reconciliatione gaudentem/& q; alexander q; filiā eius habuisset ab accusatione solutus esset:donationesq; inuicem vt reges dederunt vnde cū herodes ad iudeam peruenisset.& ingressus templum fuisset.de suis prosperis actibus allocutus est populū cęsaris in se munificentiā explanās. In finem vero ad persuasionem filiorū sermonē cōuertit vt i aula & in alijs cunctis cōcordarēt quos & post reges futuros demonstrauit primū quidē antipatrum postea vero & filios marianue alexandrum & aristobolum:hortabaturq; eos vt dum ipse viueret sibi in omnibus obedirēt.quia nec per ętatem impediretur nec per senectutem suā rē publicā gubernare. Cū hęc dixisset:cōcione dimissa sub expectatione filiorū eius multi nouis rebus studebant

Cęsar audita Alexandri oratione placatus est & herodes mitigatus.

Cęsar adolescētes ideo peccasse pronunciauit quia pri crimiatiōis dedisset occasionē & illis persuasit ad pedes se ꝓiscere quos pr est lachrimabiliter amplexus.

Antipr recōsiliatiōe facta simulat leticiam.

Cęsar herodi potestatē cōcessit quē filiorū vellet successorē relinquere.

Sebaste aliquando eleusa dicta.

Herodes ad populum & ad filios.&c.

¶ Cęsarea ciuitate decennali tempore edificata eiusq; dedicatione maximo cum apparatu in honorem quinquennalis Cęsaris celebrata cui Cesarium iulia vxore maxima liberalitate direxit apparatum. Et post antipatridam ciuitatē nomine patris herodes edificauit necnon & matris nomine cyprum vbi fratris nomine phaselum turrim appellauit pythium in Rhodo sumptibus suis cōstruxit. Et olympiacum certamen refecit. Hic enim herodes & munificentissimus fuit & circa dom sticos durissimus ferus & pietate alienus & vtriusq; causa fuit. herodes enim qualiter maioribus adulabatur sibi similiter a subditis fieri expetebat. interea afflicti iudei per asiam & libiam ad Cęsarem legationem mittunt qui scribens per prouinciam eos vti suis legibus prędepit rescripti Cęsaris exēplum hic habetur & rescripti agrippe & Gaij norbani.

Capitulum quintum.

Cęsarea ciuitate decēnali tpe edificata eius dedicatio in honorē quinquēnalis cęsaris maximo appatu celebrata est.

ODem tēpore pfecta est cęsarea quā edificauit decēnali tēpore vicesimo octauo regni sui olimpiade cētesima nonagesima secūda. Cuius in dedicatiōe celebratio vel apparatus munificētissimus fuit. Nā prędeperat carmina musica vel palestras conuenire. Prędparauerat etiā feras & gladiatores cursusq; equorū & reliqua mirāda spectacula in honorē quiquēnali cęsari. Cui cū sua vxore iulia p dedicatiōe ciuitatis maxia liberalitate sūmū ei direxerat apparatū quorū sūma quingētis talentis estimata est. Cūq; multitudo ad ciuitatē cōuenisset pro spectaculis & legatiōes quas populi destinauerat bñficijs eius grās agētes pariter occurrisset. cūctos suscepit i diuersorijs & i cōuiuijs & p dies quidecim spectacula vel delitias mistrauit. Vnde insignis eius magnanimitas potuit diuulgari. Quapropter p hibēt cęsarē vl agrippā sepius dixisse q; magnanimitatibus herodis deesset eius imperium & dignū eū esse syrię vl ęgipti regnū possidere. Post huius vrbis dedicationē:i cāpo q capharbasa vocabat. loco aquoso & terra optia arboribus & fluuio circūdata ciuitatē edificauit quā noie patris sui antipa-

Antipatrida ciuitas.

tridam nuncupauit pulchritudine vel amenitate decoratã. ¶ Necnon & in nomine matris locũ iuxta hiericõtẽ edificãs munitione vel domicilijs optimũ cyprũ nominauit. Immo & in noie frís phaseli propter amorem quem in eũ hũerat cõstruxit turrim in ea ciuitate nõ minorẽ pharo alexãdrino pro munitione ciuitatis quã i fratris memoriã phaselũ vocauit. Appellatiõis vero eiusdẽ: & ciuitatem circa hierichontẽ cõdidit. Beneficia vero ipsius quę alijs ciuitatibus per syriã & hellada vel apud quos contigit eum proficisci donauit mirne possumus explanare. ¶ Nobilissima vero vel maxia facta eius in rhodos al's rhodios extiterũt. Siquidem pithium ipse suis sumptibus construxit & prębuit multa talenta ad nauium cofectiones. ¶ In nichopolitana etiã ciuitate quã in accio al's in accioco cęsar edificauerat: multa publica loca condidit. ¶ Antiochenis vero magnam ciuitatem syrie habitãtibus. plateam longã i ciuitate positã exvtraq; parte porticibus ordinauit: & viã lapide polito strauit ad ornatũ & voluptatẽ hitãtium. ¶ Necnon & olipiacum certamen appellatione dignũ propter pecuniarum inopiã melius redditibus deputatis refecit: & immolationibus vel reliquo ornatu celebrationem eius insignem reddidit: pro qua munificentia perpetuus agonizeta nominatus est. ¶ Alijs quidem mira videtur differentia voluntatis naturę eius. Nã si largitiones considerentur. quas omnibus dõauit hominibus: quis potest negare eum munificentissimę naturę fuisse. Si vero tormenta & iiqtates i subiectos vel domesticos eius attendantur. durissimus & ferus omniq; pietate alienus putatur: Vnde inconstantem & sibi contrariam voluntatem eius existimant. ¶ Quod ego mirne puto: dum vnam causam in vtroq; dominãtẽ cõsidero. Nã dũ ad imensã largitionẽ munificẽtia produceretur: si alicubi prębentis glorię spes vel futurę occurrisset sumptibus profusis alacriter eã emere festinasset. Qua propter cõpellabatur ęuus i subiectos existere dũ prębentibus cõsũptis pecunijs al's vellet acquirere. Cumq; cognosceret propter violentias suas se subiectorũ odio teneri: corrigere quidem vitia non facile poterat. Conabatur autem odium suum occasione pecuniarum vlcisci. Familiarium vero q eum verbo non placasset se seruum dicendo. Aut suspicatus fuisset aliquem de principatu cogitare nulla teus se poterat moderari: se persequębatur & cognatos & amicos tanq hostes: & dũ vellet solum se honorari talibus delictis succubuit. ¶ Testimonium autem michi perhibent huiusmodi passionis eũ fuisse in cęsarẽ vel agrippã: vl'i alios amicos: honores exhibiti. Nã qualiter ipse adulabatur maioribus similiter sibi fieri a subditis expetebat. Sed gens iudeorum lege hoc agere prohibetur. & contempta vana gloria. solam expectat iusticiam. Vnde rex eos exosos habebat. q̃p non potuissent eum templis vel imaginibus honorare. Huius rei gratia arbitror herodem in suos quidem seuissimum: extraneos vero munificum paruisse. ¶ Interea iudei per asyam & libiã atrociter affligebantur: dum nõ eisdem legibus sicut ab antiquis regibus vterẽtur: sed violentia paganorum opprimerẽtur. vt pecunias sacras violenter amitterent. Ideoq; ad cęsarẽ legationem pro his destinauerunt. Qui scribens p prouinciam suis eos vti legibus prębepit: quarum exempla subiecimus. Demonstrans enim voluntatem quam ad initio pro nobis romani imperatores habuerunt. ¶ Cęsar augustus pontifex tribunicę potestatis dicit. Quoniam gens iudeorum fidelis non solum prębenti tp̃e. sed etiam priori & magis patri meo dictatori cęsari populoq; romano. & princeps eorum hyrcanus apparuit: placuit michi & senatui: cum sentẽtia populi romani iudeos suis legibus & patrio iure frui permittere & pecunias ab eis ad hierosolimam transmissas reddi custodibus pecuniarum sicut sub hyrcano principe sacerdotũ altissimi dei: & sacraria eorum iuiolata permanere neq; vadimonia sabbato vel die sexto ab hora nona exigi. Si quis autem inuentus fuerit auferens sacrosanctos eorum codices aut pecunias a synagogis: huiusmodi sacrilegio teneatur & substãtia eius publico romę deputetur. Suggestionẽ vero eorũ pro pietate mea quã hẽo super omnes homines per gaiũ marcũ cẽsorinũ michi porrectam. & hoc decretũ prębipio proponi i nobilissimo loco. quẽ omnis asya meo nomine dedicauit. Si qs autem trãsgressus fuerit hanc constitutionem: non mediocrem pœnam exoluet ¶ Scriptum est in cęsaris templo Cęsar norbano flacco salutem. Iudei qui antiqua cõsuetudine solent pecunias sacras ad hierosolimã transmittere sine impedimento hoc faciant. Hęc quidem cęsar. ¶ Agrippa vero scripsit proiudeis hoc modo Agrippa magistratibus. senatui. populoq; ephesiorum salutem. Pecuniarum sacratũ quę in hierosolimorum templum transmittuntur diligentiam in asya iudeos habere prębipio secundum patrium morem. Hos autam qui sacras pecunias iodeorum auferunt. & ad asylum confugiunt iubeo detrahi: iudeisq; reddi quos iure etirm sacrileg detrahunt. ¶ Scripsit vero siliano al's silano magistratum gerenti ne sabato iudei compellantur vadimonia prębere. Marcus agrippa cirenensium magistratibus: senatui & populo salutem. Iudei qui per cyrenem sunt. quibus iam augustus scripsit i lybia fabio magistratum gerenti: alijsq; illius prouincię procuratoribus: quatenus sine impedimento pecunię hierosolimis secundum morem suum trãsmittantur: nunc me interpellauerunt. quia ab aliquibus calumniatoribus affliguntur occasione tributorumq; nequaq̃ debent & prohibentur solemnia sua p-

prisnoie edificata.

Cyprus ciuitas noie mrisvbi nomie frís turri cõstruxit vocãs eã phaselum.

Nobilissia opera herodis.

Pithiũ sũptibus suisi rhodo construxit.

Olipiacũ certamen.

Herodes & munificẽtissimus fuit & circa dõesticos durissimus ferus & pietate alienus.

Cã munificẽtię & ferocitatis in herode.

Herodes qualiter maioribus adulabatur sibi fieri a subditis expetebat:

Afflicti iudei p asiam & libiã ad cęsarẽ legationẽ mittũt q scribẽs p prouiciã eos vti legibus prębipit

Exẽplũ rescripti cęsaris p libertate iudeorum.

Aliũ rescriptum cęsaris.

Rescriptũ agrippe p iudeorũ libertate.

Aliud rescriptũ Agrippe.

Rescriptū Gaij Nosbani.

Rescriptū Iulij pro consulis.

agere. Quos nullomodo impediri ammoneo: sed & si quas sacras pecunias clues abstulerunt: has ip sis reddi precipio/ & in reliquo corrigi ne talia committantur. ¶ Gaius norbanus: flaccus proconsul sardinensium magistratibus & senatui salutem Cesar scripsit michi precipiens nequaq̃ iudeos prohi beri patria consuetudine pecunias colligentes ad hierosolimā trāsmittere scripsi ergo vobis vt scittis qm̃ cesar & ego sic volumus. ¶ Nichilominus & iulius proconsul scripsit ita ephesiorum magistrati bus senatui & populo salutem. Per asiam iudei habitantes idibus februarij ephesi michi indicanti. de monstrauerunt cesarem augustum & agrippam concessisse eis propriis vti legibus: immo & pecunias quas singuli eorum sua volutate. pietatis causa quam i deo hñt solent transmittere habeant licentiam sine impedimento hoc agere. Petierunt autem vt & ego similiter cū decretis a cesare vel agrippa: me am sententiam confirmarem. Voló igitur vos cognoscere quoniā decretis augusti & agrippe parens: precepi eos vti & seruare sine impedimento sua solemnia. ¶ Hec ideo explanauimus. quoniā cū scrī pta nostra apud greços ventura sunt demonstrem eis quia cunctum honorem ab initio impetrātes nichil ex patrijs legibus prohibiti sumus a magistratibus agere. sed & defendebamur religionē & ho nores in deum seruantes quorum facio mencionem: vt mutatis seculi odijs causę quę nobis ob hoc vel illis irrationabiliter insertę sunt euellātur. Nam legibus hisdem nulla gens sempervtitur dum & p ciuitates multa religionis differentia seruetur. Iusticię vero a cunctis hominibus similiter studetur. quę cōmoda greçis vel barbaris existit: de qua nostre leges multam rationem habētes omnes homi nes debēt nos vt amicos & hospites amplecti. Nam oportet non differentia nos religionū alienos fa cere: sed non seruatur benignitatis affectus quę omnium hominum cōmunē vitā poterit custodire. Rodeo ad reliqua monimenta conscriptionis.

¶ Herodes suis cōsumptis pecunijs tumulū dauid noctu aperiens & ibi nō inuētis pecunijs aurea vasa & ornatū tulit sed dū diligētiorē faceret iqsitionē & iterius igredi ad vrnas i qbus dauid & salomonis corpora posita erāt tiore pterritis duobus suis satellitibus flammis ab interiori parte oc currētibus exustis. Et pro pinaculo monumentum ex cādido lapide añ ianuā magnificētissimis con struxit expēsis. Cuius Nicholaus damascenus historicus meminit sed descēsū regis dum i honestum hoc factū cognosceret obticuit. is enim iiqtates eius tacēs tm̃modo quę ad eius gloriā ptinebat adul torū more cōscripsit & multa cōfixit herodes itaq; domesticis malis affligebatur. Salomeq; mariāne filijs iimica filiam suam aristoboli vxorem seducebat vt sui mariti secretū cognosceret. ferora quoq; Alexandro herodem i vxoris amorē incidisse dixit quod ipse postea patri manifestauit vnde iratus herodes ferorā criminatur. Et ferora excusans hoc salomē persuasisse affirmat. Quod ipsa negat.

Herodes suis cō sūptis pecunijs tumulum dauid noctu apiens & nō inuentis pe cunijs aurea va sa plura tulit.

Territus hero des duobus suis satellitibus exu stis.

Nicholaus histo ricus cū herode degēs iniqtates eius mutans tm̃ mō quę ad eius gl'ram ptinebāt cōscripsit & adu latorū more mł ta cōfixit.

Domestica hero dis afflictio.

Salōe filijs mari āne iimica filiā Aristoboli vxo rē seducebat.

Capitulum sextum.

IGitur herodes sicut prędixi consuptis suis pecunijs audiēs hyrcanū ante se regē aput isse tumulū dauid & tria milia talētorū inuenisse multo plura credēs deposita quę ad oēs sūptus suos sufficerēt. tumulū appiens igreditur noctu: dū nequaq̃ vellet hoc ci tatē sentire. Vnde fidelissimos aicos tantū ducēs. pecunias quidē depositas sicut hyr canus nō iuenit ornatū vero & vasa aurea plura tulit. ¶ Dūq; oē studiū poneret. & i quisitionē diligētiorē faceret. ac vellet iterius igredi ad vrnas i quibus dauid vel salo monis corpora posita erāt: duo eius satellites flāmis exusti sunt ab iteriore pte occurētibus. Tūc ille ti more pterritus egreditur & propinaculo monumētū ex lapide cādido ante ianuā magnificētissiis cō struxit expēsis. ¶ Cuius & nicholaus hystoriographus meminit: sed descensum regis obticuit: dum inhonestum hoc factum cognosceret. Quod semper isuis egit conscriptis. Nam viuente rege & cum eo degens ad gratiā eius & fauorē tm̃mō dicebat: quę ad gloriā eius pertinebāt. Multas vero iniqui tates eius mutabat & cum summo studio celabat. Nam marianne filiorumq; eius mortes crudeliter factas ad satisfactiones cupiens perduccre. vt luxuriosam illā. & adolescētes patris isidiatores accusa uit. Res gestas autem regis amplioribus laudibus extollens: delictis eius studiose satisfacit. Venia dā da est: quia nō hystoriā. sed laudē conscripsit. ¶ Nos vero generi assamoneorū regū propiqui & cum honore sacerdotium habentes aliquid mentiri non putamus ideoq; cum veritate. gestorū memoriā recēsemus. ¶ In domesticis vero malis herodes cōstitutus affligebatur. Nā multi ex regis ira accipiē tes audaciā accusabant propiquos & amicos eius. Quibus ita inter se dispositis. nulla requies erat.

¶ Siquidem salome iimica filijs mariāne aristobolo filiā suā eōiunctā nullatenus fidelem ei dimitte bat: dum flecteret eam vt quicquid secrete locutus fuisset nunciaret ei. Et in altercationibus quę ite coniugales sepius contingūt: cogebat puellā dicere quę de marito sciebat. Illa vero dicebat q̃ sepius memoriā suę matris mariāne faceret: & q̃ patrē odio haberet. Frequēter autem iterminaretur quia si principatū obtineret: filios quos herodes ab alijs vxoribus habebat traditos magistris litterarum in agris constitueret dū [illegible] esset ad hoc opus quā habebāt circa studia diligētiā. Vxores vero si quan

do videret maternum indui ornatum: pro'presentibus ornamentis cilicijs intercludi ne solem vide-
A ret. Quę confestim per salomen regi nunciata: dolorem eius inflammabant. Vrgebatur aũt mꝰto pe
ius omnibus credens. & inuicem se accusantibus. Tunc autẽ filijs iterminatus satisfactionibus eorũ
ad presens mollitur in posterum atrocius exarsit. ¶ Nam ferora cum ad alexandrum veniſſent filiã
archelai glafiram ſicut prędiximus habentem: ſalomen (inquit) dicentem audiui herodes in amore
glafirę ſuę nutus incidiſſet & minime deſiderij ſolatium poſſit inuenire. Quod ille audiens adoleſcẽ
cia vel emulatione commotus quę honoris cauſa circa puellam ab herode fiebant propter amorem
hęc eadẽ facere ſuſpicabatur. Dolorem ergo minus tolerans: patri nunciauit cum lachrimis quę fero
ra dixiſſet. herodes autem multomagis feruens. & mendacium impudicę criminationis non ferens
turbabatur. & ſepius exclamans maliuolenciam familiarum qualis ipſe circa eos inueniſſet: conuoca
uit ferorã. quẽ hmõdi verbis aggreſſus eſt. Peſſie oĩm ĩ quo ad tã ĩmẽſã vl' ifãdã ĩdeuotionẽ pueniſti
vt talia de nobis exiſtimes aut loquaris Nõne video tuã voluntatẽ. qua nõ in meã iniuriã talia verba
producere: ſed inſidias & venena immittere filio pro mea perditione prodidiſti Quis enim alter niſi
dei bonitate retentus (quã hic puer in ſe habet) portare potuiſſet in patrẽ nõ vidicare tã crudelẽ opi-
nionẽ. Prius enĩ gladiũ ĩ dextra: q̃ hocũ verb in animo eius debebas ĩmittere cõtra patrẽ Quid autẽ
conaris male loquẽdo de me niſi vt eorũ fauorẽ fraudibus tibi cõſilies. Nã talia dixiſti: quę tuę impie
tatis fuiſſent cogitẽda. Abſcede iã peſſime circa fratrẽ atq; benefactorẽ. & tecũ q̃dẽ hęc malitia con-
ſciẽtię cõuiuat: ego vero vidico ſicut ſoleo meos: nec vindicãs merito in eis ſed magis beneficio exor
nãs. quibus indigni eſſe noſcãtur. Talia quidẽ rex. Feroravero ſtatim meſtitia plenus ſalome inqt hęc
perſua ſit. & ab illa ſermones audiui. Quę mox vt audiuit nã preſenſerat. exclamauit qd nichil ab il-
la tale dictum fuiſſet. & qd feſtinarent omnes ad odiũ regis eã pducere. cũctiſq; modis occidere. pro
B pter fidem quã erga eum ſemp habere cognoſcerẽt. In preſenti vero ſibi inſidiari qd ſola reflecteret
fratrẽ ne vxorẽ quã nunc hẽre repudiaret regiſq; filiã ſibi in matrimonio cõiũgeret. Quapropter me
falſis inqt accuſationibus aggreſſus eſt. Cũ hęc dixiſſet crines ſuos dilacerãs. & pectora manibus tõ
dens. veri ſimilis ad denegationem eſſe conſtabat. maliuolẽtiã vero morũ diſſimulatione redargue-
bat. Ferora aũt medio reſiſtit nullã habẽs ſatisfactionẽ. Nam alexandro ſe dixiſſe cõfeſſus eſt. audiſ
ſe vero a ſalome minime comprobauit. Vnde diu confeſſione ſermonũ inter eos facta rex fratrẽ vel
ſororem auerſatus: filiũ pro conſtantia laudauit: q; ſibi ſermones ferore nunciaſſet.

¶ Salome omnibus odio hẽbatur quã herodis vxores abhorrentes eam ipſi accuſabant.
Que a rege male tractata ad diſpẽſatoris regis arabũ q filleus vocabatur cõſenſit nuptias ſed ipſe cir
cuncidi recuſãs abſceſſit ſalome ex illo die de adulterio a ferora & herodis vxoribus accuſata Et ma
xima ĩ herodis familia turbatio & diſſentio quotidie creſcebat eunuchi quoq; regis accuſati q; ab a-
lexãdro peccunijs eſſent corrupti ĩ tortura confeſſi ſuht Alexandrum contra pẽm odium hẽre. Sicq;
herodis coniurationem timens cuſtodias vndiq; muniuit & cunctos odio hñs contra iſõtes acerbus
factus eſt. ꝓpiq; quoq; herodis ſeipos preuenientes accuſabãt & rex andromachum & gemellũ ami
ciſſimos ex ſuſpitione eicit a palatio. Quorum malorum antipater erat auctor & ipſo ſuadente hero
des tormentis fideliſſimos Alexandri interrogabat vnde qdã tortus Alexãdrũ propter corporis ma
gnitudinem & alia laudatum dixiſſe retulit bona naturę potis efficere dũ pater inuideret extra filios
C q; accuſat patrem perimentes romam confugere regnum petituros Alexandrum itaq; ſic accuſatum
ligauit herodes quẽ alius iuuenis accuſat romam miſiſſe patrem accuſaturum & venenũ ĩ aſchalone
paraſſe: herodes igitur in accuſationibus credendis facil' in familia ſua maxime fuit turbatus.

Capitulum ſeptimum

IAc lite facta ſalome vt accuſationis commotę caput omnium odio tenebatur: quã vxores
regis vt maliuolam abhorrebant: & q; natura eam malignam cognoſcerent. Occaſione er
go data ſemper eam accuſabant herodi quarũ fiducia ex huiuſmodi cauſa magis accreuit
¶ Rex arabũ ouadas nomine: naturaliter regis & regni negocijs pene inefficax. habebat
diſpenſatorem regni ſui aſtutum iuuenem & in omnibus nimis ornatum: cuius ditioni omnis arabia
ſubiacebat. Is pro cã quadam cum ad herodem peruenisſet. & cenaret cum rege. vidit ſalomen & de-
ſiderio eius captus eſt: audiens preſertim q; vidua eſſet amplius inflammatus loqtur de nuptijs eius
Salome vero male tunc a fratre tractata iuueniſq; acceenſa decore: libenter conſenſit ad nuptias Et cũ
rurſus ad cenam conueniſſent: monſtrabantur non mediocria ſigna cupidinis eorum: quę mulieres
regi nunciauerunt Herodes vero cum ferorem interrogaſſet & obſetuare preceppiſſet in cęna quid illi
digitis facerent vel oculis: non letabantur de ſuo pudore. Poſt hęc arabs quidem in ſuſpitionem ve-
niens receſſit. Cumq; tribus mẽſibus remoratus eſſet rurſus rediit ad hoc ipſum ſermonem herodi
facturus poſtulãſq; dari ſibi matrimonialiiure ſalomen: dum non incommoda ei foret affinitas eius

Ferora alexan-
dro dt herodẽ ĩ
amorẽ ſuę vxo-
ris iciditſſe quod
ipſe poſtea ma-
niſeſtauit pri.

Herodes ad fe-
roram.

Nota.

Excuſans fero-
ra dicit ſalomẽ
hoc perſuaſiſſe
ſed hęc negat.

Salome oĩm o-
dio tenebaſiquã
regis vxores ab
horrẽtes eam ac
cuſabãt herodi,

Salome male a
rege tractata cõ
ſenſit ad diſpen
ſatoris regis ara
bũ nuptias qui
fileus vocbaſ,

cum arabum principatū quod tā sibi nunc adesse: magis vero futurū ex plano credebat. Cumq; hūc herodes sermonē sorori retulisset. interrogans Si ad nuptias cōsentiret. illa sine mora consensit. Tum illum quoq; inquiri si vellet legibus inscribi iudeorū & circūcidi: eo q; aliter non posset salome penitus iungi. Ille respondit nullatenus ista consentire: quia si actū fuerit: se ab arabis non solum regno/ sed & vita priuari. Quo dicto recessit. ¶ Salomē autē ex illo die feroras iam de luxuria criminari cepit. & regis vxores quę dicerent eam cū arabo adulteria cōmisisse. Puellā namq; quā fratri suo ferorę rex despōsauerat. ipse quidē non accepit: victus amore sicut prediximus vxoris absentis. Salome autem rogabat filio suo de custobaro nato eā cōiungere. & dissuadet rex a ferora dum adolescētē suspectum haberet propter patris interitū: iustius aūt esse si duceret eam filius suus qui magistratus tetrarchie successor extabat. Cūq; priore pacto soluto puella duceret a filio ferorę. prestitit dotē centū talēta. Itaq; dissentiones familiares nō cessabant/ sed maiores ei turbide crescebat: & incidit tale aliquid: causa non honesta. & ocius ad facultatē vsq; processit. ¶ Fuerūt enim enuchi regi propter pulchritudinem nō mediocriter acceptabiles: quorū vnus pincerna: alter insertor. alter vero lecticli regis creditarius. qui & cū filio eius intererāt de quibus cū nūciauit quidā regi q; hi ab alexandra multis pecunijs corrupti essent. Qui requirēti regi de facta quidem cōmunione vel pmixtione cōfessi sunt. aliud vero nichil acerbum scire de patre dixerunt. Cūq; magis torquerent & in necessitatibus essent semp q; ministri atroces in eos insisterent. ad gratiā antipatri cōfessi sunt. quod odium circa patrem & inimicitias haberet. & psuaderet eis herodē spernere velut superfluū & cooperientē senectutis suę tempora dū annos etatis celaret: & ad se iam respicere. tanq; regnū habentē & inuito patre & q; alij nullatenus sed sibi citius primus locus vēturus esset: nō ppter genus tantū: sed preparationibus paratā ei dominationē esse quia plures qui cuncta pro se pati vel facere essent parati. Herodes autē cū hęc audisset totus in furore metuq; tractus. ea quę ad cōtumeliam dicta cognouit moleste tulit: alia vero in suspitionē periculosam suscepit. ¶ Vnde ex vtrisq; incitatus timebat ne pro veritate cōflata fuisset in eum coniuratio fortior priore. & custodias vndiq; cōmuniens secrete quęstionē fecit. speculatores autem eis de quibus suspicabatur opposuit. & dum opinione vel in odio cūctos haberet: arbitrium pro tutela concipiēs. multum contra insontes acerbus factus est: sed magis ac magis validi videbant ei & terribiles quos non frequēter nominabat propter insolitam cōuersationem. & si forte vacasset statim de interitu suo securi non erant. ¶ Posteavero omnes propinqui dum nichil habuissent firmum ad spem suę salutis: contra se conuersi existimabant vtile si quis anticipans alium accusasset hoc sibi salutem posse conferre/ si suis facinoribus alios onerarent. & eo cadebant: in quo ceteros insidiabant immittere. Nam regis penitētia ne filios occideret: q; non manifeste peccassent itercedebat. ipsi vero & quod peius est nō desistebant cōmittere. sed ad pœnam currebant parem: dum vlciscerent in eis quę prius accusassent. ¶ Talis ergo dum fuisset in aula turbatio: multis amicis rex palaciū interdixit. ¶ Quam interdictionē maxime eis constituit: qui fiduciam potiorē habebant. Siquidē andromachi & gemellū viros ab initio amicissimos/ qui multum in republica eius legationibus & consilijs domesticis profuerunt: eiusq; filios docuerant: & qui de filijs primum fiducię locum haberent recusauit suscipere. Andromacum quidem q; filius eius demetrius amicus alexandri esset. gemellum vero fidelem illi sciens. quia & in conuiuijs & in studijs rome cum ipso degebat. Quos honeste quidē expulit: ne indecens aliquid contra viros nobilissimos constituere videretur. sed caute agens/ fiduciam eorum cū honore amputauit. ne per potentiam aliquid in eum committerent. ¶ Horum omniū malorum antipater auctor erat: qui patris incōstantiam intellexerat cum iam dudum ei cōsedisset: vnde magis suadere videbatur. vt auferetur vnusquisq; potentum. ¶ Tunc ergo rex (andromaco cum ceteris expulso) de colloquio vel fiducia reliquos fidelissimos alexandri cum tormētis interrogauit. vt si quid contra se conflatū scirent edicerent: ille vero consumebatur: quia tales quales existimabat nō inueniebat. Callidus autem antipater q; ex veritate ad cōstantiam & fidem deducere non valebat: plus incitabat requirendo a pluribus latentem coniurationem. ¶ Proinde cum aliquis ex pluribus tortis retulisset. q; cognosceret adolescentem/ cum laudaretur corporis eius magnitudo. vel sagittandi peritia: cumq; alia quę ad virtutem super omnes haberet. hęc sibi dixisse potius bona nature officere dum pater inuideret: & idcirco cum eo ambulando sese humiliare ne longior appareret: in venationibus vero cum sagittaret illo presente/ nou recte iaculari propter genitoris inuidiam: quam de gloria sua haberet. Cumq; verbum scrutaretur & remissio penarum corporis iterueuisset. addebat q; fratrem aristobolum conscium haberet vt in venatione/ patrem perimentes ad romā confugerent: regnumq; peterent. Repertasvero & litteras adolescentis ad fratrem aristobolū in quibus accusabat patrem non iuste fecisse: dum terram tribuisset antipatro ducentorum talentorum redditus. ¶ Quibus dictis putauit herodes verum existere q; de filijs suspicabat. & statim apprehēdens alexandrū

Arabs nō cōsentiens circuncidi discessit.

Crimiat salome a ferora & vxoribus herodis de adulterio.

Dissēsiones familiares in familia herodis.

Enuchi regis accusant q; corrupti essent pecunijs ab alexādro &c. qui i tritura cōcessi sunt filiū aduersus patrē odiū hre &c.

Herodes timēs coniurationē custodias vndiq; muniuit & cunctos i odio hns cōtra insontes acerbus factus ē.

Maxia tribulatio ppinq; herodis qui seipos preueniētes accusabant.

Rex ex suspitione andromachū & gemellum amicissimos a palacio eiecit.

Herodes tormētis Alexandri fidelissimos interrogabat suadente Antipro.

A ligauit.Deinde vero remiſit ſuam atrocitatem.dum nec quę audiſſet crederet: & eſtimaret nichil dignum pro inſidijs ex his conflatum apparuiſſe. ſed quęrela eſſet vel iuuenilis temeritas: & q manifeſte interficientes romam confugerent non veriſimile videbatur:& maius aliquod ſperans inuenire iniquitatis filij ſignum dicebat non ſibi placere: temerarie filium colligaſſe.Torquens autem amicos nobiliſſimos alexandri non paucos:nichil penitus de quibus ſuſpicabatur confeſſos inuenit. ¶ Cum q; in hoc multus apparatus exiſteret.& terrore vel turbatione palatium plenum eſſet. vnus quidam iuuenis vt in neceſſitatibus prouenit romam dixit tranſmiſiſſe alexandrum.& petiſſe vt citius euocaretur a cęſare:habere ſe manifeſte cauſam ſuggere contra patrem q regem parthorum mitridatum ſibi contra romanos conciliaſſet: addens quia venenum etiam alexander in aſcalone ei paraſſet.Tunc herodes hęc audiens & credens q ſolacium temeritatis inueniſſet. ſtatim de veneno pręcepit inquiri: quod tamen nullatenus potuit inuenire.Magnitudinem ergo malorum alexander volens confirmare.negare quidem diſtulit incitando temeritatem patris ad multa maiora delicta:forſan autem'& per hoc amputare volens facilitatem eius quam in accuſationibus credendis habebat. Tum nullatenus obtinuit: dum omne regnum concutere voluiſſet.Siquidem & litteras in quatuor libris deſtinauit dicens q non oporteret torqueri quemq̃ nec vlterius hoc procedere.quia reuera inſidię factę eſſent.in quas coniuraſſe feroram vel fideliſſimos amicos eius aſſerebat.Salomen autem noctu ſuper ſe ingreſſam:& cum inuito concubuiſſe. cunctoſq; ſimul illic contra eum iure vĕturos quatenus eum occidentes perficerent quod ſemper habere in expectatione meditatus eſſet.Inter hos etiam ptolomeus & ſabinus fideliſſimi regis accuſantur.Nam nichil aliud videbatur quam ſi rabies quędam incidiſſet beluarum more. vt amiciſſimi contra ſe armarentur . Idcirco ſatiſfactio veritatis habebatur: ſed indiſcrete perditiones pronunciabantur. Cumq; aliquibus vincula & alijs mortes alijsvero inſperate dolores infligeret turpiter regnum a priore fœlicitate dehoneſtatum eſt:& ſeniſſima erat herodi vita dum turbatus nemini crederet.magnumq; expectationis tormentum haberet.Ita noctu vel die turbatus in furorem & inſaniam pene lapſus eſt.

Alexander filio accuſatus quia romã patrẽ accuſaturus miſiſſet & venenum ei i aſcalone paraſſet.&c.

Herodes facilis in accuſatiõibus credẽdis & ideo maxie fuit turbatus i familia ſua.

¶ Archelaus capadocię rex triſtis de herodis turbatione pro filia & genero alexandro venit in Iudeam & filium patri recõciliauit ſimiliter feroram fratri herodes quoq; romã vadens Titium ſirię pro
B curatorem archelao fecit'amicum& ipſo reuertente factum eſt bellũ inter ipſum& arabas habitantes eni trachõnitidi ab eius principatu fama eũ mortuũ vulgante ſubtraxerũt & tranſfugas Silleus arabię procurator recepit quos ipſe ab Arabis poſtulans eos reddere negãtes debellauit & Caſtellum quod repta vocatur euertit ſed & nacebum arabum ducem cum ſuis interfecit. Capitulum octauum.

ARchelaus autem rex capadocię cum hęc de herode audiſſet territus pro filia vel de adoleſcente contriſtatur.Pro tantis amici turbationibus in iudeam venit:nec in contemptu quę contigerant ponens.diligenter prius cuncta percũctatus eſt : nec tamen in aliquo quaſi culpans herodem q temerarie feciſſet aggreſſus.verẽs ne eum ad reconciliationem furoris non perduceret ſed alium tenens ordinem emẽdare quę ăciderant cepit. Nam iuueni interminabatur:herodem autem mitem dicebat dũ nihil temerarie feciſſet. matrimoniũ quoq; filię ſoluere promittens.& nec ipſi parcere ſi in aliquo reperta illi conſcia non indicaſſet. Cum talem præter expectationem herodis archelaum vidiſſet:& quia plus ipſo furorem ſuum demonſtraſſet.rex ab iracundia mutatus dum putaret iuſte acta quę feciſſet paulatim ad patris affectũ rediit.Miſericordia ergo inter vtroſq; apparuit.cum aliqui pro iuuene ſatiſfeciſſent. & herodes ab ira mutaretur.Tum archelaum ſimiliter increpantem attendens:petebat vt nuptas ſolueret quod minatus eſſet quia quamuis parum ire adhuc habebat.in his quę iuuenis commiſerat.Archelaus tamen vti modeſtiorem eum faceret criminationes in amicos referebat.dicens illorum eſſe q iuuenẽ malignitate ſua corrumperent fratremq; regis magis in ſuſpitionem mittebat.Nam dum herodes iram contra feroram habuiſſet:& ferora indigere regis reconciliatione ſimulq; credens q archelaus eum flectere po-
C tuiſſet acceſſit ad eum cum veſte nigra petens vt fratrem pro eo peteret.Quem archelaus nec ſpreuit nec confeſtim ſe herodem ſuadere poſſe promiſit.Tunc hortatus eſt eum ad regem accedere:& ſupplicando confiteri ſe omnium malorum auctorem extitiſſe.quia prodeſſent hęc ad indignationẽ mitigandam potius q̃ ſua ſuggeſtio.His flexis ferora quę inter ſe ambo conſtituerant:pręter ſpem adoleſcentis accuſationes abſoluit.Cumq; & feroram reconciliaſſet archelaus ad capadociam reuertetur: gratus tanq̃ nemo alter illo tempore factus herodi.Quapropter & muneribus eum munificentiſſimis ornauit.& omnibus magnifice ditauit.& inter neceſſarios amiciſſimum arbitratus eſt ¶ Cõſtituit autem & romam proficiſci quoniam de hiscęſaris ſcripta ſuſceperat: & vſq; ad anthiochiam eius ſimul euntibus ſyrię procuratorem.Titium inimicum archelai ei herodes amicum fecit.¶ Cumq; romę fuiſſet & inde reuerteretur:factum eſt bellum inter ipſum& arabas:ex huiuſmodi cauſa.Qui trachonem

Archelaus capadocię rex de herodis turbatiõe triſtis pro genero venit in iudeam& ipſum patri reconciliauit & feroram fratri

Ferora archelaũ petit p regis reconſiliatione.

Herodes romã vadẽs Titium p curatorem ſyrię Archelao fecit amicum.

alias trachonitidem habitant regionem quam cęsar a zenodoro tollens herodis prouincię addidit latrocinandi diligentiã habebant: sed agrum colere vel sub quietę viuere cogebãtur quod illis minime commodum erat multaq; herodis gloria pro diligentia sua resurrexerat. Igitur quando nauigauit romam vt filiũ alexandrum accusans.cęsari commendaret antipatrum:fama vulgauit eum esse mortuũ Qua comperta. trachonitidi habitantes subtrahẽtes se ab eius principatu: rursus ad solitum morem finitimos agros depopulabantur.Contra quos egressi procuratores regis omnes domuerunt. Ex quibus quadraginta principes latrones cum cognatione sua ad trachonem prouinciam & ad arabiam recesserunt.Silleo susciptente eos pro causa irę quam habebat negatis nuptijs salome. Quibus cũ locũ munitũ dedisset.illi non tantum iudeam sed & inferiorem Syriam deprędabãtur:refugia sibi prestãte silleo.Herodes autem roma reuertens:comperit plurima regni sui a latronibus male tractata. Nec posse duces suos latrones cõprehendere:nec habere qualiter tutelã suã muniret:illis arabum patrocinijs fultis.Cumq; hoc grauiter ferret:ipse quidem trachonẽ peruenięs familiares eorum peremit. Vnde potius illi ad iracundiã incitati legemq; habentes vt in eos vindicarent qui familiares suos occidissent:cunctam herodis terram vexabant & deprędabãtur.Ille vero referebat hęc cęsaris ducibus. Saturnio & volumnio:volẽs latrones ad penam petere.Nam illi fortiores & plures facti oia perturbabãt affligendo regis herodis prouinciã:& villas deprędando.& captos hoies interimẽdo:vt bello similis esset violentia quam faciebant.Nam iam plus mille extabant.Herodes autem latrones quidem petebat & debitum quod per silleum mutuassent ouado alias obdo talentorum sexaginta iam constituto die trãsacto in quo statutum fuerat reddi pecunias.Silleus autem ouadum despiciens.dum ipse cuncta gubernaret.latrones quidẽ denegauit per arabiam esse de pecunijs vero differebat. Quapropter cognitiones corã saturnio vel volũnio procuratoribus syrię cõmittebãtur.Qui statuerunt intra triceſimum diem herodem pecunias debere recipere.& eos qui de vtroq; regno confugissent inuicem reddere.Et apud herodem quidem nullus arabum penitus inuẽtus est.nec per affectionem nec aliomodo tentus.Arabes autem passi sunt latrones apud se teneri. Cumq; constitutus dies transisset nec silleus de quo statuerat aliquid composuisset.romã ascendit.Redditionem vero pecuniarũ & latronum herodes exequebatur.Cũ saturnius & volumnius preceſſiſſẽt indeuotos persequi: exercitus assumẽs herodes arabiam ingressus diebus septẽ mansiones fecit. Cũq; prope castellũ vbi latrones erant peruenisset cœpit quidẽ oẽs eos insidijs.Euertit vero castellũ quod repta vocabatur cũ neminem penitus lesisset. ¶Itaq; arabis ad auxiliũ veniẽtibus cũ nacebo duce pugna cõmittitur:in qua pauci quidem herodis.Nacebus autẽ arabũ dux cũ viginti suis cecidit reliqui vero ad fugã conuersi recedunt. Puniens autẽ rex horũ tria milia circa trachonẽ ydumeorũ locauit exercitũ & latrones ibi constitutos arcebat & de his ducibus circa phenicẽ existentibus mãdauit demõstrando quia nihil amplius in indeuotos executus arabas q̃ oportebat egisset quę illi quidẽ requirentes inueniebãt nequaq̃ mentitũ.

Habitantes trachonitidi subtraxerunt sę ab herodis principatu fama eus morte vulgãte & transfugas silleus procurator regis Arabię recepit.

Herodes latrones trãsfugas ab arabis postulãs eos reddere negãtes debellauit

Herodes castello(qđ repta vocabatur) euerso latrones insidijs cepit nemine penitus lęso.

¶Cęsar iratus Silleo herodem de vastatione arabię & occisione Nacebi inuidiose accusante dura ipsi & grauia scripsit Arabes quoq; herodem furore cęsaris humiliatum cognoscentes iudeos afflixerunt vnde turbatus rex perdita cęsaris amicitia qui iam legationes secundo modo susceperat iterum Nicholaum damascenum ad placandum cęsarem mittit Sed interea mortuo ouado arabum rege dinea qui post Aretha dictus est arripuit regnum qui muneribus Cęsar pacificare volens Silleũ in multis accusat.

Capitulum nonum.

liter:ire quidē ſubditus a iuſticia vero effrenatus:fortuna porro propicia ſupra quemlibet affluentur abuſus.ex plebio in regnum aſſurgens & perecula plurima eludens quibus ſepius fuerat rircūſeptus Diuturnitate vitę perfunctus eſt:domi vero circa filios quantum quidē ad eius ſententiam : etiam ibi proſperitate potius eo q; ſe ſuos inimicos ſuperaſſe cenſebat in eo.vero iudicio ſup oēs ifœliciſſimus. ¶ At ſalome et alexas anteq mors regis diuulgata foret:ex ypodromo iudeos abire pmittūt ad proprias domos:dicētes regem:iuſiſſe vt vnuſquiſq; in ſuas regiones abſcederet. Hoc autē fecerūt beneficium illi genti preſtare cupientes Interea mors regis magis magiſq; diuulgatur. ¶ Tunc Salome & Alexas cuncta militi tiam congregantes in amphiteratro quod Hierochonte erat primum quidē epiſtolam regis legi fecerunt.quam ad milites fecerat: deinde gratias eius in eos pro beniuolentia quam circa eum exhibuerunt inſinuant: orationes quoq; eius vt ſimilis ſe circa Archelaū filiū eius exhiberēt quem regem conſtituit intimabant. ¶ Ptholomus etiā cui fuerat teſtamentum a rege creditum:annuluſq; de quo ſignauerat commiſſus continentia teſtamenti denunciat:quod teſtamentū non poſſe robur firmitatemq; ſuſcipere dicebat:niſi cuncta quę in eo eſſent deferrentur ad cęſarem. ¶ Fit continuo fragor ingens honorantium Archelaum regem proclamātium Milites quoq; cuncti & vniuerſi duces fauorem & beniuolentiam promittebant.paratoſq; ſe ac promptos ad omnia profitentur.adiutoremq; deum ſupplicationibus aduocabant. ¶ De hinc ſepulturam regi proparabant Curę namq; fuit Archelao vt exęquię patris q̄ magnifica poſſent celebritate agerentur : vt quę memoratum teſtamentum proferent : cum mortuo producendum . Portabatur itaq; aureo lecto lapidibus depicto variis atq; prędioſis : ſtramina vero oſtro erant auroq; contexta : eratq; ipſe mortuus circumamictus puerperis veſtimentis caput eius dyademate coronatum:ſceptrum quoq; in manu eius velut a viuo teneretur erat appoſitum Circa lectum autem erat frequentia filiorum : multitudo cognatorum:circa quos omnis militia ſtipata pergebat per proprias diſtincta nationes & diſcreta nominibus. ¶ Erant autem ordine diſtributi:Nam primi quidē pergebant eius armigeri poſt quos omnis therecum manus:poſt iſtos etiam vario.Gemanorum atq; Galatarum. Hos item ſequębatur cum ornatu maximo cuncta belli geretoria multitudo Cętera vero militia poſtremo ſequebatur ritu ſcilicet modum degeſti qualiter ſolebant in bellū procedere:& a ſuis ducibus ordinari. Poſt hos etiā ſequebantur ſeruorum quingenti:odores varios & aromata deportantes. ¶ Pergebāt autem in Herodium.ſtadijs diſtans octo.Illic enim eius eſt ſepultura ex eius iuſſione confecta. Et herodes quidē hoc modo defungitur. ¶ Archelaus autem per ſeptem dies luctum ſuper patrem honore regio ex more gerit Tantos & enim dies lex paterna prędepit obſeruari. Conuiuia itaq; celebrans & luctum exoluens: aſcēdit in templum.Ibi magnis ei clamoribus fauebatur: magniſq; predicabatur laudibus ſecundum q̄ vnuſquiſq; arbitrabitur ei maiora q̄ alij preconia. Tum vero tribunal ille conſcendens quod ſibi fuerat pręparatū & confidens omnibus benigna loquebatur:& ſibi propitios comparabat gaudio fauoris omnium & voluntate quam ex beniuolentia circa ſe cunctorum cœperat: gratiſq; illis habere narrabat q̄ leſi a patre nichil circa ſe malum ab illis reciprocaretur:ſe autem aduiſurū vt eis bonorum viciſſitudinem redderet:eorumq; remuneraret alacritatis affectum. ¶ Rogabat autem vt nunc interim parcerent nomine illum regis honorare. ſufficere ſibi dicebat poteſtatis dignitatem quam tunc eſſe firmam aiebat:cū teſtamentū a patre ſcriptum a cęſare firmaretur. Ob quā cauſa neq; in hierichonte cuncta militia dyadema illi ponere cupiente voluiſſe ſuſcipere: ambiguum honorem eſtimans ex tali re ſibi prouenturum quod eſſet ad huc incerta veluntas eius qui poſſet illi regnū proprie firmiuſq; concedere:non ſibi defuturam circa illos benignitatem quę beniuolentie eorum viciſſitudinem reportaret.Feſtinare quippe ſe in omnibus enarrabat:melioremq; ſe ſuo patre circa illos oſtendere. ¶ Illi vero ſicut plebeia multudo conſueuit in ipſis primis diebus videntes regis lene principium:voluntates ſuas laudibus & fauoribus aperiebant & quanto manſuetius cum eis loquebatur archelaus:tanto amplius nomen archelai prędicabant. ¶ Deinde ad munerum petitiones interceſſioneſq; vertuntur.Alij quidem functionum publicarum leuigationem poſtulabant cū clamore: pars vero vinctorum ſolutiones expetebant qui fuerant ab Herode deuincti . Alij vero grauedines quas herodes in emptionibus & in publicis nundinis conſtituerat auferri vociferabantur.Archelaus porro in nullo illis contraria reſpondebat:ſed in omnibus eos placabat accarrans fore regni ſuffragium : ſę multitudinis beniuolentiam comparaſſe. Dehinc ad ſacrificiā offerenda deo conuertitur:& cum amicis conuiuia celabranda.

¶ Congregatis plurimis iudeorum iuuenibus ſedicio maxima fit in iudea fit quoq; de morte Mathiæ & aliorum cum eo ab Herode interemptorum tumultuoſa quęrela petentibus illis Archelao mortis illorū vindictā.Quibus Aarchelaus populi impetū volēs mitigare ānuere omnibus petitis p

Salome & Alexa quos occidi mādauerat rex abſoluunt.

Epłe Herodis ad milites ꝓmulgatio & āmonitio fidei ſeruande circa Archelaū filiū quē regē conſtituit

Archelaus rex ꝓclamatur

Sępultura herodis pōpoſiſſima aureus lectus. &c.

Ordo aſſiſtētiū in ſepultura

Quīgenti ſerui cū odoribus

In herodio ſepultus

Luctus ſeptem dieꝝ pro morte patris Archelaus fauorē ppłi ꝓcurabat.

Archelaus regis nomen non vult recipere quouſq; a cęſare pris ꝓbet̄ teſtamentum nec dyadēare cepit.

Fauor ppłi Archelao.

Pentiones ppłi exaudiuit Archelaus.

A eius a Roma regressum ꝓmittit Sed ipsis non cessantibus timens Archelaus ne in deterius eorum au dacia ꝓcessisset armatorum cohortem instituat: & ceduntur ab equitibus in die festo azimorũ circiter tria milia aliis fugientibus Deinde Archelaus cum matre ad ꝓximum mare descendens Nicholaum & Ptholomeum secum assumens (Salome quoq; cum eo egreditur) Philippo fratri commendato re gni regimine/Romam nauigauit Sed interea Sabinus Cęsaris curator in Syria in Iudeã venit & Hie rusalem ingrediens arces ab Archelai custodibus expetiuit Antipas quoq; Herodis filius Salome ot tatu romam nauigat cum matre & Ptholomeo Nicholai fratre regnum(Hireneo rhetore incitante)pe titurus.

¶ Capitulum vndecimum.

CVm hæc interim aguntur cõgregantur iuuenes plurimi Iudeorum nouarum rerum cupidi ne concitati: & cœperunt de morte Mathię aliorumq; cum eo ab Herode interemptorũ tu multuosa voce causari:dicẽtes q; iniuste perempti etiam exequiarum honore herodis timo re caruerant. Erant autem isti(pro quibus turba loquebatur) qui fuerãt pro euulsione aureę aquilę perempti. Magnum ergo illa turba proclamãte. & calamitatibus vtente quasdam etiã iniurias quasi ex hoc possent ad illos mortuos aliqua leuigatio prouenire proterue ꝓcaciterq; iactante congre gabantur magis magisq; numerosa multitudo & vltionem mortuorũ ab Archelao fieri debere posce bant supplicijs eorum qui sub herode fungebantur honoribus. Et primum quidem omnium sacerdo tio remoueri pontificem (quem herodes fecerat)proclamabant. virumq; mundum & secũdum leges suas dignum ad pontificatum ꝓmouendum esse dicebant. ¶ Archelaus autem(licet ista ferret graui ter)annuebat tamen impetum eorum mitigare festinans donec iter ad Romam(quod ꝓpositum ha beat)sine tumultu perageret: & cum de sese voluntatem cæsaris agnouisset respicere quid agendũ fo ret. & dẽ cunctis petitionibus eorum legitime dispositurum. neq; tũc tempus esse dissensionis aut cõ tumelias ingerendi magis autem vnitatis atq; concordię donec ex precepto Cęsaris ad eos cum fir mitate regni recurreret tunc quippe in cõmune consulere de quibuscunq; illis tractandum esse vide B retur: tum autem sustinendum esse ne forte seditionis quoq; crimen incurrerent. Et ille quidem hęc di cens ducemq; suum edocens. mittit ad eos hęc ipsa locuturum. Illi porro proclamantes ducem loqui penitus non sinebant. Periculum quoq; minabãtur. si quis eos ab assumptione sua reuocare voluisset: & instabant suam libidinem magis explere: q̃ imperantium subiacere consilijs. Graue namq; illis vide batur si cum herode viuẽte amicis priuati fuissent: eodemq; mortuo nullam vltionem fieri mortuorũ. Illud enim iustum legitimumq; non quod ratio dictaret. sed quod eorum libidini voluptatem posset afferre: fatui ad prouidendum quantum illis esset ex ea re periculum nasciturum. Plurimis itaq; ab Ar chelao missis vt tumultum seditionemq; mitigarent: aliis ex regis persona loquentibus: aliis autem ex illius quidem sententia veluti ex sua mente mouentibus illi penitus nullum aduertebant: sed amplior fremitus & turba fouebatur concurrente etiam plurima multitudine q; illa tempestate iudeis dies fe stus imminebat quando azima secundum obseruationem paterni moris exercent. ¶ Pascha enim illa festiuitas vocitatur ad recordationem & memoriam exitus & ex egypto. & sacrificatur ab eis illo die cum alacritate magna secudum numerosa multitudo: quanta in nulla alia solemnitate acta. Cucurrit ergo ex vniuersa regione magna copia populorum: plures etiam ex montanis locis adueniunt religio nem numini soluturi. Sed iuuenes qui seditionem excitauere Iudam Mathiamq; lamantantur veluti C doctores expositoresq; legis antiquę & persistebant in templo suffragatione quoq; victualium abũde subsistente. Nam seditiosis hominibus turpe non ducebatur ab aliis cybos expetere. ¶ Anxius autem Archelaus ne in deterius eorum processisset audacia cohortem destinat armatorum cum quibus etiã tribunum militarem mittit vt eorum coherceat impetum. Et primum quidem vt illos seditiosos repel lerent & ab alia multitudine separarent. Sed venientibus militibus illi sedicioſi cum ingenti alacritate excitata secum etiam turba super tribunum ac tota prefidia. cum voce magna inuicem hortantes im petum faciunt: ex quibus plurimi fuſi. pauci autem cum tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus autem cuncta pessumire censebat. nisi multitudinis illius impetum frangeret: tumultumq; illũ resecatũ extin gueret Cunctã sibi mittit militiam vt alij eos qui sibi in templo habitacula cõstruxerant exinde repel lerent. Ceduntur itaq; ab equitibus circiter tria milia hominum: reliqua vero in montes ꝓximos refu git multitudo. Cęteros autem ex edicto cunctos ad suas iubet Archelaus discedere regiones. Quiq; continuo discesserunt festiuitatem deserentes minime celebratam maioris timore periculi propulsati licet essent in mortem temeritate precipites. ¶ Interea Archelaus ad mare proximum cum matre de scendit Nicholaum secum & Ptholomeum agens. & amicorum plurimum comitatum Philippo autẽ fratri omnia gubernacula dereliquit: domum ei regnumq; commendans. Salome quoq; soror Hero,

Seditio aliquo rũ ꝓ morte Ma thię in iusta pe tẽtium victimã ab Archelao.

Archelaus ppli ipetũ volẽs mi tigare annuere omnibus petitis postea a Roma regressum pro mittit.

Maxia turba in ppło cõcitatur, die festo azimo rũ imminẽte.

Pascha quid.

Archelaus An xius cõtra sedi tiosos armator cohortẽ mittit. Tria milia cedũ tur aliis fugiẽti bus.

Archelaus cu mse ad ꝓximũ mare descẽdẽs nicolaũ & pto lomeũ secũ du xit Philippoq; fratri regni gu bernacula com mendauit.

dis cum eo simul egreditur omnem secum ducens prosapiam. Ad hęc etiam plurimi cognatorũ verbo quidem veluti cum Archelao collaboraturi vtpote regnum a cęsare firmaretur re autem vera vt aduersus eum niterentur & maxime illa quę ab eo in templo gesta sunt accusando prępone- D
rent.

Sabinus cęsaris curator i syria i iudeã venit pro cõseruatiõe thesaurorũ hęrodis

¶ Obuium fit Archelao Sabinus cæsaris curator eorum quæ in Syria possidebat in iudeam pergens pro conseruatione thesaurorum Hęrodis. Quem varus ab hac intẽtione reuocauit. Per Ptholomeum enim transibat ab Archelao conuocatus Sabinus ergo Vari gratia neq; arces obtinuit quæcunq; fuerant in iudeorum ciuitatibus constitutę: neq; thesauros cõsignauit sed omnia sub iure dimisit Archelai donec (quid de his Cęsari videretur) agnosceret Proinde cæsarea sustinuit. Sic enim promiserat se esse facturum. ¶ Sed cum romam nauigasset Archelaus Varus autem Anthiochiã perrexit Sabinus in Hierosolimam ascendit: & aulas regias obtinet. euocansq; omnes populorũ prefectos. & quotquot rerum dispensatores fuerant. ratiocinari cœpit. & arces vt sibi traderentur multos expetere. Et hoc iã illi quos prefecerat custodes Archelaus mandata eius implere non potcrant: sed custodiebãt omnia secundum interdicta Sabini vsq; ad cæsaris præceptum. ¶ Nauigat etiã Romam Antipas filius Hærodis in illis diebus. regnum etiam petiturus ortatu Salome & promissionibus incitatus dicentis iustiores causas illum habere ad regnum percipiendum Archelao: q; primum testamentum in quo is successor regni fuerat constitutus firmius esset q̃llud quod posteriore tempore factum est. Siquidem illud sana mente fecisset Hęrodes: hoc autem iam sensu prę valitudine diminuto conscripserat. Ducebat etiam secum matrem & fratrem Nicholai Ptholomeum amicum Hęrodis satis honorabilem: sed etiam sibi valde gratissimum atq; fauentem. ¶ Maxime autem incitabat eum ad regnum petendum hyreneus rhetor vir opinione clarus: & ad dicendum acerrimus: idcirco etiam fœti eos qui persuade- E
bant cedendum Archelao. siue q; regis testamento successor fuerit institutus: siue q; maior natu esset: aduertere contendebant.

Antipas Hęrodis filius ortatu salome romam nauigat regnu; petiturus cum mre & Ptholomeo fre nicolai Hyreneus rhetor.

¶ Applicantibus Archelao & Antipa romam cognati ab Archelao discedentes odio illius irritati maximeq; libertatem desiderantes romanorum iudices magis q̃ reges proprios habere cupiebãt & Antipam magis q̃ Archelaum regem impetrare laborabant Sabinus quoq; Archelaum accusabat. Cęsar itaq; (receptus hinc & inde instrumentis) conuocat concilium & omnibus cõuocatis de quibus moneretur ędicere promissum est. Ibiq; primum Antipater Salome filius Archelaum regnum propria auctoritate vsurpasse accusat accusationemq; multipliciter probat Cedemq; in die festo factam maxime exaggerebat accusationibus quoq; testes producit Nicholao vero pro Archelao accusationibus respondente Cęsar ipsum Archelaum sibi ad genua procidentem cum honorificentia subleuauit eum dignum regno pronuncians cuius mater morbo prægrauata defungitur.

¶ Capitulum duodecimum.

Iudei magis iudices romanos q̃ reges ꝓprios cupiebãt & magis volebãt Antipam q̃ Archelaum.

SEd cum romam venissent omnes cognati ab Archelao discedentes ad istum cõueniunt. nõ beniuolentia circa eum aliqua constricti: sed odio quo aduersus archelaum irritabant. Maxime autem libertatem desiderabant: & romanorum iudices magis q̃ reges proprios habere cupiebant: Quod si hoc minus procederet: antipam magis quam archelaum sibi regem conducibilius existimantes impetrare laborabant. ¶ Sabinus quoq; accusationem Archelai apud Cęsarem deposuit. ¶ Inter hęc cęsar suscipiens ab Archelao litteras in quibus iura a patre sibi: relicta ꝓposuit: testamentum quoq; cognoscẽs & ratiocinia thesaurorũ hęrodis cum illo consignatorio (quem Ptholomeus apportauerat) cœpit conspicari quid ordinandum ratio postularet. Legẽs quoq; litteras Vari & epistolas Sabini: summam quoq; thesaurorum vel quid pecunię per singulos annos impenderet aduertens litteras quoq; (quas antipas pro regno promerendo tranimiserat) recensens: congregat ad cõsultandum omnes senatorij ordinis & amicos: in quibus etiam Gaium filium agrippę: & iulię suę filię odoptiuum. Deinde illis omnibus in conseſſum inductis copiam facit vt quisq; de quibus moueretur ędiceret. ¶ Ibi primum Salome filius Antipater dicendi potentissimus: & Archelao satis infestus huiuscemodi verba locutus est: dicens Archelaum quidem verbo pro regni petitione se fingere labore: opere vero omnem regni potestatem possidere anteq̃ ei a cæsare in quo cuncta potestas sita esset indulgeretur Huius testimonium esse dicebat audaciam quam præsumpserat in die festo interimere: qui & si iniustum aliquid gessissent: alius inter eos deberet vlcisci. qui eos posset legitima & ordinata potestate compescere: & non ab illo tantam cedem fieri oportere: quasi vt rex illud fecisset. contumeliam grandem cęsari intulisse firmabat: quod ignorans quid de eo adhuc dispositurus esset: regia iam vti potestate præsumeret. Si autem vti priuatus illa gessisset amplius illum deliquisse: narrabat. q; regnum non possidẽs supplicia quibuslibet intulerit: de quibus decretum cęsaris debuit expectari. Opponebat illi etiam iudiciũ miliarium: mutationes & ordinationes. Ad hęc etiã sedisse illũ i solio regali & cãs plurimas iudicasse: ac determiasse ꝓclamabat: tãq; a rege legitimo eius potẽtis integrũ possidẽte

Sabinus archelaũ accusat.

Cæsar receptis hĩc & inde istrumẽtis) cõuocat concilium.

Antipater Salome filius archelaum accusat regnum ꝓpria auctoritate vsurpasse & accusationẽ ꝓbat.

Petitionū quoq; plurimarum ꝓmissa publice facta memorabat. Quid eum amplius furēs ac ptātis habiturum: dū is regnū cęsare firmaretur. Opponebat illi etiaꝫ q; ex ypodromo vinctos ꝛ sponte dimiserit: & plura alia siue quę facta fuerant: seu quę facta quidem non erant sed credibilia videbantur propter naturā sui q; fieri posse indicabātur a iuuene. Tum etiam accēsuꝫ regnādi cupidine dicebat etiā luctum patris eū pœnitus neglexisse prohibitos quoq; omnes a rege cum moreretur videdo Vnde initiū quoq; seditionis affirmabat exortum q; eum videbāt circa patrem suū mortuum, qui ei multa & magna bona ꝓstiterat, tam nequiter conuersari. Et velut in se lachrimas per diem publice confingentem occulte autem voluptate regni percepti ꝓfrui: & noctes in delitias agitare. Erga cęsarem qu oq; huiusmodi p̄biturum. Archelaum cum ei regnandi iura tribuerit qualem se circa patrem exhibuisse cognoscitur Tripudiante nāq; et ~~captius alias cautius~~ exercere i mortē patris tanq; si hostis aliquis interiret. & quod nūc aduenisset ad cęsarem calliditate vsum ꝛ dicebat: vt se regni firmitatem petere simularet cum omni iam vsus esset antea potestate: quanta illi nec ampliora Cęsare rerum domino posset attribui. Maxime vero cedē, quę in templo facta fuerat, verbis exaggerebat & impietatem obiectabat. q; in die festo sacrificijs diuinis instantibus multa milia hominū cęsa fuisset in q̄bus multi peregrini plurimi insontes indigne miserabiliter occubuerūt: templum quoq; plenū cadaueribus mortuoꝝ, nō alienigena forte perimente, sed eo qui se regni iurā legitime ꝓcepisse iactabat. Vñ apparet illud opus crudelitatis libidinē ꝓfisse: vt integre se plenū tyrannidis negociū persecutū eē testetur per iniquitatē admissam qua cūctis hoībus cōstaret odibilis Festinabat ei quo quo mō regnū accipere. sciensq; pro sui merito nunq; posse, vel in somnis regiam potestatem legitimo iure promereri Nam & patri suo certos esse suos mores agnouerat vnde se regni ab eo successorē disponi ꝓ cul dubio desperabat: nisi per egritudinē ac morbos: quibus non solum corpore defecerat verum etiam animo parū valido erat: ceteruꝫ quando mens eius sospes fuisset & sana et corpore forti digne ac mē te negocia cuncta disponeret: in antipam potestatem regnādi contulerat: testamento iure legitimo q; confecto. Qualis porro rex iste possit existere. qui aut contēpto: cęsare, ius sibi totius potestatis arripuit aut si a cęsare se dominum fieri & ab eo regnum sperabat accipere cur ciues suos sine illius p̄cepto priuatus adhuc & in templo die festo instante tam crudeliter iteremit. ¶ Et Antipater quidē huiusmodi verba locutus testes etiam introduxit: & plurimos ex cognatis per quos sua dicta firmaret ¶ Cumq; his loquendi finem faceret: surgit Nicolaus pro Archelao verba facturus dicebat tāq; illa quidem quę in templo contigerāt improbitate potius eorum qui passi sunt: q̄ Archelai potestate contigisse. Si quidem tantum eos facinus aggressos fuisse vt non solum iniurias contumeliasq; iactarent: sed etiam eos qui deuoti humiliterq; viuere disponerent. vlcisci pertenderent. Cūq; hostilia multa operarentur verbo quidem aduersus Archelauꝫ, rei autem acerbitate aduersus cęsarem: necessarium Archelaus iudicauit vt eos ab hac insolentia & improbitate reuocaret. Sed illi eos quos archelaus ad sedandas turbas miserat interimere festinabāt. sine vlla vel loci: vel dei alias diei festiuitatis reuerentia. Mirari se sane dicebat non confundi Antipatrum q; talium defensor existeret. dum modo inimicitiæ suæ quā contra Archelaum gerebat libitū faceret & odio magisq; natura iusticiæ iudicaret illos purgare gestiendo: qui cū tāto scelere aduersus suos principes arma corripuerīt. ¶ Cętera vero de quibus archelaum accusauerant in eos ipsos accusatores referebat dicens nihil sine cōsultatione vel consensu factum gestum ve fuisse: sed animo ledendi nunc in transuersū ab equitate discedere. Nam neq; scirent taliter res esse dispositas qualiter accusabāt. sed ad inuidiam archelai cūcta deprauare: et tam illos cupidinem inuasisse obsistēdi archelao viro quidem consanguinitate propinquo conuersatione autem eis familiari per omne tempus adiuncto. ¶ Testamentum etiam patrem sana mente conscripsisse narrabat. firmiusq; illud esse quod posterius fuisse scriptum q; in hoc posteriore dominum cunctę ordinationis cęsarem constitueret: quem minime illorum improbitatem imitaturum dicebat qui iniuriam hęrodi laterent: in cuius vita omnibus essent bonis. omniq; potestate perfuncti nunc autem ad contumelias voluntatis qui de meius et intellectus in omnibus festinarent Sed nequaq; cęsarem iniurias illius viri permittere. qui & amicus fuerit & auxiliator et omnia in sua potestate dimiserit: neq; pati vt testamētum eius solueret quod de sua fide frœtus scripserit neq; virtutē cęsaris imitaturam esse illorum accusatorum criminatorumq; nequiciā. Fidē eius in omni mundo ad exempla ꝓpositam. & idubitatā cunctis gentibus esse referebat. Vnde nequaq; posset herodes alienatione & furia mētis scribere quē p multū tēpus optime gessisse regnū cognouerit successionēq; optimo filio dedicasse: sed neq; iudicium regis circa electionem successoris peccasse firmabat: immo magis prudenter & optime iudicasse q; omnia ad voluntatem potestatēq; cęsaris redegisset. ¶ Postq; hęc nicolaus enarrauit. & finē loquēdi fecit cęsar archelaum sibi ad genua ꝓcidētē cū honorificētia eū subleuauit ꝓnūciās eū dignū regni ꝓceptiōe māgnūq; suę mētis mōimētū aīs momētū grāmq; de

Accusatiōes filij Salome contra Archelaum.

Cedē i die festo azimoꝝ i tēplo factā exaggerebant accusando

Antipater accusationibus suis, cōtra Archelaū testes produxit.

Nicolaus ꝓ Archelao ad accusationē c rndit.

De testamento nouissimo hęrodis q; sit validū

Cęsar (auditis ptibus) Archelaum dignū regno iudicat.

clarauit non aliter se fuisse facturum nisi quęcūq; testamēto cōtinerentur. ¶Interea archelao cūcti fauere nec tamen certum aliquid fuerat definitū. Igitur facta solutione confessus apud seipsum cęsar cōsiderabat: vtrum ne archelao regnum confirmari deberet. an omni hęrodis: generi dispertiri. Interea mater archelai morbo pregrauata defungitur.

Mr Archelai moritur

¶Varus autem tunc ad Cęsarem litteras mittit iudeorum seditiones significans Sabinus quoq; (recedente Varo) manens in iudea: iudeos voluit opprimere cuius iprobitatē iudei repellere volentes maximam circa penthecostem congregauerunt multitudinem quę in tres diuisa est partes Sabinus itaq; tātam multitudinem timēs ad Varum pro habendo auxilio scribit &(ipso Phasellum turri ascēdente) Romā, iudeos euadunt maximaq; fit pugna magna quōq; iudeorum multitudo (Romanis porticibus ignem submittentibus ęrarium insuper templi romani deprędati sunt. Ruffus autem &. Gratus cum suis Romanis se sociarunt & tunc maxima iudeorum fuit turbatio.

Lras mittit varus ad cęsarē se ditiones iudeorum significans

¶Capitulum decimūtertium.

Vnc aūt a Varo q̄ i syria mgr militię erat ī reveniūt: significātes seditiōes disscessiōesq; iudeorū post q̄ ei Archelaus nauigauerat cūcta gēs varijs motibus fuerat tumultuationibusq; turbata. Sed Varus adueuiēs eos qui causa seditiōes extiterāt supplicijs & tormētis adegit: rebusq; cōpositis i Antiochiā repedabat: vnū ordinē militū i hierolimis dereliqēs qui iudeis si forte aliquid seditionis molirētur obuiā irēt. Sed nec sic tamen seditio terminat. ¶Nā post Varus abscessit Sabinus curator Cęsaris illic remanēs iudeos cœpit opprimere ex militia sibi multos armigeros faciēs: quorū satellitio aduersus iudeos affligendos vtebatur. Vnde illi perturbati ad seditiones excitandas necessitate cogebantur. Sed etiam arces violenter obtinuerat: lucrorum & rapinarum cupidine cōcitatus. ¶Imminente igitur pētheco ste festiuitas namq; hęc apud nos sic prīnaliter appellatur non tantum ergo religionis gra quantum indignatione succensi propter improbitatem & impōsitionem Sabini multa milia congregata hominum galileorum: & Hierichōtinorum immensa multitudo & quotquot trans iordanem fluuium habitabant: sed etiam incolarum magna manus adunata qui plus aliis incensi in vltionem Sabini conspirauerāt In tres itaq; ptes diuisi: diuersa loca occupāt. Et vna quidem pars ypodromum tenuerat ceterarum vero duarū altera pars ab aquilone ad austrum versa circa templum erat altera vero ad orientem loca posita detinebat. Tertia vero pars ypodromum sicut diximus ad occidentem occupauerat: quo loco etiam aula regalis extabat. Erat autem illis tota festinatio vt romanos obsessos includ; constringerent. Sed Sabinus timens tam etiam multitudinem eorum q̄ nobilitatem: alias mobilitatem ingenij. quippe quibus mors contemptui erat, dummō cepta perficerent: cōfestim scribit ad varum postulās vt q̄ citissime subueniret: in magno periculo esse cunctam a se militiā derelictam Ipse autem altissimā turrium arcem ascendēs cognomēto phasellum i honore fratris Hęrodis phaselli edificatam atq; ita denominatā qui in prelio parthorum defecerat annuebat romanis vt iudeos exeuntes aggrederētur. cumq; ipse neq; ad amicos auderet vllo pacto descēdere: alios ante se pro suarum facinore rapinarum mortem hortabatur appetere. Sed romanis egressis cum fiducia: pugna iterūq; satis aspera exorta est. Et licet romani ope bellico & experiētia superiores existerēt: & plures ex iudeis occumberēt tāq; obstinatio iudeorū nequaq̄ tam dira belli facie frāgebatur. sed circueūtes pene tē plū ascendūt in porticus quę phani areā, continebāt & ibi multū prelium profligatur. Saxa quidam manibus voluebāt: quidā fundis vel tormentis ceteris emittebāt: Ad hęc etiā cū arcubus itermixti romanorū plurimos sauciebāt. Nā oportunitate loci iudei supiores extiterāt. Romani vero i icerto positi. nec ictus accipiētes euitare nec hostem vllis iaculis poterāt vulnerare. ¶Proinde cum in hūc modū nō breui tpe pugnaretur postremo romā impune se talia ppetim nō ferentes: ignē porticibus submittūt iudeis q̄ sup porticus erāt nō sētiētibus. Ignis porro a plurimis appositus continuo iflāmas exestuat tectaq; corripuit. Quorum materies q̄ erat pice cum cera peruncta & in supficiem deaurata. ignem confestim' suscepit. Quo icēdio opera illa magna & ammiratione digna dispereūt Sed etiam eos qui super porticus pugnantes astiterant repentinus corripit & insperatus interitus Alij simul cū tectis concidentibus pessumibāt pars hostium confixis periere vulneribus pleriq; defectu consilij & sub tali cladis stupore aut igni sese contradūt aut gladijs abusi suis inter eunt. vt malum quasi quo se videbant circumseptos effugerēt. Quotquot autem retrorsum via qua ascenderant recurrentes a ruina vel incendio liberabantur a romanis continuo sine vllo negocio necabantur. Quippe nudi armis & animi timore soluti. veniebant in manus romarorum. Proinde ex cunctis qui tecta conscenderant nullus valuit penitus euadere. ¶Romani autem per illud incendium in fiduciam subleuati interius progrediūt: & ęrarium vbi templi opes seruabātur arripiunt: & plurima quidē a militibus furata sunt ¶Sabinus autem vix inde quadraginta talenta publica valuit ratione conquirere. ¶Interea iude

Sabinus (recedente varo) i iudea manēs iudeos cœpit opprimere

Maxima iudeorum circa penthecostem congregata multitudo cōtra Sabini improbitatē que i tres ptes diuisa est. &c.

Sabinus tātam multitudinē iudeorū timēs scribit ad varū pro auxilio &(ascēdēte in turrim. phaselliū vocatā romani iudeos inuadunt

pugna maxima

Romani ignem porticibus submittūt quo maxima iudeorum multitudo perijt

Romani ęrariū templi furati sunt

Sabino vix quadraginta talēta cōquirente.

A os primum contristabat tam interitus sociorum q̄ erarij anathematumq; direptio. Et tamen quot quot eorum vel peruersitate mentis obstinati. vel pugnaces promptiq; constabāt aulam regiam vndiq; vallantes minabantur incendium & cunctos vna interitui dare nisi celeriter abcessissent. Nam se quoq; copiam illis exeundi si id eligerent daturos. Salbino quoq; si etiam ipse vellet exeundi facultatem tribuere. ¶ Dum ista geruntur. nonnulli ex regijs militibus ad iudeos transeunt. Ruffus autem & gratus tria milia pugnatorum ex militia herod sub se habebant viribus corporis exercitatos & strēnuos. Cum his igitur omnibus sese romanis adijciunt. Ruffus etiā equites aliquantos habebat ipsos quoq; secum romanis auxilio duxerat. At iudei obsidionem misericordie negligebant sed etiam mœnia cuncta circuibant: hortabanturq; omnes vt illam oportunitatem de se saluandi & in libertatem paternam respirandi non perderent. Sabino vero optabile fuit vt egrediens abscederet. Sed committere semetipsum non audebat suorum consideratione factorum & q̄ hostes admodum infideli mēte cognouerat. Simul etiam vari prestolabatur aduentum. eumq; si adesset obsidionem illam esse soluturū ¶ Ea tempestate etiam alia plurima turbis tumultibusq; plenissima peruenerunt. que totam iudee regionem grauiter desolabantur. In quibuscunq; natuq; locis alij lucri cupidine concitati. pars inimicitia iudeorum ad excitanda bella fere militauerāt quondam herodis duo milia homiuum hinc inde congregatorum. Hi ergo in vnum collecti. & seorsum a ceteris discedentes: a duersus regios milites pugna congrediuntur. Vtebantur autem aciabo alias Alcibiade duce herodis nepote quem sibi prefecerant qui tam in campis ad pugnam strēnue ferebatur q̄ in locis asperis arte preualebat. propter experientiam quam ex vsu belli perceperat.

Iudeorum aiositas cōtra Romanas.

Ruffus & Gratus cū pugnatoribus suis se romanis associant

Sabinus dubius

Maxima iudee turbatio.

Aciabus dux nepos herodis.

¶ Iudas ezechie prepositi latronum cōgregans perditorū virorum multitudinē aulam regiā pugnabundus inuadit. Symon quoq; herodis seruus dyadema capiti præsumpsit imponere & rex pronunciatus regiā aulam in hiericonte succendit. Sed eius milites rei bellicose ignari a regijs militibus occiduntur Symone ipso fugiente cuius caput Gratus abscidit Artonges pastor quatuor fratres hīs in regni potentiā ausus est conspirare. Qui dyadema sibi imponēs contra romanos milites & regios bellum parat Captoq; maiore Archelai fratre nouissimus merore cōfectus fidei patruelis se cōmisit. Tunc profecto Iudea latronū erat habitatio. Interea varus magnum exercitum congregans venit in Iudeā Qui berithij & Arethas rex dederunt subsidium. Sephoris ciuitas Galileę combusta est. Aris & Saffus sed & Emaus castellum succensa sunt. Iosephus autē herodis nepos. Gratus & Ruffus similiter & Romani Sabino alia parte discedente in occursum vari aduenerunt varus vero his qui seditionem mouerunt punitis pepercit multitudini doctoresq; seditiosos mittit ad Cesarem. Capitulū xiiij

Iudas ezechię filius virorū pdi torū dux aulam regiam inuadit.

B IVdas quidā erat filius ezechie p̄positi latronū qui multū quondā p̄ualuerat: sed tēporibus herodis cū magno fuerat labore depręhēsus Iste igit iudas circa sefforim galileę congregās multitudinē virorū perditorū atq; desperatorū: cum eis aulā regiā pugnabundus inuadit. Ex quo copiā armorū quantūcūq; ille locus habebat arripuit: & exide suos oēs armat. Sumit etiam cūctas opes que ibidē pro custodia fuerant derelicte Hic terribilis vniuersis effectus est Nā huc atq; illuc ducebat & agebat & ductabat exercitū libidine rei maioris accensus & emulatione regnādi sine vlla virtute vllaq; prudētia: sed ad vim inferandā tantū & ledendū promptor & procliuus extabat: sperans ex hoc sibi dignitatē gloriamq; venturam. ¶ Extiterat quoq; symon seruus quidam herodis regis verum decorus vir magnitudine corporis ac fortitudine prestans: cui magna fuerant credita commissaq; negocia Is igitur intemperā tia subleuatus. dyadema suo capiti presumit imponere. & aliquanta multitudine congregata rex pronunciatur insania simul furiaq; populorum. Sed etiam ipse dignum semetipsum existimans sup omnes qui regnum ante gessissent aulam regiam in hiericonte succendit. Et omnia que ibi habebantur arripuit. Multa quoq; in diuersis locis per vniuersam prouinciam vbi regia consistebant tabernacula cōburebat: cunctaq; exterminio dabat: ignibus concremando. Nam exercitus militū regionū qui se romanis addiderant: tota manu: totaq; virtute congrediēs: occurrit symoni. Ibi multa vi die longo certatur. sed plures qui ex locis trās iordanē cum symone fuerāt congregati neq; ordinis. neq; dispositionis bellicę ignari: si quidē temeritate magis q̄ disciplina pugnabant: a regijs occubuere militibus

Symō seruus herodis dyadema capiti p̄sumit imponere & rex pnūciatus aulam regiā i hierichō te succendit. &c

Symōis milites rei bellicę ignari a regis militibus occiduntur fugiente ipso symone cuius gratus caput abscidit.

Sed etiam & ipso symone fugiente. & per montis fauces semetipsum saluare cupiente: gratus occurC rens caput ei abscidit. ¶ Incensus est etiam his diebus super iordanem locum nomine emachoes: a quibusdam hominibus symoni consimilibus. ¶ Sic igitur in illa gente multa dementia vagabatur: propter quod regem proprium non habebat qui populum virtute ac moderatione disponeret: & propterea alienigenę irruperant per quod seditiosę mentes occasionem accipientes ad bella concitanda succensę sunt intentione sola deuastandi & aliena diripiendi. ¶ Cęterum & artōges vir neq; generis dignitate conspicuus: neq; virtute decoratus sed opum tantum cōfisus abundantia pastor enim erat

Emachoes locus super iordanē incensus est.

Artōges pastor ausus est in regnicō spirare: potētiam cui erant

quatuor fratres magni corpore.

Quilibet fratrũ dux erat turmę &c

Dyadema ponẽs sibi Athongesvna cũ fratribus bellũ pat cõtra Romanos & milites regios.

Conflictus belli Emmaus.

Arius centurio.

Capto maiore Archelai frẽ nouissimus merore confectus fidei patruelis Archelai se committit

Iudea tũc latronum habitatio.

Varus magnus exercitũ cõgregãs venit i iudeam cui Berithij & Arethas rex subsidiũ dederẽt

Sephoris ciuitas galileę combusta habitatoribus captiuis.

Arus vicus cõbustus.

Saffus vicus cõbustus.

Emmaus castellum succẽditur.

Varo hierusalẽ venienti Iosephus herodis regis nepos gratus & rufus i occursũ cuz exercitu venẽt & romani. Sabino alia parte ascendente.

Punitio eorũ q seditiõis sciẽterit

iste & cunctis in oĩbus rebus obscurus verum magnitudine corporis & robore pręualẽs: ausus est etiã ipse in regni cõspirare potentiã. Erãt qppe illi fratres quatuor vasti etiã ipsi corpore & magni de fortitudine gloriãtes: & ex hoc credebãt sese regnũ modis oĩbus obtinere. Nã vnusq; eorũ propriã turmã ductabat. Cõgregat itaq; ad eos plurima multitudo. Et illi quidẽ ductorũ fungebantur officio & sicubi opus erat discurrebant bellicos exercendo conflictus. Ille vero diadema suo capiti circumponens ad consultãdum cõsilium conuocabat: vt quid facto opus esset decerneret. Videns autem cũcta in sua potestate: cepit insania maxime ferri quod rex a populo vocabat. q; sibi ad gerendum quęvelet nihil esse impedimento cernebat. Deniq; tam ipse q̃ fratres eius magna cõspiratiõe fremẽtes odio romanorum & regiorum militum bellum gerere festinabant. Nam equaliter aduersus vtrosq; infesta mente ferebantur. Aduersus regios quidem milites propter iniurias quas eos sub herode perpetrasse reputabãt: aduersus romanos autem q; eorum in prẽsentia potestas existeret. Igitur huius mali asperitas tempore ꝓcurrente crescebat nulluſq; interitum poterat euitare. Nam alios quidẽ spe lucri exterminabãt alios autem occidendi consuetudine perimebant. Incurrunt etiam aliquando romanorum turmę circa Emmaum: & circundãtes arium centurionem qui ductabat exercitum: quadraginta ex eis vulnerauere: qui fuerant manuum exercitatione meliores. Cęteri vero timore fugiẽtes a grato qui multitudinem regię militię sub sę habebat defensati saluãtur suos mortuos relinquentes: & multa parte diei romanos. regionisq; milites insequentes plurimos sauciabant. Superantur tamen postea. & cõprehenduntur alius qnidẽ cum grato confligens. alter cum ptolomeo. Maiorem aũt fratrem archelai milites comprehendunt. Nouissimus autem eorum super his quę contingebãt merore confectus: hęsitate cœpit qualiter saluaretur. Nã se solum remansisse cernens: & omni manu militum spoliatũ: fidei patruelis archelai se committit ac tradit. Sed hæc quidẽ postea contigerunt. ¶ Igitur sic iudea latrocinantium facta fuerat habitatio. Si quis enim manum aliquam congregaret quę secũ ad seditiones faciendas conspirare ꝑsumeret. statim rex efficiebatur: exurgens ad communem regionis interitum in breui quidem & in minimis rebus romanis noxij existentes inuidia tamen cõtribulium ciuiumq; suorũ ad oĩa nequitię opera ferebantur. ¶ Interea varus moxvbi quę gesta fũt sabino scribẽte cognouit: timẽs illi legioni quã in hierosolymis dereliquerat duas reliquas legiones assumẽs tres quippe in Syria fuerant constitutę assumens etiam equitum alas quatuor. Et auxilia quę reges ac tetrarchę diuersi mandauerant. maturabat pręsidium illis qui in iudea obsidione tenebãtur afferre. Dicebat autẽ omnibus q; per Ptolomaidam pergeret. Dant illi etiam berithij trãseunti subsidium: mille quingentorum virorum. Mandat illi & arethas quoq; petrus qui odio circa herodem. Amicitiam cum romanis induxerat non paruam peditum & equitum manum. ¶ Congregato itaq; in Ptolomaida omni exercitu exinde partem filio tradens. Vnum amicorum suorum galileos destinat expugnaturũ: qui super ptolomaidem habitabant. Ille autem galileam ingrediens magna vj pugnare cœpit. Et primum sephorim capiens habitatores quidem omnes captiuos abduxit ciuitatem autem ignibus tradidit. ¶ Varus autem samariam cũ oĩ manu ingreditur: sed a ciuitate abstinuit. Erat enim crimine seditionis imunis. Sed quodã vico Ptolomei arus noie castra collocat: quẽ virũ Arabes odio herodis hostili more cõburũt. Itẽ quoq; aggredientes aliũ vicũ saffo noie magnũ atq; opulẽtum Idẽ arabes cõprehẽdẽtes icẽdio cõcremarũt: & q̃quauersũ exercitus ibat igne cũcta & cede replebant. ¶ Succẽdit em ẽmaus castellũ varo iubẽte gratia mortuorũ. ¶ Hic itaq; in hierosolymã tẽdit. Illi porro q ad obsidionẽ fuerant congregati faciem ipsam exercitus non ferentes passim cuncti diffugiunt: imperfecta seditionis opera relinquẽtes. Qui vero in hierosolymis fuere iudei. varo grauiter incusante. excusationibus diuersis semetipsos purgare nitebãtur. q; multitudo illa propter festiuitatẽ fuerit congregata: bellum autem nequaq̃ ex eorum sententia contigisse. sed temeritate aduenarum fuisse commotum: seipsos autem cum romanis obsessos potius. q̃ obsidẽdi gessisse propositum. Venerunt autem in occursum vari iosephus herodis regis nepos. & gratus atq; rufus omnem exercitum quem sub se habebãt secum pariter adducentes. Occurrerunt etiam romani qui obsidione tenebantur. ¶ Sabinus autem non volens in faciem vari venire: ex alia parte hierosolymis egrediens mare versus abscessit. ¶ Interea varus per oẽm regionem partem militię mittit. quęsitum eos qui causa seditionis excitauerant. Deprehensus autem qui manifestabantur. alios qui causa mali extitere supplicijs cruciabat. quosdã vero dimittit. in quibus culpa lenior inuenitur. ¶ Fuere autem qui propter hanc causam in crucem acti sunt ferme duo milia hominum. Hoc igitur modo rebus correctis atq; compositis. Maximam partem militię ad sedes proprias dimittit. grauem eam illis locis existimans. Nam in plurimis excesserant. & eius decreta plura contempserant. lucrorum ac rapinę cupidine. ¶ Ipse vero decẽ milia iudeorum in vno loco fuisse congregatos audiens: festinus occurrit vt eos comprehenderet. Illi autem anteq̃ comprehensi fuissent: semetipsos tradiderunt hortatu aciabi. Tunc varus multitudini quidem

veniam contribuit: ipſos autem ductores qui cauſam ſeceſſionis excitauerant mittit ad cęſarem. Cę-
A ſar autem pleroſq; ex eis prętermittit. Illos autem qui herodis cognati fuere ſupplicijs adegit: quod nullum iuſticię gerentes reſpectum. contra familiares et conſanguineos arma temptauerãt. Et varus quidem iſta diſponens.et propter prędia vnam legionem quam etiam primo dimiſerat.in hieroſolymis derelinquens in anthiochiam repedare feſtinat.

¶ Legati iudęorum ſuper octo milia Romę veniunt petẽtes ſuis legibus viuere ſine rege quibus Archelai conſanguinei ipſum relinquentes ſecreto aduerſus eum conſociabãtur. Iudei quoq; regnũ diſſoluendum procurantes argumenta ex herodis iniquitate multa ſumpſerunt. Archelaicq; adducũt malitiam. Nicholaus vero herodem regem criminibus purgare ſatagit quia per totum vitę ſuę tempus non fuit accuſatus. Archelaumq; excuſat. Quibus auditis Cęſar Archelaum non regem pronunciat ſed dimidię iudeę regioni diarcham conſtituit polliceſq; ſe facturum regem ſi digne exerceat Alteram vero partem philippo & antipę herodis filijs bifariam diuidens diſtribuit legataq; herodis Salome & ceteris conſanguineis confirmat duabuſq; filiabus eius virginibus vltra patris legata largitur munera. Ethas cęſar filijs ferorę coniunxit. Ceteraq; herodis bona diſtribuens vaſcula pauca pro regis memoria ſibi retinuit.

Capitulum quintumdecimum.

ARchelao vero apud Romã aliorũ negocioꝝ pricipia pullulabãt quorum hęc erat cauſa Venerat Romã legatio iudeorũ ſuper octo milia hominũ petentiũ vt ſuis legibus viuerent. Et legati quidẽ qui ex decreto totius gentis fuerant miſſi quinquaginta fuere: cętera vero multitudo Romę antea fuerat. Cęſar autẽ conſiliũ faciẽte cũ amicis cęteriſq; Romanoꝝ primatibus. & in apollinis eos templum congregante. quod ab ipſo fuerat magnis opibus. impenſiſq; fundatum: legati quidẽ cum vniuerſa multitudine indigenarum iudeorũ cauſam acturi conueniunt. Archelaus autem econtra cum amicis aderat. Quotquot autem regis fuere
B conſanguinei ab archelao per odiũ ſeperabãtur: iudeis autẽ aduerſus eũ cõſociabãtur: non tñ ſemet ipſos publice demonſtrabãt: graue putãtes. & ad cõfuſionem ꝓpriam ptinere: ſi ante cęſarẽ cõtra cõſanguineũ & familiã loqui præſumerent. ¶ Aderat etiam philippus de Syria veniens vari concitatus hortatu. prima quidem cauſa vt fratri adeſſet. Nam ei plurimum varus fauebat. Enimuero arbitrabatur q; illo regno ſoluto per partes poſſet diſtribui: ſiquidem plures eſſẽt qui ſuis legibus viuere poſtulabant. Vnde vero philippũ hortabatur vt pro ſe laboraret quo poſſet etiam ipſe partem aliquã regni percipere. ¶ Data igitur iudeorum legatis copia dicendi cœperunt pro diſſoluendo regno multa loqui & patrũ ex iniquitatibus herodis argumenta multa ſumere dicentes eum nomine tãtũ fuiſſe regem. re autẽ vera tyrãnidis facinora ꝓpetraſſe & multam per eum deſolationẽ rerum factam eſſe iudeorum. Naturaliter eũ etiam ad nouitates inueniendas pronum fuiſſe clamabãt. & multos quidem iudeorum eius crudelitatibus interiſſe: quantos nunquam ex hiſtoria periſſe cognoſcerent ſed multo amplius infœliciores ſemet, qui viuerent exiſtere nen ſolũ eos quibus oſtenſione vultus aſper. & indignatione mentis terribilis apparebat: ſed etiam eos quibus ſubſtantias ſuas arripuit. Ciuitates quidẽ extraneas & ab alienigenis habitatas eũ ornare & locupletare cum perditiõe & exterminio eoꝝ qui ſub eius regno habitabant omnem gentem penurię neceſſitatiq; cõtradidit. Cum paucis autẽ regno deliciſſq; frueret plurimos quoq; ex nobilibus ciuibus & nobili natos genere perimeret nullis rationabilibus ſubſiſtentibus cauſis. niſi vt eorum ſubſtantias rapuiſſet: & quibus fortaſſe viuere conceſſiſſet. rerum ſuarum amiſſione damnaret. Iam vero exactionibus functionũ. alia quidẽ pro muneribus publicis cum augmentis annalibus exigebat alia vero lucrorum gratia poſt functiones a ſeruis exactoribus vel amicis eius diripi ſoluere cauſabantur. ¶ Nec ſolum iſta quę ad damnum auri vel argẽti pertinebant agi virgines etiam corrumpi matronas pollui. quę pudore ſui ſimiliter ab eis qui paſſi erant tacebãtur. ſicut ab illis qui gerebant deſiderabantur. qui videlicet facinora ſua timebant. ne facinora
C eorum in publicum proderentur. Tantaſq; ſe iniurias ſub herode & cotumelias paſſos fuiſſe. quantas nec vlla beſtia poſſet ingerere ſi facultas daretur hominibus imperaret. Et multas quidem ſepius calamitates ſuam gentem paſſam dicebãt ſed nunquam ſe in tantã infœlicitatem tantãq; eladem protinus incidiſſe. Exemplum nãq; iniquitatis & facinoris herodem vniuerſe genti fuiſſe. Et optaliter ſe archelaum quidem regem denominaſſe firmabãt: quia poſt herodem quemlibet malum ferẽdum & tolerandum vtiq; decernebant. Qui tamen ipſis initijs quaſi ſe mitiorem herode conabatur oſtendere: verum poſtea verens ne non proprius herodis filius crederetur. nihil vltra diſtulit: ſed ſtatim apertuit ſuę mentis indicia. Et cum nondum regni erat cõſecutus integram firmitatem: q; in cęſaris arbitrio cõſiſteret illius regni poteſtatẽ vel tribuere vel negare: dedit tamen ingenij ſui propoſitiq; monimẽta qualiter poſſet in futuro regnũ illud agere ex his quę in ipſos initijs perpetrare præſumpſit vt cui ues in tẽplo die feſto velut numini eos offerẽs auderet occidere vnde iuſte vniuerſe gẽti illum fuiſſe

Legatio iudeorũ Romę ſuper octo milia hoim petẽtiũ vt ſuis legibus viuerent.

Concilium in tẽplo apollinis cõgregatum.

Cõſãguinei Archelai ab ipſo podiũ ſecreto ſeperabant vincti cõtra eũ ludeis.

Oõ ludeoꝝ petẽtium regnum diſſoluẽdum primo argumenta ex herodis iniq̃tate multa ſumẽtes.

Mala quę cõmiſit hærodes adducunt ludei.

Stupra raptus & impudica ſcelera herodis.

Hærodes exemplu; iniquitatis & facinoris vniuerſi genti fuit.

Arguunt ludei malitiã Archęlai adducentes.

Conclusio petitionis legationis Iudeorum.

exosum propter merita suę crudelitatis & scæleris. Ob id quoq; ad has querelas legationē totam gentem destinasse firmabant. ¶ Petebant ergo vt eorum prouincia regibus careret & Syrię iungereturvt ab illis iudicibus regerentur qui illud ex Roma ad gubernandam prouinciam mitterent: & tunc posse cognosci dicebāt vtrum ne seditiosi essent & tumultuum concitatores: aut subiecti & deuoti si probis iudicibus & rectoribus vterentur. ¶ Talia iudeis dicentibus. Nicholaus regem criminibus expurgabat. Herodem quidem quoniam per omne tempus quo aduixerit munq; fuerat accusatus. Non enim vera posse dicere confirmabat eos qui cum haberēt aliquid vnde possent causari illo viuente prętermittentes quando possent in quibus lesi fuerant vindicari: illo mortuo querelas importune confingerent. ¶ Illa vero quę sub Archelao acta essent ad illorum improbitatem iniuriasq; redigebat qui contra ius & leges talia commisisse præsumpserint: quiq; cedis fecere principium. in eis qui se a tumultibus prohibebāt. Incusabat etiam eos q; seditionis libidine tenerent: & q; ptinates essent ad obediendum vel legibus: vel iustitię: dum cuperent in omnibus suis assumptionibus vincere. ¶ Hęc itaq; Nicholao dicente. cęsar hinc inde quę dicta sunt audiens conuentum dimisit & post paucos dies Archelaum quidem regem non ꝓnunciat. dimidię vero iudeę regioni (quę tributa herodi reddebat) topar cham alias tetrarcham constituit: spondens ei regiam quoq; dignitatem. si laboribus & fauoribus circa semetipsum meritus appareret. Alteram vero bifariam distribuit alteris herodis filijs Philippo videlicet & antipę. qui contra fratrem Archelaum de vniuerso regno certauerant & huic quidem regio trans iordanem galilea reddebat quę constabant in talentis ducētis per singulos annos. Philippo autem Iturea cum traconitide. & auranitis cum aliqua parte domus quae Zenodori dicebatur: reddebant talenta centum. Cęterum Archelao ydumea & iudea & samaria. Hęc enim leuigata fuerāt quarta parte functionū ex decreto cæsaris. ꝓpter qđ in seditione cęterę multitudini partícipes non fuere. ¶ Erant autem ciuitates quę Archelao tributa reddebant. stratonis turris. & sebaste a cum ioppe & hierosolymis. Gaza vero & gadara & ipse græcę fuere ciuitates: quas abscidens a dispensatione Syrię additamento iudeę regioni coniunxerat. Accedebāt ergo Archelao tributa per vnum quemq; annū secenta talenta ex omnibus regionibus quas in sua potestate susceperat Et hęc quidem de filijs herodis ordinata sunt. ¶ Salome autem super illa quae frater in testamento reliquerat erat autem iamnia & azotus. & phaselus. & argenti signati miriades quinquaginta. Cæsar etiam donat ei ad habitādum aulam regiam quę fuerat in ascalone constituta. Intrabant autē etiam huic redditus ex omnibus suis talenta per annos singulos sexaginta: domus autem eius in regionibus erat quę sub Archelai fuerant potestate. ¶ Accipiunt sanę regis quoq; cōsanguinei: quęcumq; in testamento declarant. ¶ Duabus autem filiabus eius virginibus pręter illa quę pater reliquerat Cęsar etiam vtriq; dona largit. vicenas quinas miriadas argenti signati. easq; coniunxit ferorę filijs cuncta vero quę illi fuerāt dimissa per filios herodis distribuit: erant autem quingenta & mille talenta: pauca sibi sumens vascula quae non tā ei magnitudine vel prętio. q̄ recordatione regis accepta constabant.

Iudeus quidē iuuenis Alexandro herodis filio interēpto simillimus suę gentis assumens adiutorem dicit se esse alexandrum a morte præseruatum Qui (multis sibi pecunias donantibus quasi de regio sanguine descendisset) dives factus. Romam ibat & (multis ei tamq; regi obsequētibus) plurimos propter similitudinem fallebat eumq; Iudei propter maternum genus plurimum honorabant Cæsar vero (audito nuncio) non credebat herodem sciens non facile decipi posse sed quendam liberum suū (qui sepius cum illis infantulis fuerit conuersatus) mittit vt videret Alexandrum qui sicut multitudo fuit receptus cum tamen inter verum Alexandrum & fictum dissimilitudo esset Cæsar factum examinat de Aristobolo eum interrogans Et eum a cęteris segregatum deceptionis quęrit inuētorem quē Iuuenis timore compulsus manifestat Et hunc deceptionis suasorem iubet Cæsar interfici & Alexandrum in numero constituit nautarum.

Iudeus quidem iuuenis simillimus alexādro filio herodē interēpto & suę gētis assumēs adiutorem dicit se esse Alexandrū ex morte seruatū &c.

¶ Capitulum sextum decimum.

QIs igitur a Cęsare dispositis. iuuenis quidam iudeus quidem genere: sed apud sydonios nutritus a quodam romanorum libertino qui eum in cognationem herodis induxerat similitudine formæ prouocatus: qua videbatur Alexandro consimilis filio herodis qui fuerat interemptus testificabant quoq; illi cūcti quorum aspectibus occurrebat. Ex hoc occasionem sibimet esse reputabat quo regnum posset excipere assumens secum adiutorem suæ gentis hominem scientem cuncta quę in palatio gerebant. & ingenio callidum ad magna negocia perturbanda: eo sibi huius factionis misterium ꝑbente cōscendit. Dicebat ergo se Alexandrum herodis filium ex morte seruatum ab his quibus eum vt perimerent fuerat delegatus. Occidentes quippe alios p quos imaginem complete iussionis ostenderent & expectatores fallerent: illum eiusq; fratrem aristobolum saluasse: His ergo figmentis & ipse in superbiam extollitur: & alios quotquot occurrerent erudiebat.

A Interea crœtam appulsis iudeorum omnibus qui cum illo colloquia miscuere persuasio facta est. Vnde ille quoq; pecuniarum Habundantia cœpit affluere: plurimis hinc inde donantibus præter hęc venit ad melum: ibi quoq; congregat meliora. Nam ei plures offerebantur pecunię fide qua ex regio sãguine illum descendere iudicabant & spe qua posset paterni regni iura pcipere vicemq; præstantibus reportare. Ibat igitur Romam plurimis in eius obsequio venientibus: & dicearcheam appulsus ibidem quoq; qui habitabant iudeos: similibus fallacijs illudere decipereq; non destitit. Occurrebãt nãq; illi veluti regi: & alij quidem plurimi: maxime tamen illi qui familiaritatem & amicitiam cum herode possederant. Causa vero maxima deceptionis erat hominibus q̃ illum casum cum voluptate a referentibus aduertebant. Ad hęc etiam accedebat fides ex formę vultusq; similitudine. Et enim etiam qui plurimum fuerant cum Alexandro conuersati: nichilominus inducti fuerant ad credendũ illum non fuisse alterum: sed Alexandrum Herodis filium. Ita vt etiam alij nescientibus iurare præsumerent. ¶ Proinde ingrediendi romam: & famasui cuncta replenti in occursum eius egreditur iudeorum plurima multitudo: instar miraculi salutem eius factam diuinitus ammirantes: & cum gaudio maiore illum suscipiunt: maxime propter maternum genus quod erat valde clarissimum. Proinde cum ciuitatem intraret: per plateas & vicos in sella portabatur cuncto regali cultu compositus ex opibus & quæstibus quas per diuersa loca percœperat: congregatur itaq; ad eum maxima multitudo voces plurimę clamoresq; cum fauore reddebantur: & omnia fiebant ad quę solent gaudia mentes homnum concitare: præsertim in tali euentu vbi præter spem salutis illius factam esse mirabãtur. ¶ Sed vbi Cęsari nuncium illud allatum est non quidem credebat: propter quod sciret Herodem non facilę posse in quibuslibet negocijs decipi. Præsertim in illis in quę animum intenderet ff: tamen sperãs potuisse contingere celatum: quendam suum liberum qui sepius fuerat cum illis infantulis collocutus mittit vt videret Alexandrum. Ille autem cum vidisset: nulla meliore discretione vsus est: q̃ vsa fuerat multitudo. Verum Cęsar decipi omnino non potuit: quoniam erat quidem ille similis Alexandro: sed non ita vt eos posset inducere: qui prudenter inspicere discernereq; valerent: siquidem iste falsus alexander ex labore & opere valde constabat attritus in illum autem delicatudo ex deliciis: & fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant: huic autem durius & grossius erat corpus. ¶ Intuens igitur mendacia conspirantem iuxta discipulum atq; doctorem: et cum fiducia verba proferentes: examinabat rem etiam de aristobolo cuncta perquirens quid de illo quoq; fuerat factum. et semetipsum obstupescere simulans rogabat ob quam causam aristobolus quoq; non venisset quo regnum etiam ipse dignitatemq; sibi deposceret. Cumq; ille respõdisset in cypro illum insula remansisse marinis pe
B riculis simul fatigatum: & tetritum vt si fortasse sibi aliquid non optabile proueniisset saltem ille saluaretur ne omne genus marianne penitus interiret. Talia enim illum doctor ille respondendo docuerat. ¶ Cęsar semotum adolescentulum a cęteris abducens. tibi inquit mercedis gratia salus a me præstabitur si non temptaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaq; michi quis tu sis: & quis te ad talia confingenda pepulerit. Maior quippe est tua ętate hęc ad inuenta calliditas. Tunc ille neq; enim vltra mentiri potuit in periculo constitutus: aperit cęsari omne figmentum vel quali modo vel a quo fuerit commenttaum. ¶ Tunc cęsar falli quidem alexandrum nequaq̃ cõtra quod promiserat fecit. Videns enim eum laboribus aptum in ordine constituit numeroq; nautarum. Illum vero qui talia præsumendo persuasit: morte condemnat: Melienses autem condemnatio sufficiens visa est: vt quantoscumq; sumptus vel pecunias in falsum alexandrum erogãssent irreparabiliter amisissent. Et circa falsum quidẽ alexandrum res cum magna temeritate præsumpte fine huiusmodi perceperunt.

¶ Archelaus suscepta tetrarchia venit in iudeam & Iozarum de pontificatu subrogato Eleazaro fratre amonit & Archelaidem vicum Edificauit Glafiramq; fratris vxorem sibimet matrimoniali ter coniũxit Iesus quoq; Eleazari a sacerdotio amoto substituitur Cęsar autem Archelaum omni Iudeorum nobilitate accusante ipsi indignum scribere iudicans Archelaum quendam ad Archelaum tetrarcham mittit expellendum & exul relegatur in viennam galliarum Cuius somnium Symon Esse nus exponens rerum mutationem significauit Glafira quoq; eius vxor somnium vidit quę statim reuelato somnio moritur Regio ita Archelai Syrię dispensationi coniungitur quo tempore Cyrinus a Cęsare in Syriam destinatur censum dispositurus.

C Capitulum septimum decimum.

ARchelaus autem tetrarchiam suscipiens mox vt iudeam attigit Iozarum boetij de pontificatu remouit: exprobans ei q̃ cum seditiosis vna conuenerit: Eleazarum autem fratrẽ trem eius ad pontificatum subrogat. Edificat in hiericonte aulam regiam cum elegantia & decore mirabili. medietatem quoq; aquarum quę ad irrigationẽ agrorum influebãt. tractu ductuq; constructo diuertit in campum qui ab ipso fuerat palmarũ arboribus consitus. Vicum etiã edificauit

Simulatus Alexãder multis pecunijs sibi donãtibus q̃si de regio sãguine descendisset diues factus ibat Romã multis i eius obsequo veniẽtibus tãq̃ regi plurios ꝓpter similitudinẽ fallebat Simulatũ Alexãdrũ Iudei maxime honorabant ꝓpter maternũ genus & regali cultu per plateas portabãt. &c. Cęsar audito nũcio nõ credebat sciẽs herodẽ nõ facile decipi posse mittit tñ quẽdã suu; liberũ q̃ D. domat. sepius fuit cũ illis ifãtulis collocutus vt videret alexãdrum qui sicut multitudo decœptus est. Cęsar semoto adolescẽtulo a cęteris cũ interrogat qs deceptionis fuerit iuẽtor qđ iuuenis tiore cõpulsus manifestat & tũc Cęsar Alexãdrũ in nũeroconstituit nautarũ suasorẽ vero iussit ifici.

Archelaus suscepta tetrarchia venit i iudeã & Iozarũ de pontificatu amouit elezaro fratre subrogato.

Archelausvicus Glafiram vxorē frīs ſibimet cōiugem accerſit.

cui nomen archelaidem conſtituit. ¶Paternam quoq; legem tranſgrediens glafiram archelai quidem filiam alexandri fratris coniugem ex qua filios quoq; ſuſceperat: ſibimet accerſit vxorem. Iudeis autem fas non erat fratrum vxores accipere. ¶Sed neq; Eleazarus in pontificatu diuturno tē pore perſeuerat. Siquidem etiam ſuper ipſum conſtituit ieſum oſeę filium. ¶Interea decimo anno principatus Archelai omnis nobilitas iudeorum primateſq; Samarię non ferentes crudelitatem eius moreſq; tyrannicos apud Cęſarem ei accuſationem inſtituunt: maxime quia cognouerant eum Cęſaris mandata tranſgreſſum. Nam ei pręcœperat vt manſuete clementerq; verſaretur ad populum. D

Eleaſaro amoto ieſus ſubſtituitur

Omnis iudeorū nobilitas Archelaum accuſauit apud Cęſarem anno principatus ſui decimo.

Cęſar igitur vt aduertit indignatione commotus: curatorem eiuſdem archelai: rerum earum quę Romę fuere Archelaus etiam ipſe dicebatur protinus aduocat. Cęterum ſcribendum archelao indignū exiſtimat: illum autem deſtinat vt archelaum celeriter exhiberet. Ille continuo ſine vlla dilatione nauim aſcendens: nauigauit celeriterq; pergit & in iudeam venit archelaumq; occupat cū amicis ępulum celebrantem. Mentem ei Cęſaris aperuit: vt confeſtim egrederetur ciuitatem compellit. ¶Cęſar vero viuente archelao aliquibus accuſatoribus aſtantibus cauſam hinc inde cognoſcit: ſed vbi ſe parum expurgat archelaus in exilium retrudi prępcipitur: in vienna ciuitate gallię habitaculo contributo. pecunias vero eius rationibus iuſſit ſociari fiſcalibus. ¶Sed anteq̄ romam vocatus fuiſſet Archelaus ſomnium ſuis amicis tale recitauit. Vidiſſe ſe namq; dicebat ſpicas decem numero plenas turgenteſq; frumentis vigoremq; integrum poſſidentes: quas videbat a bobus comedi. Sed hoc videns magnis fluctibus eius animus fatigabatur. A quibus dum ſciſcitaretur illi per diuerſas contrarias opiniones ſolutioneſq; diſcinduntur. ¶Tunc Symon vir Eſſenus veniens mutationem rerum illo ſomnio ſignificari dicebat Archelao non ſane in rebus ſecundis aut commodis prouenturam. Boues nā q; labores & miſeriam ſignificare firmabat: propter quod ſoleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri. Mutationem autem illo ſomnio demonſtrari rerum dicebat q; terra boum laboribus & operibus exarata in ſemetipſa permanere penitus non ſinatur. Per ſpicas autem decem peryodū decem annorum terminari manifeſtabat. Vnam quippe futuram eſtatem: & tempus ſuppleri aſſeuerabat archelao: quo de principatu ſuę poteſtatis exiret. Et ille quidem hoc modo ſomnium illud ex E poſuit. Quinto vero die poſtq̄ illud ſomnium archelao fuerat demonſtratum euocator eius archelaus procurator ſuus in iudeam venit a Cęſare deſtinatus. ¶Similiter & glafirę vxori eius & regis archelai filie prouenit. Quę primo ſicut ſupra oſtendimus: Alexandro in coniugium ſociata conſtabat Herodis quidem filio: & fratri archelai. Poſtea ergo q̄ idem alexander a patre fuerat interemptus: Iobato libiorum alias liciorum regi coniungitur. Quo defuncto item illam viduatam in capadocia a patre Archelaus in coniugium ſuſcepit: Mariam alias Mariannem excludens quę ſibi fuerat coniugata. Tantus ſiquidem illum glafirę amoris ardor intenderat. ¶Cum ergo iuncta eſſet Archelao: tale ſomnium ipſa quoq; contuetur Videbat quaſi alexandrum ſibi aſtantem & ſe quidem illi aggaudere: eumq; libenter & alachriter amplexari: illum vero exprobrationes ei protinus imputari dicentem

Mariti glafire filię Archelai regis capadocię.

Somnium Glafirę archelao cōiūctę expulſa marianne.

Iugale fœdus

Prouerbiū verū

O glafira nempe vel nunc confirmas prouerbium quod dicitur: fidem mulieribus non habendam. Nonne michi iureiurando conſtricta es & iugali fœdere virgo ſauciata. Poſtq̄ filios quoq; ſuſcepimus: mores noſtros oblita es ſecundarum nuptiarum cupidine. Sed neq; hoc tibi ſufficere iudicaſti quin etiam cum tertio ſponſo concumbere preſumpſiſti & ſine pudore domum noſtram ingrediens thorum genialem alias genitalem polluiſti cum Archelao ius coniugale conſocians: vt illum virum haberes quem meum fratrem eſſe conſtaret. Verum ergo nunq̄ tui penitus obliuiſcar: neq; beniuolētia qua ſemper circa te detentus ſum caream. Liberabo ſane te vniuerſis obprobriis: meam ſicuti fuiſti firmam ſtabilemq; perficiens. ¶Quę cum familiaribus mulieribus retuliſſet: poſt paucos dies vita defungitur. ¶Hęc ergo haud ſane importuna huic noſtro operi ratus in ſerui. Primum quia ea ſūt quę circa ipſos reges contigiſſe noſcuntur. inde vt exemplo vera probentur dicere illi a quibus immortalitas diſputatur animarum: ac etiam vt appareat diuina prouidentia rerum humanarum cū F cta diſponi: neq; incredulitate huiuſmodi rerum homines ledantur in moribus. Enimuero qui hęc crediderit: nullomodo prohibebitur per ſingulos dies advirtutis augmenta procedere. ¶Archelaiue ro regio tributaria facta ſyrię diſpenſationi coniungitur. Interea cyrinus vir conſularis a Cęſare deſtinatur cenſum in ſyria diſpoſiturus & domum rediturus.

Glafira reuelato ſomnio parū poſt moritur.

Immortalis aīa.

¶Regio iudeę quę fuerat Archelai Sirię coniūgitur diſpēſationi quo tēpore Cyrinus cōſularis a cęſare in ſyriā cēſū deſtinatur diſpoſitur.

¶Explicit Liber ſeptimus decimus.

¶CIRCA HOC TEMPVS Natus eſt Ieſus Chriſtus deus et homo: anno quadrageſimo ſecundo. Imperij Cęſaris Auguſti.

¶Incipit Liber octauus decimus qui continet tempus annorum triginta trium

Fides Mulieribus non habenda

A ¶ Cyrinus ad Syriam censor a Cesare destinatus & cum eo Copinius in Iudeam venit etiam Cyrinus in Iudeam/que dispensationi Syrie fuerat adunata/vniuersorum depreciaturus substantias Iudei vero/licet primitus descriptionis nomen dirum haberent/subiciuntur tamen Iozaro pontifice illis persuadente Sed Iudas Gaulonites & phariseus quidem sibi coniunctus multitudini non parere persuadebant talem descriptionem integram affirmantes seruitutem & exhortationibus ad suam libertatem defensandam incitabantur tunc que in iudea maxima fuit seditio per illos excitata His enī apud iudeos quartam philosophiam introduxerunt cum tamen illis ab initio tres essent philosophie a patrijs institutis derelicte Essenorum Saduceorum & tertia phariseorum quorum mores varij habentur phariseī enim futurum Iudicium credunt vbi cunctos homines ꝓpria merita recepturos/animasq; immortales secundum merita aut demerita premiandas aut puniendas Saducei vero animas mortales existimant simulq; cum corpore interire Esseni autem ad deum cuncta redigunt animasq; ponunt immortales & remoti ab omni populo sacrificia offerunt/omniaq; apud eos sunt communia Neq; vxores ducunt neq; seruos habent quorum cibus simplex & habitus mūdus/mortem quoq; cō tempnunt & amicorum amissionem.

Cyrinus ad Syriā cēsor a cesare destinatus & cū eo Copinius in Iudeam.

¶ Capitulum Primum.

CYrinus autem vnus de his (qui semper in consultatione congregabantur) vir per omnium magisteriorum & principiorum officia celebratus per cunctas aministrationes ad consulatus culmen ascendens & in cunctis alijs dignitatibus clarus cum paucis venit ad Syriā: censor gentis a cesare destinatus: & approbator vniuscuiusq; sententie. ¶ Mittitur etiam cum eo Copinius ductor totius equestris agminis potestatemq; iudeorum omnium ferens. ¶ Venit etiam Cyrinus iudeam nam dispensationi Syriæ fuerat adunana vniuersorum depræciaturus substantias: & Archelai redditurus pecunias. Porro iudei/licet in ipsis initijs descriptionis nomen dirum haberent) subiciuntur tamen ne amplius resisterent: persuadente illis pontifice Iazaro. (Boethij namq; erat iste filius) Et illi quidem cuncti ratione pontificis: depreciari suas permisere substantias nihil amplius hesitantes. ¶ Sed Iudas Gaulonites homo ex ciuitate (cui nomen erat gamalas) saddochum phariseum sibi coniungens: receſſionem facere festinabat depreçationem & censum nichil aliud esse dicebant q̄ integram seruitutem Proinde ad defendendam suam libertatem totam plebem diuersis exhortationibus incitabant. Omnem quoq; cooperaturam illis esse creaturam si pro bono libertatis honorē suū & gloriam magnanimitate tuerentur: sed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore: nisi talibus cōsilijs ad agendum procederent. ¶ His itaq; diebus amplius eorum animus concitatur vt etiam ab homicidijs se nullo modo arcerent quoniam magna voluntate quicquid ab illis dicebatur hauriebant: atq; hoc modo in magnum malum sedicio illorum & audacia prorumpebāt. Nichilq; sui malorum qd per illos non pullulauerit viros & supra q̄ dici potest illa gens continuationibus est repleta bellorum & clades inter eos & latrocinia depredationesq; gerebantur: optentu quidem vtilitatis defensionisq; communis: reuera autem propriorum lucrorum gratia tota seditio gerebatur. Multe itaq; cedes ciuū sociorumq; perpetrantur postremo in inuicem conuertuntur: non secus q̄si cōtra hostes infensius agerentur. Bellum itaq; quotidie depredationes/captiuitates/cedes vbiq; concurrebant: ita vt etiam templum dei ignibus concremarentur. Tantum valuit nouitas & institutionum mutatio paternarum.

Lu. ca. 2

B

Act. c. 5

Cyrinus venit i Iudeā depciatu rus substātias & hoc qđ dicit. Luce capitu. ij. Exijt edictuz a Cesare augusto vt describeret vniuersus orbis &c.

Seditio maxia i Iudea p Iudaz & saddocū phariseū latrocinia & depdationes gerebant obtentu vtilitatis communis sz reuera ꝓpriorz lucrorz gra tota seditio gerebat.

¶ Si quidem iste Iudas & saddocus quartam Philosophiam nouiter introduxerant: cuius amatorum copiam conquirentes seditionibus ac tumultibus repleuere publicā: sed etiam malorum futurorum radices pessimas plantauere per insolentiam inconsuetæ Philosophiæ de qua volo pauca disserere.

Quartā phiam introduxerī iudas & saddocus

¶ Iudeis Philosophie tres erant etiam inde ab initio institutis patrijs derelictæ essenorum saduceorum & tertia qua Philosophabant qui dicebātur Pharisei. Et quamq̄ de eis explanauerim in secundo

C libro Iudaici belli: tamen etiam nunc commemorationis gratia breuiter attingam. ¶ Pharisei enī quotidianam conuersationem exiguam habent & prorsus abiectam nihil molitudini aut delicatudini penitus indulgētes: sed quecumq; iudicio rationis oportere comperta sunt illa sequuntur prepositis nullomodo reluctantur Maiores natu competenti honore venerantur ita vt nec contrarium quidam alicubi aliquando respondeant: fato geri omnia credunt: sed neq; liberum arbitrium hominis auferunt. Iudicium dei futurum esse sentiunt. Illic cunctos homines ꝓpria merita recepturos tam eos quidem qui secundum virtutem vixerint quam illos qui nequicia deprauati sunt. ¶ Animas autem immortales dicunt sed etiam in inferno congrua vnicuiq; habitacula pro merito vel iniquitatis vel virtutis attribui sicut vnicuiq; viuenti gerebatur studium & alias quidem animas eternis retrudi carceribus alias autem reminiscendi facultatem percipere: & ob hec populis quidem credibiles acceptabilesq; Quantacumq; ad culturam diuinitatis pertinet orationum celebrationes templorum constitutiones expositionibus suis facienda esse prædicant. Nam tantum virtutibus eorum prelatum est

Tres phie ab initio apd Iudeos

Essenoꝝ saduceorū & phariseorum.

Phariseorū conuersatio & mores. Iudiciū futurū credūt.

Alias imortales dicūt & sedz merita aut demerita puniēdas &c.

Tres Iudeorum philosophie 7 Sette
de quibus ipse & Bello Iudaico li. 2 ca. 12

Phariseorum
Saduceorum
Essenorum

Saduceorum Mores et Essenorum Conuersatio

testimonium: vt ad eos plurimę ciuitates & maxima multitudo cum studio grandi cōfluerent opinione adducti qua meliores cęteris existimantur. ¶ Saducei autem animas mortales existimāt: simulq; cum corpore interire. Nullas vero alias obseruationes pręter legem custodiunt. Aduersus autem doctores philosophię suę certare & reniti gloriosum annumerant: sed ad paruos admodum doctrina p̄uenit vel modus excitationis. Primates autem apud eos dignitatibus honoribusq; celebrāt. ¶ Essęni autem ad deum cuncta redigunt. Immortalem animam dicunt iusticiam autem rem prætiosam pro qua vsq; ad mortem pugnandum esse prędicant In templo autem anathemata proponēda prohibēt. Sacrificia vel hostias cum populo non celebrant q̄ se plurimum ab eis putant mundicia vel sanctitate differre & merito se a communi congregatione discernunt remotim sacrificia facientes. Cultu vero morum atq; conuersationis optime ad colendam terram & exercendam omni studio intenti. ¶ Illud etiam habent dignum valdeq; mirabile q̄ in aliis non inuenias gentibus tam grecorum quam etiam barbarorum q̄ omnes illis opes in medio sunt: & ab eis omnia cōmunia possidentur: nichil amplius inter eos dicior fruitatur nichil pauperior defraudatur ac si nichil omnino possideat. Et illi quidem hoc modo sese gerūt. Sunt autem super quattuor milia hominum numero. ¶ Vxores non ducūt neq; seruos habere festinant. Aliud quippe iniquitatis: aliud sedicionis oportunitatem estimant. Isti ergo semotim apud semetipsos aduniunt mutuas sibi victusitudines ministrantes susceptores autem reddi tuū promouent curatoresq; constituunt qui cuncta quę terra profert in vsus necessarios amministrēt: Sacerdotes autem optimos viros eligunt & cibus illis simplex est: habitus insumptuosus & mundus. ¶ Quarto vero philosophię Iudas princeps extitit: cuius fecimus mentionem. Huius sequaces in vestitu: in habitu: cęteriscq; aliis phariseis consentiunt: circa libertatem vero immobilem retinent mutabilemq; sententiam: Nam huius rei cupido magna eorum mentibus est infixa: Solum enim principem & dominum dicunt deum: Mortis autem multas & varias species sustinere pro nichilo pendunt: vel cognatorum supplicia vel amicorum amissiones omnino contemnunt: dummodo nullum hominem dominum dicere compellantur: Nonnulli namq; viderunt qualiter aliqui eorum sepius in supplicijs immutabiles permansere: Vnde plurimi quoq; illius gētis hoc stulticię morbo insanabiliter ęgrotarūt: cestio floro alias Gessio fluuio principatum huius vanitatis obtinēte Nam ex hac quoq; superbia ad seditiones excitandas romanis recedendiq; ab eis & ipse p̄cipitatus est: & alios precites dedit. Et philosophię genera quidem hęc atq; huiusmodi sunt apud iudeos.

Saduceorū mores q aias mortales existimāt.

Essenorū cōuersatio & mores aiam imortales discentium &c.

Remoti ad oīm ppl'o sacrificia offerunt.

Oia apud eos cōmunia.

Vxores non ducūt neq; seruos habent.

Quartæ phiæ princeps Iudas fuit.

Mortem cōtemnūt & amicorū amissionem.

¶ Cyrinus (restitutis Archelai opibus descriptioneq; perfecta) Iozarum a sacerdotali deposuit officio Annanum substituens Herodes quoq; Tetracha Sephorim Muro circundedit auctocrarideā appellans & Bethorantam similiter Iuliadam vocans Philippus autem Cæsaream & Iuliam ciuitates edificat. Copinio Iudeos regente Samaritę in festo azimorum ossa mortuorum iacientes templū polluerūt Itaq; Copinio Romam reuertenti marcus successit in iudea sub quo Salome Herodis soror moritur iulię cęsaris vxori relinquēs omnem Toparchiam post Marcum Annius Ruffus (sub quo Augustus moritur) cui Tyberius tertius Romanorum imperator successit) principatū Iudeę recepit post quē Valerius gratus quintus Iudeorum rector efficitur. Is Annanum a sacerdotio remouens Ismaelum filium Iabim pontificem designauit & ipsum multosq; mutauit sacerdotes Cayphasq; qui & Iosephus dictus est sub eo functus est Sacerdotio huic pontius. Pylatus successor effectus est Herodes insuper ad Tyberij honorem ciuitatem edificauit Tyberiadem vocans & ciuem loci fieri septem dierum habitatione instituit.

¶ Capitulum secundum.

Tempus descriptionis.

Herodes tetracha Sephorim Muro circūdedit. Autocratidā vocās & aliā iuliadem.

Philippus cęsareā & iuliā ciuitates edificat.

INterea Cyrinus opibus restitutis Archelai descriptioneq; perfecta quæ facta est tricesimo & septimo anno postq̄ Antonius acciaco bello fuerat a cęsare superatus. Iozarū quoq; pōtificem seditionem a multitudine passum sacerdotali deposuit officio. Annanum in pontificatu substituens. ¶ Herodes autem & Philippus Tetrachiam suam eorum vnusquisq; suscipiens: Herodes Seforium Muro circundedit instar & similitudinem galięę quam Autocaridā appellant. Alia autem Bethoranta ciuitas etiam ipsa est quam Muro circumsepiens & iuliadam vocās ex nomine Iulię vxoris cęsaris Philippus autem paniadem quę est circa fontem Iordanis construens cęsarem nuncupauit: Tum etiam Bethsaidam proximam stagno genesara edificat & dignitatem ei ciuitatis attribuit habitatorumq; multitudine replet. Aliarumq; necessariarum rerum copia refertam facit: & Iuliam ob memoriam cęsaris filię vocat. ¶ Copinio autem illo iudeam tempore gubernante quem supra diximus cum Cyrino destinatum: huiusmodi factum in iudea prouenit. Azimorum dies agebantur (quam festiuitatem pascha vocamus) in qua mos erat ex media nocte portas templi a sacerdotibus aperiri. Et tunc itaq; apertis portis viri quidam Samaritę occulte in hierosolymam venientes

A per templi cūctas porticus & per totum phanum ossa iaciunt mortuorum. Et ex illo cœpit in templo custodia maiora sacerdotibus exerceri. ¶ Copinius autem non post multum tēporis romam reuertitur. Cui successor regende prouincię marcus efficitur. Sub quo etiam salome herodis regis soror vita defungitur iulia cęsaris vxori derelinquens iamniam & omnem suam toparchiam & i campo phaselidā & archelidā cōstitutā que etiā plurimis cōsiti fuere palmetis quorū fructus optimus & valde p̄ cipuus: ¶ Sed & huic quoq; succedit annius rufus. Sub quo etiam cęsar moritur romanorum secundus imperator septem & quinquaginta annos aduiuens in imperio menses sex dies aliquantulum super duos. ¶ Ex quibus quatuordecim annis simul cum eo antonius reipublice gubernacula rexerat Viuens itaq; annos septuaginta & septem vita decessit. ¶ Huic succedit in principatu tyberius nero vxoris eius iulię filius: qui fuit romanis tertius imperator. ¶ Sub quo quintus iudeorum rector valerius gratus afficitur. Annij rufi successor. Is ananum remouēs sacerdotio. Ismaelam filium . Iabi pontificem designauit. Sed & hunc multo post abiciēs eleazarum annę pontificis filium sacerdotio subrogauit. Post annum vero etiam hunc arcet officio: & symoni cuidam canuti filio ministerium pontificatus attribuit! Sed non amplius & ipse q̄ vnius anni spacio eodem perfūctus officio. Iosephum cui cayphas nomen fuit habuit ordine successorem. ¶ Et gratus quidem talia gerens romā reuertit̄ post̄q̄ vndecim annos in iudea compleuerat. ¶ Huic successor pontius pylatus effectus est. ¶ Herodes autem tetrarcha ad magnam amiciciam tyberij peruenies edificat ciuitatem quam ex eius cognomento tyberiadē denominat mœnibus 'eam firmis fortibusq; circundās in galilee regione iuxta stagnum genesar. Vnde aquę calide non longe distabāt in vico cui nomen erat amathus. In hāc sibi confines plurimi defluere: atq; etiam ex tota galilea non parua multitudo concurrit. Et omni quoq; regione (quę sub illo fuerant coustituta) ab eo coacti cōueniunt: vt ibidem commanerent. Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia transferūt. Suscepit etiam quotquot inde veniebant in opes & egenis plerosq; etiam quos liberos non esse constaret: quibus tamen securitatem libertatis attribuit & beneficia plura contulit: vt hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate discedere. Priuatas etiam domos ex propriis opibus fabricabat: terras largiebatur vt his omnibus habitatores stabiles efficeret. Maxime autem ex paterna lege transcribens in qua signficabatur vt habitatio septem dierum cīuē loci perficiat.

Copinio romā reuertēte. Marcus successit i iudea sub quo salome herodes soror moritur.

Annius succedit marco sub quo moriť āno imperij sui. lvij. Tyberius succedit augusto tertio. Multos mutauit sacerdotes Cayphas qui & iosephus dictus est sacerdos.

Pylatus iudeorū p̄ses.

Herodes tetrarcha ad honorē tyberij ciuitatē edificat tyberiadam vocans.

Hitatio septem dierū ciuem loci facit.

¶ Phraates parthorū iperator insidijs aphraate filio ex cōcubina. Thermasa Ithala nata paratis cooperāte matre moritur Pharates autem Iuuenis parricidio & infando matris amore exosus expulsus emoritur. Quo mortuo parthi hęrodem vocant eis regnaturum qui propter crudelitatem eis

B suspectus extinguit. Deinde missa legatione bonones rome obses ad parthis imperandum mittitur qui mansuetudinem eius spernentes ab imperio illum deturbant obsidatum iudicantes seruitutem Arthabanus quoq; medorum rex ab ipsis vocatus venit cui bonōes occurrens cum exercitu eum fugat sed non post multum tempus congregato exercitu confligit cum bonone qui victus fugit. Sileuciam deinde ad thesifontem. Et postea iteratū est bellum contra Arthabanum vbi bonones captus Siliano syriæ p̄sidi traditur qui quoniā eum romę cognouerat eum honorifice tractauit. Eo tempore mortuo comagene Anthiocho rege plebs aduersus nobilitatē scinditur et vtraq; pars legationē mittit. Et senatus Germanicum cuncta Syrie negotia mittit correcturum qui veniens in partibus: orientis a pisone veneno perimitur.

¶ Capitulum Tertium.

IN illis diebus moritur phraates parthorū imperator insidijs illi a phraate filio prępa-
ratis. secundum hūc modum. Fraates imperator post̄q̄ legitimos filios habuit asciuit sibi Ytalici generis concubinam: cui nomen erat thermusa. A cęsare iulio cum alij muneribus hęc ei fuerat condonata. Et primū quidem ea sicut dixi pro concubina vtebaťcaptus mira pulchritudine mulieris. Procedente vero tpe filioq; ex ea fraate suscepto cōiugē eā legitimā designauit: quā honorabiliter tractabat in oībus quicq̄d ei etiā diceret obediebat. Itaq; festinās vt parthor̄ pricipatus filio suo cōtingeret q̄d videbat aliter fieri non posset nisi exide legittimos filios aliqbus argumētis excluderet: p̄suadet iperatori vt illos tomē obsides destinaret. Proinde illi non erit facile fuit fraati dispositionibus thermusę resistere romā a patre

C mittunt. Et solus in regno fraates filius enutrit. Sed post̄q̄ adoleuit: graue reputans ac molestū vt principatū patre tribuēre susciperet: insidias p̄parat patri cooperante sibi etiā matre. Nā sermo quoq; fere baťq̄ ei cōcubitu miseret. itaq; p̄ vtroq; facinore gēti factus est exosus: tā parricidio q̄ amore matris infando seditionibusq; excitatis anteq̄ amplior fieret. ex regni potestate depulsus emoritur. Concordantes itaq; in vnum parthorum fortissimi: cementesq; sine principe se non valere consistere ceperūt respicere quisnā illis ex genere arsaciadar̄ fieret imperator. Nā alitude fieri nō licebat. Vnde quoq; gnaturum eis.

Phraates pharorū ipator insidijs a filio ex cōcubina susceptо patris cooperante matre moriuur.

Phraates iuuenis gēti exosus parricidio & infando mris amore expulsus emoritur & pthi hęrodē vocant regnaturum eis.

Herodes ferocissimus multitudini propter crudelitatem suspectus extigit

Legatiõe missa Bonones rome obses ad iperandũ mittit partis q mãsuetudinẽ eius spernẽtes illũ perturbãt impio obsidatũ iudicãtes seruitutem.

Bonões victus fugit ad seleutiã deinde ad Thessifontem.

Iteratũ bellum cõtra Arthabanũ vbi captus Bonões Sillano syrie pñi di tradi tur. Mortuo antiocho rege comagene plebs aduersus nobilitatẽ scinditur & vtraq; pars legationẽ mittit, &c.

vsq; in hodiernum diem pollutum dicunt & iniuriatum ex semine mulieris ytalicę illud imperium. Herodem quoq; per legatos ascisc̃unt. Sed postq̃ iste quoq; susc̃epit imperium: cœpit inuiduosus esse multitudini atq; suspectus propter immensam crudelitatem. Erat quippe ita ferus: & omnibus modis immitis. Hunc ergo congregati simul extingunt. Pleriq; dicebãt q̃ eum in sacrificijs inter altaria peremerunt. Nam eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros portare. Apud plurimos tamen opinio illa est q̃ dum venatum pergit occisus est. ¶ Legationẽ itaq; romã mittunt: vnum ex obsidibus ad imperum postulantes. Et mittitur illis bonones cęteris suis fratribus antelatus q̃ iudicabat fortunam suam potestatemq; non insolenter aut nimie tractaturus. Sed barbarę multitudini celeritia conuersio suboritur. Siquidem sunt etiam natura mutabiles. Mansuetudinem itaq; eius cœpere contemnere indignum putantes vt seruo subiicerentur alieno. Nam obsidatum seruitutem esse definebãt Neq; iure belli datum: sed quod peius putabant in pace ad iniuriam suę gentis & regni: alienis esse contraditum. His ergo querelis gens vniuersa commota: illum perturbat impetu. ¶ Confestim artabanum euocauit regem medorem. ab arsacidarum genere descẽdentẽ. Persuasus itaq; artabanus venit cum omni milicia cui bonones occurrit: & multitudine congregata parthorum cum eo bello: congreditur. Artabanus autem victus: confugit ad montes Mediç. Et non post multum tẽpus cõgregans etiam ipse magnas turmas exercitus cum bonone confligit & victus bonones cum ad seuliciã fugit equitatu. Artabanus autem fusum parthorum exercitum insequẽs: magnam stragem operatus est. Tunc barbaris grandi metu compressis ad thesiphontem als contextifontem cum magna multitudine pergit. Illo itaq; parthis imperãte: bonones in armeniã venit: & primo quidem in illa regione cœpit imperare: deinde vero ad romanos legationem mittit. Sed vbi tyberius petitionẽ eius abnuit ille recte ad parthos conuertitur: & bellũ arthabano denunciat: quando quidem nulla illi recuperandi regni machinatio succurrebat. Cęterum armenij qui circa nifatem habitabant artabano fuere sociati a quibus detentus bonones: rectori syrie sillano cõtraditur. Ille autem ex verecũdia q̃n rome eũ nouerat custodiuit: honorificeq; tractauit. ¶ Armeniã Orodi Orodes arthabanus vni suorũ tradidit filiorũ. ¶ Ea tẽpestate morit comagene rex anthiochus & plebs aduersus nobilitatẽ scinditur et mittit vtraq; pars legationem romam nobilitas quidem statum reipublicę habitumq; mutare desiderãs vt prędialidispensatione regetur: multitudo vero regnũ proprio more habere cupiebat. Senatus autem vtraq; legatione susceptа ex decreto germani cõmittit cuncta Syre negocia correcturum: agẽte fortuna quo facilius interierit. Nam veniens in partibus orientis & in melius cũcta disponens a pisone veneno perimitur: sicut iam in aliis iudicatum est.

¶ Pylatus iudeę rector assumpto de Cęsarea exercitu legem iudeorum soluere nisus statuas in templo collocauit primus enim cum signis ciuitatem intrauit prędecessoribus suis prędidibus siue signis mœnia ciuitatis ingressis ipse vero iudeorũ admiratus fortitudinẽ quos pro legalium custodia ad mortem paratos videt ymagines de hierosolimis auferri & in Cęsaream iubet produci. Sed ex opibus templi aquę ductum fabricare volens Iudeos hoc impedientes militibus eos adorso circuũenire pręcepit qui magnam multitudinem prostrauerunt. ¶ Capitulum quartum.

Pylatus ciuitatẽ cũ signis primus intrauit prioribus Iudeę rectoribus sine signis mœnia ciuitati sigressis.

DYlatus autem iudeę rector exercitum de cęsarea secum assumens tendit ad hierosolimã vt leges solueret iudeorum. Nam secum statuas que in signis militaribus inerant intromittit. Imagines autẽ aut aliquid huiusmodi facere lex nostra prohibet: & propter hoc ante illũ oẽs iudeę rectores sine signis ingrediebant mœnia ciuitatis. Primus autẽ pylatus ignorãtibus populis itrogressũ signa quę secũ apportauerat in ciuitate cõstituit. ¶ Illi vero mox vt rem cognouere congregati veniunt cęsaream diebus plurimis supplicantes vt ymagines de hierosolimis auferãtur. Pylato vero abnuente q̃ iniuriam cęsaris si fieret estimabat: iudei nullomodo discedunt. Tunc ille occulte in insidiis armatos milites collocauit. ¶ Cumq; pro tribunali sedisse quod ei fuerat ornatum in stadio nam eum locum insidiis quas preparauerat aptum esse perspexerat: iudeiq; iterum supplicarent: signo dato milites processere: iudeisq; vndiq; circũdatis cœpit pylatus mortem comminari nisi quieuissent: At illi mortem se potius electuros q̃ constitutiones legis sue transgressum ire firmabant. Tunc pylatus ammirans fortitudinem iudeorum in conseruandis legalibus cõstitutis confestim ymagines de hierosolimis auferri pręcepit. Cęsaream q; perduci. ¶ Voluit etiã ex opibus tẽplia aque ductũ pgẽtẽ in hierosolia fabricare: susc̃ipiẽs initiũ torrentis q̃ stadios duũ miliũ interuallo distabat. Sed iudei non libenter accipiunt & circa eos qui operabant multa milia hominum congregata: clamabant vt ab illo opere cessaret. Pleriq; etiã maledictionibus vtebant contumelias quoq; iactantes: sicut vulgaria solet multitudo. Ille vero milites iudeos a dorso circũuenire p̃cipiens iubebat vi discederẽt. Illis aũt ad cõtumelas iniuriasq; cõuersis dato signo militibus iussit vt iudeos iuaderẽt. Milites porro ãpliora q̃ iussi fuerant ppetrantes: multitudinẽ magna cede p-

Pylatus iudeos paratos ad mortẽ p custodia legaliũ vidẽs ymagines de hierusalẽ auferri p̃cepit perducitq; in Cęsaream.

sternunt. Plures igitur ibi deficiunt plerique aũt sauciati discedũt atq; hoc modo illa seditio terminat.

¶ TESTIMONIVM DE IESV CHRISTO VNIGENITO DEI FILIO

A ¶ Testimoniũ virtutũ Iesu Christi q multos iudeorũ & multos gentiliũ sibi adiunxit quiq; p Pylatum accusatione iudeorũ cruci adiudicatus est sed tertio die resurrexit scdm pphetias de eo diuinitus inspiratas & ab eo xpianorũ q ab ipso nũcupati sũt nomẽ & genus pseuerat. Cpm. v.

Testimoniũ virtutũ xpi Iesu.: Ad iudicatus cruci p pylatum Resurrexit tercia die.

Nomẽ xpianorum & genus a christo.

VIt autem isdem temporibus IESVS vir sapiens si tamẽ virũ eũ nominare fas est. Erat eni mirabilium operum effector & doctor hominum eorũ qui libenter quę vera sunt audiunt & multos quidem iudeorum multos etiã ex geutibus sibi adiũxit. CHRISTVS hic erat. Hunc accusatione primorum nostrę gentis virorũ cum pylatus in crucẽ agendum esse de creuisse non deseruerũt hi qui ab initio eũ dilexerunt. ¶ Apparuit ei eis tertio die iterũ viuens scdm q diuinitus ispirati pphetę vel hęc vel alia de eo inumera miracula eẽ futura pdixerãt Sed & i hodiernũ. CHRISTIANORVM qui ab ipso nuncupati sunt: & nomen perseuerat & genus.

¶ Paulina Romana Saturnini vxor honesta et pulcherrima cuius amore Mundus equestris emeritus diues & nobilis captus maxima illi pro concubitu promittens dona sed eiectus maximo affectus est morbo quem Ida liberta quedã ex parẽtibus lenona astutissima sanare cupiens sacerdotes templi isidis pecunia corrumpit qui paulinam mulierẽ castam & simplicẽ decipiẽtes finxerũt Anubũ Egiptiorum deum paulinam diligere & eius Thorũ appetere. Quod liberter illa & optabiliter suscepit ad amicas gloriando denunciat, hoc etiam marito qui grata propter vxoris pudicitiã cõcessit Illa igit per gẽte ad templum cũ ipsa cenasset & tẽpus quiescendi veniisset vniuersa a sacerdote claudunt substractis luminibus Mundus aũt itro latitans venit ad mulierẽ quem deũ existimãs illa reuerenter recepit & cũ ea mũdus pernoctans circa vicinam lucis recessit. Tertia vero die occurrens Mũdus dolum detegit pauline que scissis vestibus facinus cognoscens ad virũ occurrit & factionem apperiens iniuriam vlcisci ipsũ deprecata est qui imperatori tyberio cuncta nunciauit. Qui diligẽter causam examinans sacerdotes cum ida adegit in cruces & templũ funditus euertit statuãq; insidis in tyberim iactari precepit Mundũ vero Exilio dãnauit. ¶ Capitulũ sextum.

Paulinę romãę Vxoris saturnini laudes & pulchritudo.

Mundus equestris emeritus diues & nobilis amore captus paulinę illi maxima pmittens dona p vno cõcubitu ereiectus Ida liberta Mũdo omniũ iniquitatũ coagulũ leonona astutissia.

B ISdẽ tẽporibus iudeos alia seueriora perturbant. Nam etiã in templo isidis quod romę fuerat institutũ factũ quoddã turpitudine plenũ opprobrioq; contigit. Quod primũ explanabo: tum demũ ad illa quę apud iudeos euenere trãsibo. ¶ Paulina quedã mulier erat romę pclare morũ dignitate studio castitatis intenta, honestatis opinione cõspicua. Erat etiã opũ locuplex magnitudine & vultus pulchritudine decorosa ętate aũt qñ maxime mulieres pudicitia decorãt. Hęc nupta erat saturnino: etiã ipso genere opibus cetero culnuq; cõsimili. ¶ Huius itaq; amore detinet iuuenis quidã Mũdus noie ex numero equestri sed in gradu iã emerito cõstitutus & dignitate magna sublimis: ydoneus etiã ad munera largienda sumptusq; faciẽdos Nam memorate quoq; mulieri maiora dona promiserat Quę illa contemnente maximo fuerat amore succensus: vt etiam viginti miriadas dragmarum atticarum se daturum pro vno concubitu spopondisset. Sed neq; sic illa deflexa est. ¶ Tunc ille nimiam infoelicitatem morbi sustinens siquidem neq; cibum valebat accipere morti se addixerat: hoc vnum sibi iudicans tãti mali fore remedium. Et ille quidem tale decretum animo infigens: persingulos dies hoc agebat vt celeri morte raparet. ¶ Erat autem Mundo liberta quędam exparentibus nomine ida: omnium malorum & iniquitatum coagulum. Quę grauiter ferẽs q ille inuenis damnaret se in mortem nam clarebat omnino periturus accedẽs erexit eum: & cepit cum eo talia fabulari quę animũ eius bone spei facerent. Promittebat namq; se actutam apud paulinam: vt quinq; miriadas accipiens concederet iuueni quod volebat. His itaq; dictis iuuenem de morte reuocans. sumpsit ab eo pecunię quantũ placuerat. Sed non eadem via paulinam aggreditur qua fuerat ante temptata. Cernens animum mulieris nullo modo capi pecunijs: scienscq; illam quemadmodum esset occupata cultura Isidis: tale aliquid machinatur. ¶ Accedit ad quosdam ex templo isidis sacerdotes quibus interpositione iurisiurandi fidem seruare perpuasit dans etiã in presenti duas miriadas & dimidiam promittens etiã aliud tantũ si quod vellet habuisset effectum. Tunc causam aperit: amorẽ iuuenis indicat. orat vt & mulierem quibus possent modis inducerent. illi aũt pecuniarum cupidine capti: promittunt quicquid impraret protinus ipleturos Presertim aũt ipse maximus sacerdotũ vi paulinã conueniret ac suis verbis im

Astutia diaboli ca mulieris fãus Sacerdotes tẽpli isidis pecunia corrupti.

C pelleret pollicet. ¶ Finxit itaq; se ex egypto venisse ab ãubo destinatũ q is grãdi circa paulinã amore teneret eiq; deũ sibi iussisse vt romã venire mulieriq; precepta numinis aportaret Libenter illa & optabiliter suscepit atq; ad amicas gloriãdo denuncat qd ab anubo tali merito iudicet. Hoc ẽt itimat & marito q ab ea thorum & conam anubus cõcupiscat. ille autem grate concessit: pudicia cõiugis nõ

Fallacia maximi sacerdotis ad paulinã. &c.

ignorans. Illa igitur pergit ad templū & cū cenaſſet templuſq; quieſcendi veniſſet vniuerſa a ſacerdote clauduntur cuncta quoq; lumina ſubtrahūtur. ¶ Mundus autem intro latebat abſcōditus qui poſtq̄ ſilentium factum eſt: ad mulierem venit. Illa autem exiſtimans deum eſſe reuerenter accipit: atq; ita cum ea mundus pernoctans: circa viciniam lucis abceſſit. Illa autem manefacto conſurgens: atq; ad ſuum virum veniens: aduentum ad ſe numinis enarrauit. Similiter etiam loquitur ad amicas magnā ſibi ex hoc gloriationē reputans proueniſſe: & quia verba quoq; ad illam feciſſet anubus indicauit. D

¶ Sed exaudientibus alij nō credebant natura inſpicientes rei: pars autem credebat. Quidā vero miraculum dicebāt pudicitiam attendentes: diuitatemq; referentes. ¶ Tertia vero die poſtq̄ factum eſt occurrēs ei mundus o paulina inquit ſaluaſti mihi viginti miriadas: quas poſſes familiaribus tuis rebus adijcere. Nunc autem nec meis poſtulationibus defuiſti: & damnificatiōe liberaſti. Nam in tē plo tota nox a te cum mūdo peracta eſt: nec mei nominis intereſt voluptas precepta. Nihil enim ad perficiendum negociū offuit: quod anubus vocitatus ſum. Et ille quidem talia locutus abſceſſit. Illa vero in mentem rediens tunc primum illud facinus intellexit: & ſciſſis protinus veſtimentis ad virum occurrit factionemq; aperit tam magni facinoris: deprecata ne ſuam iniuriam neglexiſſet. At ille impetori cuncta denunciat. ¶ Tunc tyberius cauſam diligenter examinans vniuerſum ſacerdotum ſceleus inuenit & ipſos quidem cum Idā que cauſa totius iniquitatis extiterat adegit in cruces. Tēplum autem ipſum funditus euertit ſtatuamq; Iſidis in tyberini fluuiū iactari pręcepit. Mundum autem exilio damnauit: dignum eum maiore pœna non iudicans: q̄ amoris vehementia deliquiſſet. Et ea quidem quę in templo iſidis prouenere tali fine concluſa ſunt.

Mūdo detegēte dolū paulia ſciſſis veſtibus factus itelligēs ad virū occurrit & factionē apiens iniuriā ipſū vindicari deprecata ē. Tyberius cognita ſacerdotū negtia ipos cū ida adegit i cruces euerſo funditus templo. &c.

¶ Iudei cuiuſdam a patria propter tranſgreſſionem legis profugi: malicia qui vna cū tribus ſibi ſimilibus fuluiam quandam de cetu nobiliū decipientes auri & Oſtri plurimum accipientes pro ornatu templi vſibus propriſs aſſumpſerunt quo cognito Tyberius propter horum quatuor hominū nequitiam omnes iudeos a Roma iubet excedere: Samareorū quoq; gens tunc turbata eſt hos enim Caphedon vir mendax peruertit falſis promiſſionibus in monte Garizim congregans quos aſcendē tes pylatus occidit Quem Samareorum principes de huiuſmodi occiſione apud Vitellium ſyrię pri cipem accuſant & illum romam mittit decimo anno preſidentie ſue Marcello ſubrogato Sed anteq̄ pylatus romam veniret Tyberius occubuit. E

Iudei pfugi a patria qa moſaicę legis trāſgreſſor accuſatus malicia qui vna cum tribus ſibi ſimilibus Fuluiam quandam de cetu nobiliū decipientes auri: & oſtri plurimū accipiētes p orna tu tēpli vſibus p priſs abſūpſerūt Quo cognito Tyberius oēs iudeos e roma excedere iubet Et ſic propter quatuor nequiciā vniuerſitas punit Iudeorū.

¶ Capitulum Septimum.

QVnc ad rem redeo vt explicem que iudeis romę eodem tempore cōtigerūt: ſicut etiā ante preſtrinxi. Erat quidē vir genere iudeus de ſua patria pfugus. accuſabatur autem de legalium tranſgreſſione pręceptorum. Vnde apud ſuos quoq; reus habebat & malignus in oibus. iſte per multos dies legem ſe Moyſi exponere ſimulauit: & tres viros in omnibus ſibi ſimiles cōſocians ſeducunt fuluiam quandam vnam de cetu nobilium: vt legi iudaicę animū ſuū dederet. Cui perſuaden vt oſtri & auri plurimum in hieroſolymam mitteret templi ornatui profuturum. Quod ſi li ſumentes propriſs vſibus abſumpſere. propter quod etiam argumentis & fallacijs antea cuncta pegerant. ¶ Tunc tyberius nam ei totum negocium ſaturninus inſinuat vir fuluię pariter amicus & tutor iubet roma cunctos iudeos excedere. Conſules autem quattuor mſlia ex iudeis militātes mittūt in ſardorum inſulam. Plurimos autem militare nolētes propter legis paterne cuſtodiam affecere tormentis. ¶ Atq; hoc modo propter neqciā quattuor hominum: vniuerſa ex vrbe pellitur multitudo. Sed neq; Samareorū gens turbis expers fuit: vel tumultibus aliena. Hos enim peruertit vir quidam mentiri pro nihilo ducens. Caphedon nomine qui omnē plebem ſuaſionibus artificioſis induxerat vt in montem Garizi omnes accurrerent: q̄ eum ſanctū hērent ac venerabilem. Pollicebatur enim ſe aſcēdētibus oſtenſurū vniuerſa vaſa quę ibidem a Moyſe fuiſſent obruta. At illi perſuaſi verbis illius armat & cōſederāt i quodā vico cuius nomē cyrithua atq; hic ide plurios cōgregabāt vt cū maxima multitudie mōtē aſcēderēt. Sed hos in ipſo aſcēſu Pylatus occupat. omnē eqtatū p̄cedere iubēs: & ductu velociſſimos atq; ibi circa memoratū viciū pugna cōmittitur & alios obtruncant pluresq; in fugam vertunt: maximam partem capiunt quorum ſeditionis principes vel eos quſ in fugiendo plurimum valuerant pylatus interfecit. ¶ Sed ex hoc Samareorum gente turbata cuncti priores ad vitelliū veniunt qui per idem tempus gerebat Syrie principatū: atq; apud eum Pylatū accuſant quod iniuſte tātos occiderit Non erā a Romanis diſcedendo: ſed iniuriā pylati declinādo in Tyritua cōgregatos eſſe profitebant. Tunc vitellius marcellū vnū ex ſuis amicis q curaret in iudea conſtituit: pylatū aūt romā pgere vt de his qbus a iudeis accuſabat: ſe i iudicio cęſaris expurgaret. ¶ Tūc pylatus poſtq̄ i iudea decimū annū cōpleuit pergit romā vitellij viſione cōpulſus Nō eni poſſet eius diſpoſitionibus reluctari. Sed anteq̄ pylatus romam veniret: tyberius ex humanis rebus abſceſſit.

¶ Vitellius i paſchate hieroſm aſcendēs iudeis magnificis & liberalis venaliū rer; p̄ciū minuit, ſto lāq; pōtificis & ornatū eius i tpo ſub pōtificiū cuſtodia pmiſit ſcdz ātiquū morē herodes nāq; & eius

filius archelaus in Antonia terre custodiri preceperant hic iosephum caypham cognominatum a sacerdotio remouit subrogato Ionatha Anne filio Scribente quoq; tyberio ad vitellium vt amicitiam
A cum Arthabano conficeret ille magnis muneribus suadet hybereorum & lambanorum regi vt cum Arthabano sine vlla dilatione pugnarent At illis a pugna abstinentibus Scithe parthorum terram vastant & contra Arthabanum bellum maximum faciunt ibi filio eius interfecto. Quod audiens Tyberius vitellio iubet cum Arthabano amicitiam facere quod & factum est filio eius obside tyberio cum muneribus dato cum quo etiam iudeum hominem nomine lazarum propter magnitudinem gygātem vocatum mittit vitellius autem pacis tractatum Herode preueniendo cesari rescribente maxime contra eum iratus iram in animo reseruans.

Capitulum octauum

VItellius autem veniens in iudeam ascendit in hierosolimā & erat tunc forte festiuitas a maioribus instituta que paschavocatur. Vitellius itaq; magnificus ac munificus extitit i populo. Nam & venalium rerum precia leuigauit & in alijs plurimis circa eos liberalis apparauit Sed & stolam pontificis vniuersumq; eius cultum atq; ornamentum in templo haberi permisit & sub pontificum potestate seruari secundum moris antiqui institutionem. Nam anteq̄ vitellius venisset in antonia seruabatur. Arx enim huiusmodi nomine censebatur: vt autem ibidem seruaretur talis extitit causa Pontificum quidem hyrcanus nomine vnus ex multis nam plures hoc vocabulo fuerāt nūcupati paius in loco templi vicino tabernaculum cōstruxerat & ibi ex maxima parte degebat ibi etiā stolam pontificalem habuit. Nam custos eius existebat propter quod eam soli licebat induere quando templum intrabat. Ceterum quando in ciuitatem exibat: priuatis indumentis vtebatur. Hanc itaq; consuetudinem & ipse & filij eius & eorum filij multo tempore conseruabant. Sed primo q̄ herodes accessit in regnum illud tabernaculum opportuno loco sibi situm existimans opulentius cōstruxit & antoniam ex noie antonij q̄ erat amicus appellauit: Sed & stolā sicut eā repperit ibi eā etiam custodiri existimans ex hoc nihil seditionis aduersus se populum commoturum. Similiter etiam fecit archelaus filius eius postq̄ herodi successit in regnum & deide archelao excluso a romanis seruabatur stola pontificis in illo tabernaculo ex lapidibus fabricato sub sigillo sane pontificum & Gazophilatio habebatur quo & ceteri tēpli ornamēta & cādelabrū quoq; seruabatur: quod tamē per dies festos ad vsum pontificū tradebatur. Transacta vero festiuitate iterum i loco proprio reponēda reddebatur: & per tres ita festiuitates singulis quibusq; annis & per ieiunia dabatur atq; reddebatur. Vitellius autē tunc secundū morem antiquū stolā illā pontificum potestati contribuit neq; permisit vt quando vsui opus esset a Gazophilace alias Gazophilacio peteretur. ¶ Hoc itaq; beneficiū iudeis indulgens pontificem Iosephum cognomento Caiphamsacerdotali remouit officio: cui Ionatham filiū anne in pōtificale ministeriū subrogauit. Quę cum egisset: iter confestim quod i anthiochiam ducit ingreditur
B ¶ Mittit etiā tyberius ad vitelliū litteras iubens ei vt amicitiam cū arthabano parthorū imperatore conficeret. Terrebat enim eum q̄ inimicus exstaret & armeniam inuasisset: ne forte amplius eius cōcepta pgrederetur audacia. monetq; vt nō aliter eius amicitię crederet nisi filios suos obsides p̄buisset. ¶ Hęc itaq; ad vitelliū scribēte tyberio ille magnis muneribus psuadet hybereorū & lābanorū regi vt cū arthabano sine vlla dilatione pugnarēt. At illi a pugna quidē abstinēt verum scithas cōcesso eis trāsitu aperiētes capiaspilas i arthabani regiōes mittūt atq; ita deuastatur armenia oisq; terra parthorū hostibus ipletur & cladibus. Nā primi eorū passim vbiq; perimūtur turbis & luctu cūcta cōplētur: filius iperatoris i ea pugna perimitur cū exercitu vniuerso. Nā multe miriades defecere parthorū Ipsūq; arthabanū per munera vitellius corruptis amicis eius & consanguineis: pene perdiderat. Sed cū dolos intelligeret arthabanus seq; circūuentū irremediabiliter agnouisset. nā erant & plures & primi a quibus insidie parabātur: cū paucis fidelibus ad superiores satrapias abscessit: atq; ita se insidiantiū dolis eripuit. Postea vero magnā manū dacorū suorūq; cōgregās & superās suū tutatus est pricipatū. ¶ Hęc igitur audiēs tyberius: iussit postea cū arthabano amicitiā fieri quod ille etiam libenter amplectitur. Hoc autē quādo gerebatur circa eufratē fluuiū erāt arthabanus & vitellius atq; ibidē de pacis fœdere colloquūtur: in medio sibi pōte fluminis occurrētes: paucos secū vterq; qui sibi munimento forent adducēs. Ibi de pace postq̄ locuti sunt. Herodes eius tetrarcha conuiuiū in medio loco pręparat tabernaculū ex velamentis pręciosis exornās. Tūc arthabanus dat obsidē tyberio dariū filiū suū. cuius quo etiam munera magna multaq; trāsmisit: in quibus etiā hominem magnitudine septem cubitorū
C genere iudeū noie lazarū qui propter corporis vastitatē gygas vocabatur. His itaq; peractis vitellius ad anthiochiā: arthabanus aūt in babiloniam reuertuntur. ¶ Herodes autē volens semetipsum cęsari tali nuncio cōmendare: litteras per huiusmodi destinat portitores i quibus intonat pacem factam obsidēq; susceptū postremo cuncta denunciat quę ad negociū ptinebāt nichil penitus ptermittens postea vero cū a vitellio destinarētur de his rebus epistolę: rescribitur a cęsare quod cūcta iā ante co-

y.iij.

Vitellius in paschate hierusalē ascēdens iudeis liberatis fuit venalium rerū pręcium minuēs & stolā pōtificis & ornatū eius i tēplo sub pōtificū custodia pmisit secundum antiquū morem.

¶ Antonia teris ab hęrode edificatur vbi stolā custodiri precipit & similiter Archelaus filius eius.

¶ Vitellius iosephū cōnoiatum caypha a sacerdotio remouit subrogato Ionatha Anne filio. Tyberius ad vitellium pro amicitia cum arthabano conficere scribit.

Tyberius vitellio amicitiam iubet cū arthabano fieri qđ & factū est filio eius obside cū muneribus dato. Lazarus iudeus Gygas.

Gaius Tyberio succeſſit imperio

gnouit hęrode de oĩbus edocente. Ex hoc vitellius ſupra q̃ quiſq̃ ratus erat idignatiõe turbatus. Nõ tamẽ ſuũ animũ aperit ſed iram mẽte ſeruabat donec reuerteretur. Gaio ſumẽte regimẽ principatus.

¶ Philippo tetrarcha herodis fratre cuius mores & ab ſubiectos cõuerſatio laudatur anno. xxiij. imperij Tyberij ſine hęrode mortuo principatum diſpenſationi ſirię commiſit Tyberius. Tũc quoq; inter Aretham Petreũ & Hęrodem regem Simulatio maxima fuit quia hęrodes filiam Arethę habẽs vxorẽ hęrodiadem Ariſtoboli filiam coniugẽq; viuentis Philippi fratris vxorem accœpit. Quod arethę filia cognoſcens ad patrẽ remeauit. Et hoc inimicitiare fuit inter aretham & hęrodem inimicitiũ atq; belli vbi hęrodis exercitus maxime fuit debilitatus: ſed ſunt nonnulli qui hęrodis victum exercitum propter iniuſtam Iohannis baptiſtę mortem fuiſſe dicunt. Timens em̃ herodes ne plebs Iohannis ſanctiſſimi monitis a regno diſcederet fecit eum detrũcari. vitellius autẽ cõtra arethã pręcipiente Tyberio bellũ parat varus vero cũ hęrode hieruſalẽ aſcẽdens hoſtias immolauit Ionathã a ſacerdotio remouẽs qđ fratri eius cõtradidit. Quartoq; die poſt litterę de tyberij morte allatę ſunt. Capi. ix:

D

Philippus tetrarcha herodis frater ãno. xxij. imperij tyberij defunctus eſt.

VNc etiã philippus hęrodis huius frater vita defũgitur viceſimo quidẽ ſcdo ãno iperãte tyberio. Ipſe aũt p trigita & duos alias quiq; ãnos rector aduixit ſub ſuo iure poſſidẽs trachonitidis & gaulanitidis regionẽ. Ad hęc etiã varitaneorũ gentẽ vniuerſam ſuo regimine gubernabat. Is moderatũ & mãſuetũ ſe cunctis quibus imperabat exhibuit: nullas impreſſiones aliquibus importans. Nam eius ad ſubiectos conuerſatio talis erat: pcedebat in itinere cũ paucis electis ſibiq; gratiſſimis: i cauſis iuſta iudicia pferebat: occurſantibus vel opis ęgentibus auxiliabatur impigre ac ſi forte oppreſſionẽ ſenſerat alicuius ſtatim i ſolio cõſidẽs cauſam audiebat iuſte parti adiutor iniuſte autem punitor exiſtẽs. Hic ergo moritur in iuliada. vnde magnis exęquijs in monumentum defertur quod ab ipſo ante fuerat conſtitutum iuxta Pauiadã exęquięq; ſunt illi magnifice celebratę. ¶ Principatum autem tyberius ęſar aſſumens. Siquidẽ nullũ reliquerat filium diſpenſationi. Syrię regiminiq; cõiunxit. Functiones autẽ tributarias quecunq; colligerentur in eadem pręcepit tetrarchia ſeruari. ¶ Hiſquoq; tẽporibus inter arethã petreũ & hęrodem regem ſimulatio magna contigit: propter huiuſmodi cauſas. ¶ Herodes tetrarches vxorẽ habuit arethę filiã: cum qua non paruũ tempus aduixerat. Sed cũ Romam euocaretur. herodes trãſiens in domũ Hęrodis exceptus eſt. Frater eius etiã erat ipſe ſed nõ ex vna matre progeniti. Hęrodes em̃ ex filia Symonis ſacerdotis fuerat procreatus. Cumq; ibi eſſet Hęrodiadis amore captus eſt vxoris alterius herodis. Filia enim erat iſta ariſtoboli: ſotor aũt agrippę maioris. Audet igitur cũ muliere de nuptijs ineundis miſcere ſermonem Illa vero ſuſcipiente. pacta firmantur. vt cum roma reuerſus fuiſſet. Illa cõnubij iura ſuſciperet. Erat enim in pactis vt filiã arethę regis excluderet. Et herodes quidem romam talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reuerſus eſſet peragens romę propter quę fuerat euocatus vxor eius fideliter cũcta cognoſcens quę inter eum herodiademq; fuerant compoſita. anteq̃ eam ille cuncta cognouiſſe ſentiret rogat virum vt in macheronta vbi limes erat arethę herodiſq; regionis ab eo mitteretur nihil ſuę voluntatis aperiens. Hoc herodes libenter accipiens mittit vxorẽ: nihil eã ſenſiſſe penitus arbitratus. Illa vero pręmiſerat enim ante multum tempus ad patrẽ vt ei apud Macheronta omnia pararentur quę itineris vſus expoſceret: a ductoribus arethę ſuſcipitur confeſtimq; iutrat arabiam: atq; ibi ab illis ductoribus ad alios ab illiſq; rurſus ad alteros tranſmiſſa cum ſumma celeritate patri perducit cui cunctam herodis aperit voluntatem. Ille vero ex huic inimicitiarum ſumpſit exordium. atq; ab vtroq; exercitu congregato in regione gamalica bello confligitur non quidem ipſis præſentibus: ſed ductoribus ab vtraq; parte tranſmiſſis. Pugna itaq; facta. & exercitu herodis afflicto proditione profugarum qui ex philippi tetrarchia ad herodem quaſi auxiliandi cauſa venerãt hęc herodes ſcripſit ad tyberium. Ille aũt indignatus q̃ arethas talia ppetrauit ſcripſit vitelliovt ei bellũ incũctãter inferret & aut viuũ eũ victũ adduceret aut certę mortui caput afferret tyberius quidẽ vt hęc ageret rectori ſyrię demãdabat. ¶ A quibuſdã aũt iudeorũ videbatur ideo periſſe exercitũ q̃ i eũ ſatis iuſte indignatio diuina commota ſit pro vindicta iohannis (qui vocabatur baptiſta). Hunc cum herodes occidit virũ valde bonum qui pręcipiebat iudeis virtuti operam dare & iuſticiam colere in deum ſeruare pietatem & per baptiſmũm in vnum coire tum demum enim baptiſmum acceptabilem fore ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur. verum etiam ad caſtimoniam corporis: atq; ad animę iuſticiam purificationemq; ſeruetur omniumq; pariter virtutum velut lignaculum & cuſtodia quędam fidelis habeatur. Quę cum ab eo præcepta huiuſmodi docerentur. Atq; ad audiendum per plurima multitudo concurreret: veritus herodes ne forte doctrinę eius perſuaſione populi a ſuo regno diſcederẽt videbat enim q̃ preceptis eius ac monitis parata eſſet plebs in omnibus obedire: melius credidit priuſ q̃ noui aliquid fieret pręuenire hominem nece: q̃ poſtmodum turbatis rebus Seram plenitudinem gerere. Ex ſola ſuſpitione herodis: vinctus in caſtellũ machęronta adducitur iohãnes: ibiq; obtrũcatur.

F

Math. ca. 14. Mar. c 6. Euã. hſto. ca 44.

F

Math. ca. 14. Mar. ca. 6.

Herodes timens ne plebs monitis iohãnis baptiſtę a regno diſcederet fecit eum detruncari.

Laudes iohãnis baptiſtę.

Herodes ſuis ab arethę exercitu victis militibus ſcripſit ad tyberiũ qui indignatus ſcripſit ad vitellium bellũ arethę inferre. &c.

Philippi conuerſatio honeſta & boni mores.

Tyberius philippi ſiue Hærode moriẽtis pricipatum commiſit diſpenſationi ſirię

Joannis Baptiſtę Laudes

Iudeis autem sicut iam diximus videbatur pro eius vltione interitum illi exercitui deum importasse: quo herodes sumpsisset digna supplicia. ¶ Vitellius autem cœpit omnia præparare: vt bellum cum aretha perageret. Sumens igitur duas legiones: & expeditorum & equitum vniuersam manuum: cū A ctosq; auxiliarios ex regibus qui sub romanis erant simul adducens: volebat per iudeam transitum facere. Sed venientes in occursum eius primates iudeorum postulabant ne per eorum regionem iter ageret: ne compellerentur contra legem suam ymagines & signa suscipere. Quibus auditis ille persuasus mutata sententia quam ante consulto prouiderat: per campum magnum ire precepit exercitum. ¶ Ipse autem cum herode tetrarcha & amicis ascendit in hierosolymam: deo hostias immolaturus. Nam dies festus iudeorum propinquus instabat: ad quam festiuitatem occurrens fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine iudeorum exceptus est. Ibiq; peragens festos dies. Ionatan pontificali remouit officio qd eo filio eius fratri contradidit. ¶ Quarto aūt die allatę sunt illi litterę: in quibus significabatur mors tyberij: & vt omnem multitudinem congregans ad deuotionem gaij iurare compelleret. Milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat q; bellum jam gerere non valeret nescius gaij propositum in quem potestas rerum translata constaret. ¶ Dicebatur etiā q; hoc arethas ex augurio antea cognouisset. Nam cum ad eum vitellius nuncium belli misisset. Fertur vitellij militibus respondisse impossibile prorsus vt ad Petros romanus exercitus aduenire. Antea enim vnum ex principibus moriturum vel eum qui bellum imperauisset vel illum qui imperantis proposito ministraret vel illum aduersus quem prelium pararetur. Vitellius interea in anthiochiam repedauit.

Vitellius bellum cōtra arethā par

Varus cū herode hierusalē veniēs deo hostias imolauit: & ionatham pontificali remouit officioquod frī eius contradidit.

¶ Agrippa herodes Romam venit vt ab imperatore aliquam obtineat potestatem. Hærodes enim omnis origo propter eius impietatem citra centum annos consumpta est. In quo ad humilitatem & modestiam humanum genus perducitur cum illius familiæ calamitates audierit. Epylogus autem generationis illius hic habetur.

Capitulum decimum

AGrippa vero aristobili filius āno anteq̄ tiberius moreretur romā venit: volēs apud igatorē agere vt sibi aliquā tribueret potestatē. ¶ Volo igitur plenius explicare de vniuerso herodis gñe q̄liter fuerit ꝓpagatū. Simul em̄ & sermo ad hanc historiā ptinet & āplius enitescet nihil ꝓdesse vl exercitus vl corporis valitudinē vl alia quę vidētur mortalibus appetēda: sine pietate qua colit deus. Siquidē ītra cētū ānorū spaciū p̄ter paucos nā admodū plures erāt: cūcta hęrodis origo cōsūpta est. Sup hęc etiā ad humilitatē & modestiā humanū genus ꝓducitur: cū illius familiæ calamitates audierit. ¶ Postremo etiā ois res agrippę declarabitur digna maiore miraculo qualiter ex priuato & abiecto ad tātā magnitudinē potestatis ascēderit: quod nūllus scientiū eū de illo hoie aut sperare posset aut credere. ¶ Dixi quidē iam & antea de his tamē nūc quoq; diligentius explicabo. ¶ Hęrodi maiori fuere ex mariāne hyrcani filię duę ex quibus vna idest salome nupta fuit phasello B nepoti suo filio phaseli fratris hęrodis. Hāc em̄ pater ipse tradiderat. ¶ Altera vero idē cyprps antipatro: etiā ipsa nepoti quidē hęrodis: filio autē sororis eius salome. ¶ Et phasselo quidē ex salome procreantur filij quiq; antipater: herodes & alexander. Filię autē alexādra & cypros quā i cōiugiū agrippa acceperat filius aristoboli. Alexādra autē honorabilis vir cyprianus ex nobilibus habebat vxorē: sed nullos suscipiens filios cypros emoritur. ¶ Verū ex agrippa quidē pueri procreātur duo filię aūt tres: beronice mariāne: drusilla. Agrippa autē & drusus pueri vocabātur. Quorū drusus anteq̄ ad adolescētiā veniret moritur agrippa autē a patre nutriebatur. Hęrodes autē & aristobolus & beronice etiam hij quoq; fuerūt filij hęrodis maioris. Beronice custobari alias custodibari fuit & salome filia sororis hęrodis: hos infantulos aristobolus dereliquerat occisus a patre cū alexādro fratre. sicut ante iā diximus. Sed hij postq̄ adoleuerūt ducit herodes quidē iste Agrippę fratre mariā alias mariānē filiā olimpiadis herodis regis filię & iosippi: qui erat hęrodis regis frater. Habuit autē ex hac filiū aristobolum. ¶ Tertius autē agrippę frater aristobolus ducit. Iotopolam alias Iotopatham Sigerami alias Sigeramini filiā emesssorū regis: ex quibus nascitur pueila cuius audiendi sensus fuerat opturatus: nomine iotapa. Et esti quidē masculorū filij fuere. ¶ Hęrodias quoq; erat his soror progenitaq; hęrodi Hęrodis maioris filio fuerat iuncta quē ex mariāne susceperat symonis pontificis filia. Ex istis etiam salome filia procreatur. Qua procreata hęrodias legē paternā transgrediens hęrodi coniungitur fratri viri sui ex vno patre progeniti viuum deserens virū. Hic autē cui cōiuncta est tetrarchiā habebat galileę. Filia vero eius salome philippo filio hęrodis nupta est tetrarche trachonitidis regionis. Sed C isto sine filijs moriente aristobolus eā in coniugē suscepit filius hęrod frater agrippę ex quibus filij quoq; nascūtur tres hęrodes agrippa aristobolus. Et salome quidē talimō ꝓpia propagatur. ¶ Ei aūt ex ātipatro filia ꝓcreatur cypros quā alexas salicias sumit vxorē. Alexę vero huiusq; mulieris filia fuit rcē cypros. ¶ Herodes autē & alexand quos fratres diximus ātipe sine filijs moriuntur. ¶ Alexā dro autē herod regis filio q a patre fuerat interēptus alexāder & tigranes filij gñantur ex archelaica

Agrippa Herodes romā venit. Notāda sētētia.

Citra cētū ānos herod origo cōsūpta est ꝓpter eius impietatē.

Epylogus gñatiōis maioris herodis.

Filij Salome ex phaselo.

Agrippę filij & filię ex alexādra

Herodias filia aristoboli.

Herodias pater nā legē transgrediēs virū deserēs viuū herodi fratri viri sui cōiungitur.

Filij alexandri interempti.

padocorum regis filia. Et tigranes cum regnaret quidem in armenia accusatus in roma sine prole defungitur. Alexandro autē tigranes hōnius alias hōmius fratris eius gignitur filius. Et iste Alexander qui duxit Antiochi cōmaginorum regis filiā Iotapam nomine. lisidi cilicię ciuitatis a vespasiano rex efficitur. ¶ Et alexandri quidem origo confestim vt pullulauit culturam gentis suę dereliquit: ad ritus transiens moresq; gentilium. ¶ Cętere vero filię herodis nullam prolem penitus habuerunt. Hę rodis autem quam memoraui prosapia: permansit vsq; ad tempus quo agrippa maior regnū accepit D

Alexādri origo ad ritus transit gentilium.

¶ Agrippa Romę maximam familiaritatem cum Druso Tyberij filio & Antonia eius vxore habuit. Qui prodigus mortua matre opes effundens ad magnam peruenit paupertatem & mortuo Tyberij filio in Iudeam redire compulsus est grauatusq; debitis seipsum interemisset nisi fuisset ab vxore prohibitus. Quę illi ad hęrodiadem sororem quam herodes tetrarcha vxorem acceperat scribere suasit vt propter consanguineitatem & vellet in ęgestate constituto ferre auxilium. Illum itaq; Herodes & herodias euocantes ęgentem aliquo tempore nutrierunt sed sibi herode exprobrante agrippa exprobrationis impatiens abscessit & amicitiam cum flacco Syrię gubernatore procurauit. Qua prodita accusante eum fratre. Extrema penuria circunceptus sub vsura pecuniam recipiens a Massia Nauim ascendens & herennium capitonem pollicitis decipiens Alexandriam profugit vbi Alexandrum inueniens ab illo quinq; talenta mutuo accepit.

Capitulum vndecimum.

¶ De herode agrippa. Magī hysto. Actuum apostolorū. lix. lx. lxi. lxij. lxiij. lxiiij.

Agrippa prodigus mortua matre opes effūdēs ad magnam peruenit pauptatē.

¶ Agrippa mortuo tyberij filio cogitur in iudeam redire.

Agrippa grauatus debitis voluit semetipsum interimere sed ab vxore phibetur Herodis: & herodes tetrarcha agrippa euocantes ęgētē aliquo tpe nutrierunt.

Agrippa apud flaccū syrię gubernatorē amicitiā procurauit.

Is itaq; de herodis gñe declaratis nūc de agrippa narrabo vt qualis illi aduersitas fortunę prouenerit: qualiter oēs calamitates effugerit: itēq; ad magnā dignitatē potestatēq; cōscenderit. ¶ Ante paucū igitur tēpus q̄ rex herodes devita discederet: agrippa apud romā erat: vbi maximā familiaritatē cū druso tyberij filio conquisierat & cū antonia drusi maioris coniuge: propter quod hęc matrē eius in honore magno haberet & venerabiliter appellaret. Agrippa vero magnus & natura largus existens. & ad donandū valde munificus viuente quidē matre suam voluntatem non valebat ostendere: verens ne illā in aliquo cōtristaret. Mortua vero matre & proprij factus arbitrij cœpit opes suas abundāter effundere: vt alia quidē quotidiani victus gra opulenter erogaret alia muneribus in diuersos expēderet: pluri ma vero libertis, q̄ ipse p eos posset aliquid adiuuari. Proide hoc modo semetipsū exhibēs: breui ad magnam penuriam ęgestatemq; peruenit. ¶ Accessit illi etiam aliud. Vnde romę permanere prohiberetur. Contigit eñ tyberij filiū mori. Quo mortuo tyberius prohibuit omnes amicos filij sui omnesq; familiares ante faciem suam accedere ne illis visis recordatione filij facta dolor ei luctusq; moueretur. Ob hanc igitur causam in iudeā Agrippa nauigāde perrexit. vidēs se apud romā miserabiliter viuere ꝓpter quod oēs opes suas amiserat: & nulli illi additus essent. Vndeposset aliquos questus habere. Nā multas ibi etiā pecunias sub fœnore acceperat a quibus cum vrgeretur vnde debitum cō solueret nō habebat. Defectu igitur consilij & confusione q̄ se aliter videret discessit in quendā turrē quę in malathes fuerat cōstituta addicens semetipsum vt de hac luce defūgeretur. Quę cū vxor eius Cypros alias cypris ita esse sentiret: cœpit oībus modis laborare vt eū a morte prohiberet. Inuenit ergo consilium vt ad suā sororem herodiadā scriberet quam herodes tetrarcha vxorem acceperat intimans ei in quibus esset Agrippa constitutus vel qualiter vellet morte damnare. Oportere illā ꝓpter consanguinitatem auxilium ferre. ¶ Illi vero Euocantes agrippam habitationem illi in Tyberiada construunt: & aliquantum ęris per singulos dies quod ad victum eius ministraretur dari precipiunt. Sed in hoc herodes non multo tempore perseuerat. Licet etiam ipsa quę darēt sufficientia nō essent Nam cū in aliquo die Tyro per vinum hoc herodes exprobraret Agrippę Agrippa impatiēs exprobrationis abscessit atq; inde perrexit ad flaccū virum consularem. Cum quo Romę non paruam amicitiam induxerat. Is enim tunc gubernationem Syrię dispensabat. Cūq; susceptus esset a flacco: apud eum interim degebat. Retinuit ibi flaccus etiam aristobolum fratrem Agrippę: sed simultate diuersū: haud sane per hoc in aliquo præpediebantur. Quo minus amicitiā consulis honorē mererentur. Sed non tamen aristobolus aduersando cessauit. Donec eum flacco quoq; reddidisset inuisum huiusmodi causam offensionis inueniens. Damascenis cum Sydonijs pro militibus certamen exercebant. Cumq; inter eos flaccus auditurus foret: illi cognoscentes. Agrippam q̄ apud eum plurimum posset. Rogabant vt eorum partis fautor existeret: ar entum ei plurimum promittentes. Et ille quidem omnia studiose gerebat. Quod damascenis suffragaretur auxilium. Aristobolus autem non enim eum latuit pecuniarum quę facta fuerat promissio causam deportat ad flaccum. Quę cum fieret examinatione manifestior: a sua gratia repellit Agrippam. ¶ Ille autem extrema penuria circunceptus ad Ptolomaidā pergit. atq; ibi necessitate rei familiaris astrictus Consilium capit in ytaliam nauigandi Sed cum eum sumptuum prohiberet inopia marsiam libertam suum rogabat vt ei tanto molimine adiutor existeret ab aliquibus pecunias mutuando. Et marsias primum quendam beronicę matris agrippę libertū

Agrippa ꝓdita gra flacci accusāte eū fre penuria circundatus.

ſed iure teſtamenti eius factum ditionis antonię poſtulat vt ei aliquas pecunias daret:ſcriptura & fi-
A de mediante. Ille vero quęrebatur de agrippa pro cuiuſdam fraude pecunię: & compellit marſiam ſo-
cautum daturum milium atticarum facereq; vt duo milia minus quingentis acciperet. Ille porro con-
ceſſit:quia non erat aliud quod egiſſet. Sumpta itaq; pecunia Agrippa antedonam venit:& reperiēs
nauim iter propoſitum peragebat. Hoc agnoſcens Herennius capito lāte curator milites mittit vt
ab eo argenti triginta miriades exigerent:quę Romæ de theſauris Cæſaris debebantur. Quiq; conue
nientes agrippam dare pecuniam compellunt. Ille vero facturum quod iubebatur aſſimulans: noctę
Alexandriam profugit:vbi alexandrum depręcatur Alabarcum vt ei viginti miriades mutuas largi-
retur. At ille ipſi quidem ſe daturum nō promiſit Cypræ alias Cypridi autē ſimilia poſtulanti nō ab-
nuit:obſtupeſcens ſtudium dilectionis eius erga proprium virum:& q̄ eam videbat honeſtatis cun-
cto gerere decoratam. Alexander igitur quinq; illis talenta in alexandria mutuat: promittēs vt cum
inde Archeā veniret ibi reliquum daret:timens agrippam q̄ in expenſis eſſet effuſior. Et cypros qui-
dem exinde virū in Italiam nauigaturū dimittens ipſa cū filijs in iudeam reuertitur.

Agrippa ſub vſura pecuniā recipiens naui aſcendit &c.

Alexand agrip pę & vxori q̄ cū q; talenta mu tuat.

¶ Agrippa puteolis appulſus ad tyberium ſcribens ab eo in capreis honorifice eſt receptus ſed
a capitone accuſatus q̄ .xxx. miriades exactores fugiens non ſoluiſſet cęſaris amiſit gratiā. Ipſe vero
ab Antonia .xxx. miriades mutuo recipiens debitum ſoluit et gratiam recuperauit & Gaio cęſaris ne
poti coniungitur et a quodam Samareo centum miriades mutuo recipiens debitum Anthonię red-
didit Quiq; cum Gaio mortuo Tyberio debitum diceret imperium Euticheus libertus ſilentio ver-
bum tradidit & cum ab Agrippa furti accuſaretur ductus ad Tyberium dicit ad piſonem verba que-
dam velle enunciare Tyberio. Tyberius autem habuit eum in vinculis more ſuo vtens q̄n neq; le-
gationes facile recipiebat neq; cito remittebat/ Officiarios quoq; ſuos propter vtilitatē ſubditor nō
mutabat nouos officiarios dicens ad furta & rapinas eſſe promptiſſimos exemplū vulnerati hois ad
cuius vulnus iniuſte plurimę congregantur adducens hię enim .xxij. annis permanens in imperio ſo-
B lum duos in iudea habuit diſpēſatores/ vinctorum quoq; & non ſine cauſa differebat examinatiōes.

Agrippa ad ty berīū ſcribens i capreis honori fice ab eo eſt receptus.

¶ Capitulum duodecimum.

AGrippa vero puteolis appulſus epiſtolam ad Tyberium Cęſarem ſcribit/ qui tunc ca-
preis agebat pītiam ſuam ſignificans:vt dignus fletet vultui cęſaris apparere:vt conti
nētiam ab eo mereret. Petebat ergo vt ei capreas venire cōcederet. Tyberius aūt nichil
dilatione producens clementer illi & humane reſcripſit. inter alia quoq; gaudere ſigni
ficans illum ad ſe ſoſpitem repedare. Cumq; ille capreas aduenīſſet nichil minus ei cę-
ſar alacritatis exhibuit q̄ per litteras oſtenderat. Nam & eum amplexatus eſt: & magnifica hoſpitali-
tate ſuſcepit. ¶ Sed poſtero die allatis litteris ab Herennio capitone in quibus ſignificabat q̄ agrip
pa triginta miriades debens liber ſoluendo nō eſſet:& ob id tempore quo ſe ſpoponderat redditurū
profugit exactores euitans animus cęſaris immutatus eſt. Nam cum illam legiſſet epiſtolā indigna-
tione commotus ingreſſum ad ſe interdixit donec ab eo debitum redderet. Ille autem nequaq̄ ex cæ
ſaris idignatione turbatus Antoniam depręcatur Germanici matrem & claudij qui poſtea Cæſar ef
fectus eſt vt ei triginta miriades impartiret. ne ab amicitia tyberij decidiſſet. Illa autem Beronice ma-
tris Agrippę recordatione/ nam ſe he mulieres admodum diligebant: ſiquidē Claudio pariter lac prę
buerant pariterq; illum enutrierant argentū quod poſtulabat impartitur. Quod cū pro debito reddi
C diſſet: nullo modo poſt hęc ab amicitia tyberij prohibetur. ¶ Deinde Tyberius Cęſar eum ſuo nepo
ti cōiunxit iubens vt ei in omnibus proceſſionibus adhęſiſſet. Agrippa vero ꝓpter quod ab Antonia
cū magna gra funſſet exceptus cœpit omni niſu vt gaiū eius filium in oībus accuſaret qui fauore ma-
tris in magnis habebaſ honoribus. ¶ Erat ibi forte quidem genare Samateus libertus Cæſaris ab eo
mutuat miriadas centū. eo quibus Anthonię reſtituit quod debebat. Ex reliquo autem Gaium am-
plius accuſabat: vnde apud eū maiorem adipiſcitur dignitatē. Per dies igitur Agrippa circa Gaium
in melius ꝓcedente. quodam die ſermo fit de tyberio. Cumq; Agrippa ex affectu vota profunderet
vt celeriter defuncto tyberio Gaio daretur imperium quem meliorem dignioremq; in omnibus eſ-
ſe firmabat/ inter auditores horum verborum forte fuit quidam q̄dam Euticheus Agrippę libertus
& Auriga. Et tunc quidem ſilentio quod audierat tradidit. ¶ Poſtea vero cum eum Agrippa
furti argueret. pro veſtibus aliquibus & reuera aliquanta veſtimenta ſubtraxerat/ fugiens compre-
henditur. Cumq; ad piſonem duceretur/ qui tunc fuerat cuſtos ciuitatis: cauſam fugæ requiſitus ver-
ba quędam ſecreta cęſari enunciare dicit eius munimini ſalutiq; profutura. Proinde vinctū mandat
ad capreas. Tyberius autem more ſuo vtens habuit eum in vinculis cuſtoditum. Magnam enim ſolli
citudinem pro ſemet gerebat ſuper quemlibet aut imperatorem cogitans: aut tyrannū. Nam neq; le-
gationes facile ſuſcipiebat: neq; ducū ſuorum vel curatorum vel aliorum in cęteris conſtitutorū off i-

Agrippa a ca ptione ăccuſa tus q̄ non ſol uēs .xxx. miria des exactores fugiſſet cęſaris gratiā p̄didit.

Agrippa ab an thonia .xxx. mi riades mutuo recipiēs debitū ſoluit & tyberij amicitiā recu pauit & gaio cę ſaris nepoti cō iungit.

Agrippa a quo dā Samareo cē tū miriadas mu tuās Anthonię reddidit debi tum.

Euticheus li bertus furti ab agrippa accuſa tus victus dnciꝫ ad tyberium.

cijs remotiones prouectionesq; celebrabat: nisi forte cum quisq̃ in aliqua deprehenderet offẽsa. Alio quin nulli ab eo dabatur nisi morte successio. Nam vinctorum aliquas secretas denunciationes suspectas habebat. Vnde cum amici causam huius dispositionis inquirerent respondisse fertur legationes quidem ideo nec facile suscipere: nec cito dimittere nec ceteri videtes alios facilius absolutos ex hoc plures ad se venire incitarentur & sibi frequentia legatorum molestiam inquietudinis apportaret p̃sertim cum necesse esset etiam eis dona largiri. ¶ Magistratus autem semel datos ideo iugiter pmittere dicebat illis quibus fuere concessi: qđ intelligeret consuli per hoc & prestari ex magna parte subiectis. In natura namq; omnem ãministrationem hoc habere firmabat vt circa opes acquirendas faceret homines studiose festinare. ¶ Cum igitur non se aliquis perennem in officio permanere perspexerit: manifestum esse q; omne gerat studium vt anteq̃ arceatur officio quãplurimum possit acquirat vnde quoq; ad furta & rapinas plurimi concitantur. Si vero perseueraturos se in ammínistratio- D
nibus certo cognoscant. licentia plurima conquirendi pigriores: & quietiores fiunt ad furta vel fraudes aliquas faciendas. Cum autem celeres successiones dantur hominibus nequaq̃ subiecti sufficiunt ducibus depredantibus quibus largitas non est temporis attributa: quo repleti cessent studium omne lucrandi deponere. ¶ Exemplum etiam eis proferebat quẽdam vulneratum ad cuius vulnus muscę congregabantur plurimæ. Quem quidem transeuntium cum vidisset miseratus eius calamitatẽ ratusq; q; imbecillitate nimia muscas illas a se non posset abijcere opusq; haberet alterius beneficio: interrogauit eum causam cur sibimet ipse non auxiliaretur molestiam repellendo muscarũ. Cui ille respondens: amplius michi inquit lesiones importas: si has presentes fugaueris. Isthę quidem iam repletę sanguine non eo modo molestę sunt: quinetiam aliquãtulum remissius insistunt. Si vero his amotis famelicę congregentur: ita illud vulnus inuadunt vt etiam si intereant non valent effugari. E ¶ Propterea igitur & seipsum dicebat subiectis per rapinas iudicum fatigatis consulere. per hoc q; non crebro in amministrationibus alios subrogaret: qui more muscarũ cum naturaliter ad lucra ferentur cum etiam remotionis timore amplius incitarentur: ad rapiendi cupidinem. ¶ Testificat autem huic meo sermoni q; huius esset nature tyberius ipsum opus eius inspectum quãdoquidẽ duobus & viginti annis in imperio actis. duos tantum dispensatores in iudeam misit quorũ illa gens gubernatione regeretur gratum atq; pylatum qui ei successerat. Nec in sola iudea forte talis extitit: sed etiam in ceteris regionibus non alter apparuit. ¶ Sed & vinctorum examinationes se differre dicebat propterea quia si incõdemnati morerent liberatio per hoc hominũ malignorũ alias oim malorũ imminentiũ illis adesset: cum vero in custodia tenerent: rem illis sicut meriti essent inferri calamitatẽ. Propter has igitur & huiusmodi causas Eutichus auditus non fuerat retinebatur in vinculis.

Officiarios nõ mutabat ppter vtilitatẽ subditorum.

Officiarij nõ p manentes ad furta & rapias concitãtur.

Exẽplũ notandũ cõtra rapinã officiariorũ

Tyberius .xxij. ãnis i imperio pmanẽs solũ duos dispẽsatores misit in iudeã. Vinctorũ examiationes differebat tyberius. nota causã.

¶ Agrippa Anthonię medio (quę apud Tyberium pluribus de causis honorabilis erat) rogabat vt Eutichei aduersum se discuteretur accusatio quod diu Tyberius differt dicens q; si in examine datus Euticheus vera dixisse probatum fuerit omnis pœna in Agrippam conuertetur. Sed agrippa (cum hęc ei ab anthonia dicerentur) magis instabat. Et Tyberius Euticheum produci iubet & examinari. Qui adductus Agrippam accusat in examine quod Tyberius verum existimans agrippam vinctum ad carcerem mittit qui cum duceretur siti anxius aquam a Thaumesto recipiens & promittit libertatem. Germanus quoq; Agrippæ conuinctus Bubone super arborem vbi agrippa erat vinctus cõsidente eidem futurum eufortunium auguratur finem quoq; prędixit vitę cum iterum Bubonem viderit.

¶ Capitulum tertium decimum.

Antonia honorabilis apd tyberium. Nota causas. Insidias Seiani Antonia tyberio manifestat.

TEmpore vero procurrente Tyberius ex capreis Tusculanum venit: distantem a roma inter uallo stadiorum centum. Agrippa vero rogabat anthoniam vt ageret q; eutici aduersum se discuteretur accusatio. Honorabilis quippe apud Tyberium habebat Anthonia & cognationis & dignitatis gra: nam drusi fratris eius vxor extiterat: sed etiã virtute pudicitię. F
Etate namq; viridi viduata permansit spernens secundi viri coniugium: cum etiam ab Augusto quicũq; nubere iuberetur omnẽq; vitam suam liberam detractiõibus gesserat. Tyberio quoq; beneficiũ grãde prestiterat cum fuisset a Seiano insidię præparatę amico viri sui & potentiam tunc magnã habenti q; multarum tunc maliciarum ductor existeret & q; in cõsilium eius perplures ex nobilitate cõcurreret: libertorũq; se ad eum magna manus addiderat. sed & omnis milicia fuerat añ corrupta. Igitur omnibus per dies augmentum accedebat insidijs: & pœne seianus totum opus impleret: nisi ãtonia seiam malignitate prudẽtior suam exercuisset in hac causa fiduciam. Nam cum cognouisset quę de Tyberio tractarentur scribit ad eum omnia diligenter: & perpallantem quẽdam seruorũ suorum fidelissimum litteras in capreas destinat ad Tyberium. Ille autem insinuata cognoscens seianum cũ socijs vniuersis interemit. Anthoniã aũt licet eam etiam ante venerabilem haberet venerabiliorẽ ta

men ex eo habuit:eiq; in omnibus obediebat. ¶ Ab hac igitur tyberius rogatus vt examini daret Eu
A tichum siquidem inquit tyberius mendacium est aduersus agrippam quod dicitur meritum habebit Euthicus sibiq; dignum supplicium. si vero in examine datus quę dicit vera claruerint: in illum qui causam examinari compellit omnis pena reuertetur. Sed agrippa cum ei hęc ab anthonia dicerētur magis instabat depręcans examinationē cause fieri Antonia vero nō enim valebat agrippam contē nere q̄ erat vehemens in petendo:tempus oportunū inueniens procedente etiam Gaio eius filio & Agrippa pro meridiano. iam quippe pransi processerant postulat tyberium vt vocato Euticho cele braretur examen. Tunc ille sciunt inquit Anthonia dij quia non ex mea sentētia: sed a te coactus ge rā quicquid in hac causa fuerit gestum.Hæc dicens iubet macronem qui seiano successerat: vt addu ceret Eutichum. At ille sine vlla dilatione cum esset adductus cœpit eum tyberius pcunctari quidnā dicendum haberet aduersus eum qui ei libertatis munus indulserit. Tū ille o dñe inquit vehebaī car ruca Gaius & agrippa cum eo: ego aūt ante pedes eorum assidebam & cū multi sermones verterent hoc etiam inter plura locutus ad Gaium agrippa. O si veniat aliquando dies qñ isto sene defūcto tu mundi suscipias principatum. Nichil enim tyberius filius eius impediet q̄ a te facile valebit occidi. Tum enim mundus beatus erit:& ego cum eo beatus efficiar. Tum tyberius credibilia quę dicta sūt reputās simul etiam q̄ iram veterem reseruaret agrippę propter quod eū iusserat tyberiū suū filium nepotem Drusi frequentare suis conscientijs & curare.quam iussionem agrippa cōtemserat: totū; se Gaio dediderat.hunc inquit macro vinciri facito. Sed cū macro non satis intelligēs de quo verius illud imperet nam nec sperabat eum de agrippa tale vnq̄ aliquid cogitare:sed interrogauit vt certius de eo quid iuberetur agnosceret.Cūq; cęsar in ypodromo deambulabat peruenit ad agrippam: eūq; manu cōprehendens dixit.O macro hunc iussi vinciri Illo etiam tunc requirente quēnam pręciperet agrippam inquit. Et agrippa subito perturbatus ad deprecationes conuertitur commemorationēq; eius faciens cum quo fuisset vna nutritus:& tyberij cum quo pariter fuerit educatus.Haud tamē pro
B ficiebat aliquid sed ducebatur ostro vestitus in viculis &erat magnus ardor Nam estatis tempus ex tabat:&ex vino quo in epulis fuerant multi vsi cœpit siti vehemēter incendi.Vnde quoq; anxius fa ctus p̄ter decus atq; dignitatem cœpit cūcta respicere vñ posset sitis inuenire remediū conspiciēs quē dam ex famulis Gaij Thaumastum nomie aquā invase portātē petijt bibere. Illo autē porrigente su scepit atq; auide bibit.Et spero inquit o puer q̄ in bono tibi hęc effecta fuerit ministratio.Nā cum hęc effugero vincula nullomō tardabo libertatē tibi a gaio ꝓmereri qui mihi etiamvincto ministeriū prę buisti sicut etiam antea nunq̄ neglexisti cū fuissem in dignitate cōstitutus.Neq; hęc dicens mentitus est:sed vicissitudinem ei meritam reddidit.Nā;postmodū rex effectus thaumasto libertatem a Gaio ꝓmeruit curatorēq; eū fecit suę substantię: sed & moriens filio suo agrippę.& Beronice filię in eodē ministraturū officio dereliqt atq; i hoc honore senio grādeuo defūgit.Et hęc quidē postea facta sūt.
¶ Agrippa vero tūc victus stabat ante palaciū in quadā arbore prę āxietate reclinatus cū plurimis q similiter fuerāt vincti:& quodā alite cōsidente super arborē in qua fuerat agrippa reclinatus/ quē Bu bonē Romani appellant quidā ex vinctis germanus noie contēplatus:interrogauit milites quisnā es set ille q ostro vestiret.Et agnoscens q̄ agrippa vocaret: genere aute esset iudeus ex his q in illa gen te primates haberent petiuit colligatū sibi militē vt ad eū copiā acciperet accedendi qd vellet ab eo de patria eius aliqd pcunctari.Quod cū ei concederet accessit: & p interpretē o iuuenis inqt affligit
C quidē te repētina mutatio magnā tibi fortunā calamitatis ꝓportās;sed verba tibi denūcio que tibi ex numine diuino fugā totius mali portēdūt.Scito ergo deos tā meę patrię q̄ huius loci testes iuoco ex quorꝝ puidētia hęc vincula nobis ꝓuenerūt.q̄ neq; cupidine fallendi:neq; vanum tibi gaudiū ꝓferre desiderās:dicam quę dixero.Siquidem tales ꝓnunciationes quę ipsis non valent operibus appro bari magis faciunt meroris augmentū q̄ si nichil verborum aduertis illorum:ideoq; iustū putaui hoc deorum prefagium nunciare.Impossibile est namq; non te cōfestim de his vinculis liberari & ad pro uectum diuturnum magnę dignitatis & potestatis ascēdere:ita vt inuidiam ab vniuersis habeas:qui te nunc miseranter attendunt.Exitus etiam vitæ in beatitudine te recipiet constitutū:diuitiasq; plu rimas omniaq; quę mortales prima dicunt tuis filijs qui tibi nati fuerint derelinques.Memineris au tem quoniam cum iterum hunc alitem videris:intra quinq; dies finem tibi vitę venturum.Et hec q dem tibi cuncta complebūtur:nisi vano hęc a numine disponūtur cui placuit prenūciādi causa.illum alitem destinare.Ego autem iniustū putaui si talia cognoscens te quoq; ne cognosceres defraudarē. Nam vtile tibi fore iudicaueris paululum afflictum esse meroribus.cum in manus tuas cuncta morta lium bona deuenerint:& omnē infœlicitatem in qua nūc detrahimur effugeris. Et germanus quidē talia prędicēs:tantū risum excitauit agrippe quantū postea apparuit dignus miraculo.

¶ Agrippa permittente Macrone medio Antonię in vinculis paululum relaxatur ab amicis

Antonia ab agrippa icitata tyberiū rogat euticū examini quod diu differt.

Eutichus examinatus agrippā accusat.&c.

Agrippa iubēte tyberio vinctus ad carcerē ducitur.

Agrippā siti ānxius cū in carcerē duceret aquā athaumasto recipiens libertatē ꝓmittit Thaumastus liber agripe medio factus est.

Bubo sup arborē vbi agrippa victus tenebat considit

Germanus vinctus agrippę victo futurū eufortuniū auguratur.

Prędixit finēvitę agrippę futurū cū iterum Buboni videret.

humaniter visitatus. Tyberio aũt febre correpto Tyberius gemellus et Gaius Germanici filius (cuius maxima sunt preconia cuiusq; mortem vniuersi deplorabãt gratia cuius cunctorum amor ad filium Gaium peruenit) ab Euodo presentatur Tyberioq; dijs supplicãti & signum petenti (vt cognoscetur quisnam post eum esset imperaturus) omen demonstratum est Et Gaius Tyberio iuueni cibis occupata / primus secundũ omen ei presentatus est. Cui Tyberius Augurium deflens cum nepotẽ Tyberium potius imperare voluisset / imperij ex deorum decreto contribuit potestatem Tyberium ei commendans quod benigne se facturum promisit ficte tamẽ quia in imperium veniẽs ipsum Tyberium iuuenem extinxit. Mortuus est itaq; Tyberius in ira importabilis et ad quicquid cupiditas impulisset irreuocabilis postq̃ sex menses & xxij. imperauit annos. Capitulum quartũdecimũ.

Agrippa (pmittẽte macrone) in viculis paululũ relaxat ab amicis hũaniter visitatus.

ATantonia grauiter ferẽs agrippe calamitatẽ intercedere quidem pro eo apud tyberium suspectum esse cernebat: ad hec etiam infructuosum fore. Sane inuẽti sunt ei a macrone ex militibus tales: qui eum sine districtione seruarẽt. Adhibetur etiam talis centurio qui illis preesset militibus sed etiam qui cum colligaretur talis inuẽtus est. Lauacra quotidiana cõcedebãtur. sed etiam copia libertis & amicis suis ad eum intrãdi tribuitur. Aliaq; omnia permittũtur quibus sollicite curaret. Intrabant autẽ ad eum amicus sylas & ex libertis marsias & stocheus cibos afferentes quos libenter edebat aliamq; diligentiam quę necessaria solet esse in rebus talibus exercebant: in dumenta quoq; portantes sub obtentu vendendi. Cum autem noctis adesset aduẽtus stramina componebant: conscijs fauentibusq; militibus. Nam eis macro cõmendãs ante prędixerat. Et hec quidẽ agebãtur per menses sex quibus agrippa in his fortunis habebat. ¶ Tyberius autẽ reuersus in capas

Tyberio febre correpto filij adoptiui ab euodo pñtãtur Tyberius gemellus & gaius Germanici patris Gaij p̃conia.

febrium ardore corripitur & primo quidem mediocriter sed in peius egritudine procedente contrariam de eo spem habebat euodus amãtissimus ei omniũ libertorum. Iussit ad eum filios eius adduci. Oportere namq; dicebat vt cum eis loqueretur anteq̃ terminum vite susciperet. Erant autem illi nõ quidem proprij. sed adoptati. Nam drusus eius filius iam fuerat mortuus. Cuius filius tyberius fuerat adoptatus cognomento gemellus & gaius germanici fratris filius iam adolescentulus & liberalibus apprime disciplinis institutus: qui etiam & populo & honorabilis erat & carus propter germanici patris eius virtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat sublimatus propter mansuetudinem morum & propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipse clarus esset: nõ setamẽ preferebat sed omnibus parem esse volebat. His igitur rebus non solum apud populũ sed etiã apud ipsum senatum magnus habebatur. Ad hec etiam vnusquisq; diuersarum gentium alius confabulationis gratia alter fide ac mansuetudine quã eius moribus motibusq; cernebat ad amorẽ fuerat excitatus. Cęterum eius morte luctus magnus apud vniuersos expositus est non sicut assolet / vt principi placaretur ficto dolore monstrato / sed vera cuncti tristicia merebant. Nam eius mortẽ vnusq;sq; suam propriam reputabat ita eius mores: eiusq; colloquia cunctis hominibus grata fuerãt. Vnde ad filium quoq; ipsius amor cunctorum: fauorq; peruenerat. Maxime autem omnis milicia eius amore tenebatur ita vt gloriam reputarent pro eo mori si ratio postularet quo ipse susciperet principatum. ¶ Sed tunc tyberius euodo iussit vt sub ipso diluculo infantulos illos adduceret: ipse autem dijs patrijs supplicabat vt ei signum manifestum ostenderet quisnam post eum in imperiũ succederet festinans quidem vt nepoti suo principatum relinqueret: maiorem tamens credens sua sententia suoq; cõsilio diuineq; dispensationem prouidentię / ab illis sibimet demonstrari desiderabat. Supplicãti deniq; illi omẽ tale monstratur ad illum videlicet venturum esse principatũ qui ad eum sequẽti die primus ex omnibus aduenireț. Hęc ille cognoscens mittit ad nepotis sui pedagogum iubens vt primo mane puerum ad se perduceret putans illa re numinis superare sententiã. Sed deus econtra de imperio cernebat. Illo igitur talia cogitante ecce dies illuxit: iubetq; euodum vt quisquis foris esset infantulorũ eum ad se primitus euocaret. Ille autem egressus gaium ante tabernaculũ reperit. Nam tyberius nec dũ aderat: ciborum acceptione tardatus. Ille aũt ignorans totum qđ agebatur quodq; tyberius cuperet: veni inquit vocat te pater. Et hoc dicto eum in tabernaculum introduxit. Tyberius autẽ vt vidit gaium tum primum intellexit maiestatis superneq; potentiã. & quod non sit in hominũ potestate de imperij constitutione decernere. Tunc ille primum lamentatus semetipsum quidem q̃ eius cõsilium fuerat infirmatum: & ei potestas ordinandi quem vellet ablata tyberium autem nepotem q̃ nõ solũ de imperio decidisset: sed etiam ipsam salutem & vitam agere illi non sine periculo fore cernebat: ad hec etiam inuidiam illi ex cognatione futuram esse. Nam timore vel odio suspectum fieri gaium referebatur tam ex eo q̃ pricipatum accipere festinauerit: q̃ ex eo q̃ insidiaturum sibi velle putaturus esset quasi festinaturum in se rediger potestatem. Et tunc quidem in his malis erat Tyberius ex illo euentum augurij quod ei prefagium fuerat eo q̃ eius nepos amisisset imperiũ. Vnde multum amarus se quoq; culpabat q̃ illudi augurium postulasset accipere: & q̃ cũ liceret de hac vita meroribus liberũ

Tyberius deflet postulasse augurium

Germaici mortẽ vniuersi deplorabant. gra cuius cunctoꝝ amor et fauor ad filiũ gaium puenit.

Tyberio dijs supplicanti / signũq; petẽti vt cognosceret q̃s nã post eũ i imperiũ succederet omẽ demõstratum est.

Vyberius iuuenis cibo occupatus amittit imperium.

Gaius secũdũ omen primus Tyberio pñtat cõtra ipsius volũtatẽ q̃ Tyberiũ nepotẽ volebat impare.

abscedere ignorantia futurorum: per suam ipsius imprudentiam factum esse vt cum magna infœlici-
A tate & magno dolore discederet. Tunc tamen licet valde turbatus q; imperium ad quos nollet cerne
bat esse venturum pugnauit cum animo suo vt huiusmodi verba loqueretur ad Gaium. O fili inquit
cum habeam propinquiorem tyberium: tibi tamen ex mea sententia deorumq; decreto imperij con-
tribuo potestatem. Rogo autem vt nichil aduersus aliquem recorderis qui michi in principatu ammi
nister fuerit vel qui michi beniuolentiam exhibuerit aut fauorem neq; aliquem ledas propter me qui
te ad tantam sublimo magnitudinem dignitatis: neq; circa Tyberium minus aliquid caritatis exhibe
as q̄ te & cognationi debere cognoscis & mihi qui tantorum bonorum auctor existo vt dignam vicis
situdinem meę circa te beniuolentię reddas & simul tyberium cures vt etiam & cōsanguinitati quod
debes exhibeas. & munimen tibi vel principatus. vel salutis acquiras cum eum tibi feceris adiunctū
Nam solitarius quisq; amplius patet periculis maxime cum intanta potestate rerum quisq; fuerit con
stitutus. Ad hæc quoq; quia nec dij impunitum quicq̄ relinquunt: quod contra fœdus naturę perpe
tratum. Et hæc quidem tyberius loquebatur. ¶ Gaius autem & si ficta locutum tyberium senserat &
ipso longe aliter animo gerebat: tamen pro tempore benigne respondit & facturum se omnia pollice
tur. Cęterum in imperium veniens & tyberium extinxit & ipse non post multum tempus insidijs in-
teremptus est. Sed hęc postea. ¶ Tunc autem Tyberius Gaium successorem in principatu pronun-
cians: paucis diebus aduiuens vita defungitur. Imperauit autem dies tres menses sex: annos duos &
viginti. ¶ Gaius autem quartus romanorum efficitur imperator. At romani audientes Tyberij mor-
tem Hylares agere cœperunt prospero letificati nuncio non tamen ad credendum vel exercendum
gaudium fiduciam gerebant: non quia forte nollent. nam suis multis pecunijs comparare diligerent
B vt illud nuncium verum esset: sed timore ne si falso nuncio concitati gaudia sua proderent: ab illo co-
gniti perirent: q; eius morte gauderent. Plures quippe ille nobiles romanorum extinxerat Nam erat
importabilis in ira irreuocabilis ad quicquid perpetrandum cupiditas impulisset: & sine ratione quo
q; malorum occasionem inueniens & in omnibus quę facienda decernebat asper agrestisq; consta-
bat. Ob hæc illi mortem eius audientes suam leticiam manifestare verberantur.

¶ Agrippa Marsia Tyberij mortem hebræa lingua sub hoc signo mortuus est leo nunciante
gaudio extollitur & centurio qui Agrippę custodiendo pręerat quid vellet sermo ille interrogans au
dita Tyberij morte conuiuium Agrippę fecit sed quodam Tyberium viuere dicente turbatus centu
rio arcioſi custodia constringit. Sequenti autem die a Gayo epistolę ad senatum de morte tyberij &
ad pisonem pro liberatione Agrippæ mittuntur. Gaius autem magnificam Tyberio celebrauit sepul
turam & ipso die Agrippam voluit absoluere sed ab Antonia prohibitus est ne putaretur mortem Ty
C berij gratanter accipere ipsum tamen postea non multis prætereuntibus diebus eum vocauit resti-
tuens in regno & pro ferrea auream dedit cathenam Agrippa itaq; permittente imperatore venit in
patriam & pręter omnium spem rex ab omnibus cernebatur. vnde Hęrodias eius soror commota in
uidia Hęrodem Tetrarcham Agrippę fortunam manifestans romam nauigare concitat vt a cęsare
regalem obtineat dignitatem qui licet diu recusasset ocium diligens venit romam venit cum Hæro-
diade quorum agrippa intentionem cognoscens fortunatum libertum cum muneribus ad Cæsarem
mittit & litteris aduersus hęrodem. Gaius autem aduenięte hęrode Agrippe recepit litteras quibus
accusationes contra Hęrodem continebantur & Cæsar veras credens Tetrarchiam Agrippę regno
coniunxit & Hęrodem in exilium lugdunum expulit Hęrodiademq; cui Cęsar agrippe sororem co-
gnoscens opes dederat omnia abrenuentem simul cum Hęrode in exilium damnauit omnem substā
tiam tribuens Agrippę.

Capitulum quintumdecimum.

IN terea Marsias bonū agrippæ deportat nunciū. Quem cū in balneo reperisset iam
egredientē noto ei signo dato hebręaq; lingua locutus mortuus est inqt leo. At ille ver
bū intelligēs: gaudio cœpit extolli. Tibi inqt sup oia pro hoc etiā bono nuncio gratię
abūdantes repositę sūt: tantū vt vera sint quę dicuntur. Tunc cēturio q agrippę custo
diendo pręerat intendens tā manifestationē Marsię qui aduenerit q̄ gaudiū agrippæ
quod eius verbis illi cōtigerit ratus nouitatem quandā significatā iterrogabat eos q̄d
vellet ille sermo qui fuisset allatus. Illi tantisper secretum efferre trepidabant. Sed dum vrgeret nichil
hęsitans indicauit agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerant. Ille autem gaudium magnum
illo sermone percipiens q; etiam prosperitatem ex hoc agrippę euenire sciret conuiuiū ponit. ¶ Eis
epulantibus potuq; indulgētiore procedente venit quidam dicēs viuere tyberiū: & itra paucos dies
in ciuitatē venturū. Tunc centurio aspere valde illo sermone turbatus propter quod cernebat morte
digna quę gesserat: quod morte cęsaris audita. cum illo vincto gaudens conuiuium celebrauerit ex le
cto ponit agrippam. Tu inquit fallere festinasti mortē imperatoris falso denūcians: sed scito hunc ser

Verba tiberij ad gaium iperij suc cessorem:

¶ Gaij benigna rńsio ad tyberiū facta tamen op positum fecit qđ promisit.

Tyberius obijt ano imperij sui. xxij.

Gaio iperatore q̄rto substituto. Mores tyberij. mali.

Marsias agrip pę tyberij mortē nuncians dixit mortuus est leo

Cēturiō agrip pę cōuiuium fa ciente quia tybe riū nunciauerat mortuū ecce q̄ dem dicens ty

berīū viuere vñ cēturioturbatus agrippam arcio ri custodia con stringit.

Epl'e a gaio ad senatū de morte Tyberij/& ad pi sonē pro libera tione agrippæ.

Agrippa voca tus agaio regno restituitur & p cathena ferrea auream dedit.

Agrippa/pmit tēte ipatore/ve nit i prīam & p̄ ter oim spē rex ab oībus cernit.

Hęrodias iuida p Agrippę fra tris pspitate hæ rodem Tetrar cham cōcitabat romam nauiga re fortunam.

Agrippę mani festās vt regalē a cęsare dignita tem imploraret:

monem pœna tui capitis expiandum. Hęc dicens confestim iubet ligari agrippam & constringi arcti ori custodia. Et nocte quidem illa agrippa in malis fuerat constitutus. Sequenti vero die per omnē ciuitatem de morte tyberij sermo firmatur: & iam iamq; omnes illum sermonem confidenter ac pu blice proferebant. A gaio quoq; destinantur epistolę vna quidē ad senatum mortem tyberij nunciās altera vero ad pisonem custodem tunc temporis ciuitatis in qua iubebat agrippam ex militum auferi custodia & ad domum transferri in qua primitus habitabat anteq̄ haberetur in vinculis & ibi tunc interi erat in remissiori custodia. Sed gaius postq̄ romā venit tyberij corpus secum adducens: iustā ei secundum morem patrium opulenter magnificeq; celebrauit sepulturam. Agrippam vero cum ipso die desideraret absoluere antonia prohibuit non odio aliquo circa vinctū sed opinioni cōsulēs gaij ne putaretur mortem tyberij gratanter accipere si eum tam celeriter absoluisset quem ille deuinxerat. Verūtamen non multis diebus prętereuntibus eum accersiuit in domum tonderiq; precepit & vestibus cultuq; mutato: diadema capiti eius imposuit & regem confirmat: tetrarchiam philippi donās ei etiam lysanie alteram tetrarchiam. Pro cathena vero ferrea quam gerebat: auream ei pari pōdere cō donauit. Magistrum autem equitum in iudea constitutorum maxillum destinat. ¶ Verum secundo anno gaij cęsaris agrippa postulat vt nauigare permitteretur ad propria: quo prouinciā sibi cōmissā aliqua necessaria certa dispensans moderatione reuertatur. Et permittēte imperatore venit in patriā & pręter spem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo: & in eo cunctis apparebit quantam habeat in omnibus fortuna licentiam. Omnes etiam hesitabant comparantes pœnuriam hominis in quam tempore priore deciderat: & prosperitatem pręsentem qua fuerat sublimatus. Plerique enim beatificant hominem qui non fuerat defraudatus recuperatione fortunę. Alij etiam pœne incredibilia putabant: licet suis intuerentur obtutibus. Tanta quippe in agrippa rerum mutatio cernebatur: vt quorundam mentes adducerentur in dubium. ¶ Hęrodias autem soror agrippę quę herodi coniuncta fuerat Tetrarcha enim galileę prouincię trans iordanem erat iste potestatem fratris ex inuidia non ferebat: q̄ eum in maiori dignitate cerneret q̄ maritū & qđ de prouincia cum fuga discesserit debitum non valens soluere reuersus autem esset cum amplissima dignitate. Contristabatur igitur grauiterq; ferebat: tantam mutationem fratris. Maxime autem quando eum intuebatur cum regalibus insignibus incedentem atq; hincinde circumferri multitudine populorum. infœlicitatem suę non tollerabat inuidię: sed viri animum concitabat exhortando vt romam nauigaret similemq; sibi dignitatem imploraret a cęsare. Intollerabilem namq; sibimet ipsis vitam esse firmabat. si agrippa fillius Aristoboli qui culpatus a patre mori meruit inopia magna compressus: ita vt aliter non posset euadere creditores nisi nauigatione diffugeret: atq; hoc modo patria discedens cum regali fuisset dignitate reuersus. Ipse vero cum esset filius regis & frater eius (qui Tetrarchiam illam ante possederat) vnde magis ei cognationis iure deberetur sederet in humilitatē priuatę degēs vite. Quod si antea nichil Hęrodem cōtristabat qui minorem honorem parente proprio possideret saltem tunc excitari deberet consanguineitam pręclarissima dignitate neq; se pati debere superari ab eo cui pecunia sua subuentum est confusionemq; debere putare vt ille prętret honoribus qui anteriore tempore sua sustēta batur misericordia. ¶ Verū enimuero romam inquit pergamus: nec labori parcentes nec sumptibus Non enim pro auro reperiturę debemus prohiberi ne ad honores ampliores valeamus ascēdere: sed omne quicquid nobis est expendamus: vt regnum valeamus adipisci. Ille vero repugnabat ocium diligens & quietē: & molestiam rome declinans moliebatur eam ratione deplacare. At illi quanto videbat eum quiescere cupientem: tanto amplius instabat: iubens ne aliquid agēdum prętermitteret quo posset regnum a cęsare promereri. His igitur illa nullomodo cessabat: donec sepius fatigando in suam eum fecit transire sententiam. ¶ Ille igitur pręparans opulenter vniuersa & nichil sumptibus parcēs nauigauit romam: simul secum hęrodiadem ducens. Agrippa vero intentionem eorum intelligens & qualiter præparabantur attendens etiam semetipsum ipse prępara't. Cum autem eos nauigasse cognosceret mittit etiam ipse romam quendam ex libertis suis nomine fortunatum. plurima cęsari munera deportantem & epistolas aduersus hærodem. Ipsum etiam instruxit quę ore proprio Gaiū edoceret oportunitate reperta. Qui eum subsecutus esset hęrodem epistolas cęsari reddidit. Nam simul in dicearchiam venientes gaium apud Baias inueniūt. quę ciuitas est parua campanię. quinq; stadiorum interuallo distans a dicearchea habitacula quoq; ibi imperialia opulenter constructa sunt operibus diuersorum per tempora principum magnifice pornata. Lauachra calida ille locus exhibet. aqs ex terra vltro manantibus aptis saluti corporum quos ibi lauari contigerit. ¶ Gayus autem mox vt hęrodem suscepit & primum sermonem cum eo commiscuit confestim Agrippę suscepit epistolas: q bus accusationes continebantur hęrodis. ¶ Accusationes autem erant huiusmodi consilium habuisse Hęrodem cum seiano aduersus Tyberium: & cum Arthabano Partho aduersus Gaium. Probamē

Hęrodias hęrodē icitat romam petere nec p regno sumptibus parcere iste vero repugnabat ocium diligens. Hęrodes cū hærodiade romam venit quorū Agrippa itētionē cognoscēs fortunatū libertū cum muneribus mittit ad cęsarem & epistolas aduersus hęrodem.

Lauacra calida vltro de ra manantia.

A tum autem huius rei dicebatur: q̄ haberet hērodes constructionem immensam armorum. qui septua ginta mulibus pugnatorum suffecisset. Hanc in armamentario Herodis repositam dicebat asseruari. Quibus lectis motus Gaius percunctantur hērodem si verum esset q̄ de armis nunciaretur. Ille ve ro cum aliter dicere non posset ne veritate conuinceretur. respondit esse arma. ¶ Tunc Cęsar veram credens accusationem tetrarchiam eius abstulit. & agrippę regno coniunxit. Sed etiam omnes opes similiter agrippe contribuit. Ipsum autem eterno condemnauit exilio: habitaculum illi constituens in lugdunensem gallię ciuitatem. Cognoscens autem hērodiadem agrippe esse sororē opes & alia (quę cunq; propria esse probarentur) ei restituit: arbitrans in consilio viri consciam non fuisse. Tutabatur etiam eam q̄ sororem agrippe cognouerat. At illa tu quidem imperator inquit magnifice satis sicut tuam dignitatem decebat hęc michi largiris: verum ego vti non possum beneficio tuisq; muneribus propter dilectionem qua merito meo constringor: cui socia in prosperitatibus existens iustum non ex istimo vt eum in hac fortuna derelinquam. Tum ille magnitudinem animi eius indigne suscipiens si mul eam cum hērode misit in exilium eiusq; substantiam agrippę contribuit. ¶ Et herodiadi quidē pro inuidia quam circa fratrem gerebat: & hērodi eo q̄ muliebres exhortationes & vanitates aduer tit. tale iudicium ex prouidentia diuinitatis illatum est.

Hērodes regnū credēs obtinere tetrarchiā amisit quā cęsar agrippe regno cōiūxit hērodem. q; inexilium lugdunū relegauit. Hērodiadē (cui Cęsar sororē agrippę cognoscens opes dederat) omia abrenuētē simul cum hērode misit in exiliū & substantiam agrippe tribuit.

¶ Gaius q̄diu se humilem exhibuit fauorem habuit omnium sed procedente tempore eleuatus humanum perdidit intellectum volens se diuinitati esse similem. Tunc namq; seditio inter iudeos & paganos Alexandrię orta ex vtraq; parte legati ad Gaium mittuntur: Et Appione Iudeos accusante (quia cęsaris honorem non curarent) illi simulachra constituere recusabant quo audito Gaius philo
B nem iudeorum legatum doctissimum respondere paratum ex secretario iubet excludi qui egrediens circunstantes iudeos non terore. Gaij terreri hortatur. Gaius vero contra Iudeos iratus Petronium mittit in Syriam vt simulachrum suum erigat in templo Hierusalem. Ad quem iudei venientes eum depręcantur ne contra paternas leges simulachrum erigat in templo: ipsiq; illud deneganti iudeorū maxima multitudo mori pro conseruatione legis parata in Tyberiade occurrit supplicans vt legem eorum permitteret integram. Ad illum quoq; Aristobolus Agrippę frater Elicias maior alijq; pluri mi optimi viri veniunt depręcantes vt multitudini parcat quę culturam terrę pro legis conseruatio ne negligebat.

¶ Gaius q̄diu se humilē exhibuit fauorem habuit omniū sed eleuatus humanū perdidit intellectū. &c.

Appio accusat iudeos q̄a cęsaris honorem nō curarēt illi simulachra constituere recusantes.

Philo iudeorū legatus idoneus & doctissimus gaio iubēte egrediens ex secretario circunstātes iudeos non furore Gaij terreri hortatur.

Gaius iratus cōtra iudeos petronū legatū mittit in siriā vt simulachrū suū erigat i tēplo hierusalē. Iudei ad petronū veniētes eū depręcantur ne contra patronę

Capitulum sextum decimum.

C Aius autem primo quidem ac sequēti anno magnifice rebus vtebat & mediocrē semet exhibēs fauor illi p dies tā apud romanos q̄ apud cæteros subiectos āplior augebat. Sed ꝓcedēte tpe magnitudine dignitatis eleuatus humanū perdidit intellectū: & sese volebat diuinitati cōsimilē diuinitatē quę vera est ihonorās. ¶ Illo tpe cū alexādrię seditio ꝓueniret inter iudeos ibidem habitātes atq; paganos: trini ex vnaquaq; parte legati mittūtur ad gaiū. Erat vero inter alexandrinorū legatos vnus appio noie q̄ iudeos plurimū blasphemabat multa quidē & alia dicēs: illud aūt eos prę cęteris accusabat quoniā cęsaris honores haberent oino contēptui. Nam cū romano imperio subiectos tēpla gaio fundare: altaria cōstituere atq; alia sicuti dijs celebrare firmaret: a solis iudeis duci proclamabat ingloriū: debere quoq; istos simulachris honorare cęsarē nomenq; eius iurabile. ¶ Hęc igitur appione & alia huiusmodi durissima prolocuto quibus eū in superbiā eleuari posse cēsebat philo ecōtra suscepit qui pręerat legationi iudeorū vt in oibus quidē magnæ glorię nā alexādri alabarce germanus extabat philosophie quoq; non expers ydoneus etiam defensare causas: & purgare quęcunq; accusationibus subiacebant. At hūc ex secretario gaius iubet excludi. absentemq; fieri. Nam tanta indignatione succensus erat: vt crederetur aliquid seuissimum perpetrare. Tūc philo egrediens secretario: dicit ad iudeos qui circa illū forte fuerant vt animo confidentes existerent neq; gaij furore terrerētur. Nam prope esse, vt ipsis operibus deum repugnare clarescceret. ¶ Interea gaius grauiter ferens q̄ in tanto despectu apud iudeos solos existeret: legatum in syriam mittit petronium successorem vitellio. iubens vt cum numeros a manu iudeā inuaderet: & siquidem sponte susciperent simulachrum eius erigeret in templo dei: si vero resistere molirentur. pugnando superans idipsum in cunctanter efficeret. Atq; ita petronius in Syriam decreta exigens pergebat vt mandatis cęsaris minister existeret. Cumq; auxilia plurima quanta potuit congregaret: duasq; romane militię legiones assumeret. Ptholomaidam venit vt ibidem hibernia perageret: & primo veris tempore prælium posset agere cum iudeis. Inde quoq; consilium suum cęsari per litteras intimauit. Ille autē laudabat eius sententiam: iubens vt nullomodo prętermitteret: & si minus obedientes essent. prelium iudeis intentius imponeret. ¶ Interea iudeorum multa milia veniunt ad Petronium in Ptholomaidam: depręcātes ne ad solutionem & ad transgressionem paternę legis cogerentur. Si autem modis omnibus statuisset simulachrū inferre ibiq; constituere: semetipsos primitus si placeret interimi postulabant. Neq;

legis transgressionē simulacrū in templo ponat. Excusatio Petronij.

enim possumus inquiūt quoad viuimus rem istam admittere. quę nobis ne fieret interdicta est ab eo legislatore cuius auctoritatem non valemus omnino contemnere: neq; illas constitutiones paruipendere possumus: quas proaui maioresq; nostri vsq; ad suum interitum seruauere. ¶ Petronius autē respondit. Si in primis essem vt meis vterer ad agendum quod oporteret consilijs: & iusta vobis ad me hęc esset oratio. Nunc autem iubente Cęsare incumbit michi multa necessitas eius decreta complendi: ne si contempsero aliud periculum maius incurram. ¶ Tunc iudei quoniam inquiunt ita sapis o Petroni vt transgredi Cęsaris mandata non audeas: neq; nos legis diuinæ præcepta transgredimur: qui virtute maiorum nostrorum: & laboribus instituti nunc vsq; fine transgressione vixímus: neq; in tantam ausi fuerimus nos præcipitare nequitiam. vt quę a deo interdicta sunt fecerimus vel aliquibus bonis illecti: vel metu mortis adacti: sed fixum animo tenemus vt pro seruatione legis nostrę cuncta pericula subeamus spem gerentes fortissimam deum nobis auxiliaturum in præsentia & mercedem postea redditurum: si pro eius cultura fuerimus aliqua mala perpessi. Si vero tibi voluerimus obedire non solum infamiam debilitatis incurrimus q; timore legis transgressores efficimur verumetiam immaniter deum offendimus: qui etiam te iudice multō tempore censetur esse q̄ gaius. ¶ Tunc petronius considerans ex verbis eorum immutabile firmumq; propositum & sine pugna non posse gaij præcepta perficere in eius erigendo simulachro: nec sine multa cede negocium illud euadere assumens omnes amicos & cuncta sua seruicia in tyberiadem pergit volens iudeorum & institutta cognoscere vel cuiusmodi essent vel qualibus ordinibus haberētur. Iudei vero magnum quidem sibi ex bello romanorum cernebant imminere periculum sed magis iudicabant subdi q̄ impij efficerentur in deum. Multa itaq; milia petronio in occursum veniunt ad thyberiadem vndiq; confluentes & supplicationibus vtebantur ne cogerentur ad talia neq; pollueretur ciuitas erectione simulacri Ad hęc petronius. Et pugnabitis inquit contra cęsarem neq; illius potentiam neq; vestram putantes infirmitatem? At illi minime inquiunt nos pugnare disponimus: verum sumus ante mori parati q̄ legis nostrę mandata soluamus simul in faciem prostrati perimi se paratos esse firmabant. Et hęc quidem per dies quadraginta. culturam quoq; terrę negligentes cū maxime tempus exigeret. Nam iam ea pars anni vertebatur: quando solent semina terre mandari. Tantus quippe eos moriendi feruor accendebat ne simulachrum aliquod in ciuitate poneretur. ¶ Taliter igitur se rebus habentibus Aristobolus agrippę regis frater: & elicias maior. alij quoq; optimi viri ex eadem ipsa familia. & plures de primatibus ad Petronium venere. depręcantes vt bene de negocio præsenti consuleret: neq; de tante multitudinis perditione cogitaret: quin potius scribendum Gaio decerneret significās immobilem animū iudeorum neq; eos constitutionem simulachri velle suscipere omnem quoq; culturam terrę negligere: sed in occursum suum venisse & pugnare quidem nec velle nec posse: mori tamen incunctāter paratos anteq̄ transgressores suę legis existerent. Debere igitur consuli ne in aliud intenta multitudine. terra inculta remaneat: & postea per inopiam latrocinia perpetrentur Fortassis enim possit gaius Tyberius emolliri & nichil crudele decernere: neq; talia disponere quibus ad seditionem populus excitetur. Et aristobolus quidem alij q; qui cum illo erant talibus petronium depręcabantur.

Petronio i tyberiade iudeorum multa milia occurrūt supplicātes ne cogerent ad talia contra eorum legem.

Iudeorū prōptitudo ad mortē pro conseruatione legis.

Aristobolus & elicias & alij primates iudeorum ad petroniū veniūt deprēcātes vt multitudini pareat quę cultūrā terrę pro conseruatione legis neglexit. &c.

¶ Pacatus Petronius pro multitudine iudeorum ad Gayum proponit scribere conuocansq; in Tyberiade magnam multitudinem se excusat & eos remittit ad culturam. Deus autem suam repente manifestauit præsentiam & adiutorum suum in omnibus fore petronio Ingente tunc præter omnīs spem descendente pluuia. Et sic petronius deum videns consolatorem pro iudeis scribit ad Gaium Agrippa autem amplius in Gaij crescens amicitia epulum omnium superans diligentiam præparauit cuius magnificentiam Cęsar volens remunerare in donis hic respondit sibi suam sufficere gratiā nec quicq̄ gratia lucri agere & petere coactus pro omnibus ab imperatore querit statuam in templo non erigi quod concessit Gaius ad petronium scribens Sed resipiscens Gaius genus mortis eligere petronio rescribit quia eius contempsit adimplere mandata sed Gaius priusq̄ epistola ad petronium venerit mortuus est. deus enim Petronium remunerauit pro honore quem templo exhibuit qui vbiq; dilectus & senatorij ordine & qualibet est dignitate honoratus.

Capitulum septimum decimum.

Pacatus Petronius pro multitudine ad Gaiū proponit scribere

PEtronius vero (instante aristobolo & ceteris) videns quoniā non pro rebus minimis supplicabant: videns etiam iudeorum constantiam seuum quoq; ratus vt multa milia hominum per ipsum darentur in mortem si vellet gaij furię ministrare simul etiam se deum offensurū & cū pessimis postea spēbus aduiuere: multo melius iudicat vt scriberet gaio vt eius animū mitigās nihil per eum iniquū cōtigeret aut si forsitan indignatione cōcitaretur q; eius mandata minime compleuerit & aduersus eum aliquid mali decerneret bene contētum esse iudicabat pro meliore causa & pro tanta hominum multitudine subire discrimen. Conuocans igitur in

tyberiadem magnam multitudinem iudeorum(nam multa milia illic fuerant congregata (& consti-
A tuens in circuitu cunctas militias & turmas visum est primo non suam sed Cæsaris proferre senten-
tiam dicens timere se iracundiam Gaij proinde se accessurum ad perficienda quę sibi præcepta sint.
Oportere se namq; firmabat qui tanto fuisset ex eius beneficijs honore sublimatus: vt nichil contra-
rium eius voluntati perageret. Verum non arbitror inquit iustum esse.: vt salutem honoremq; meum
non pro vob:s qui tam plures estis impendam: nec permittam vt per me paternę vestrę legis institu-
ta soluantur neq; a deo dignitatem templum dei contemnere. Vt per potestates principum iniurię
vestris religionibus ingerantur. sed scribam ad Gaium vestras illi voluntates intimans quantum pos
sum causam adiuuans & vestrum in bono propositū: & spero quia aderit deus cuius potestas potior
est omni humano molimine. Humanaq; virtute Potens est enim & vos in conseruatione legis vestrę
protegere & maturari vt nec a ipsis etiam excidam humanis honoribus. Q; si etiam exasperet for-
sitan Gaius vt iram suam in me velit effundere: en sumam omne periculum omnem miseriam: quęcū
q; corpori meo possit infligi: ne vos tantos pro rebus optimis pereuntes ituear. ¶ Ite igitur vnusquis-
q; vestrum ad opus proprium & terræ vestrę culturam impendite: ego vero romam litteras destina-
bo: & omnia pro vobis tam per me q̄ per amicos(quę rei conueniant) agere non omittam. Hæc di-
cens congregationem iudeorum iubet dimitti. vt culturę tertę diligentiam exhiberent. Omnes autē
nobiles alloqui populos adhortatur: vt spem meliorem gererent. Et ille quidem hoc modo multitu-
dinem letificare festinabat. ¶ Deus autem suam repente manifestauit presentiam: & adiutorium su-
um in omnibus fore petronio Simul enim vt finem loquendi fecit confestim ingens descendit plu-
uia preter spem omnium. Nam illo die ab ipso solis ortu serenitas magna claruerat nullumq; signum
pluuię in celum fuerat visum sed etiam omnis annus magna fuerat ariditate siccatus: ita vt despera-
tio fuisset exorta non solum pluuię: sed etiam si posset vnq̄ celum tectum nubibus apparere. Tunc igi
tur etiam preter consuetudinem tanta inundatio venit aquarum vt iudeis spes magna fieret in nullo
frustratum iri petronium pro eorum negocio laborantem. ¶ Petronius autem amplius obstupuerat
videns manifestissime deum iudeorum se consolatorem ostendere & multam se declarasse sententiā
ita vt nec illi forte contradicere valerent: quibus religioni nostrę reluctari tota laborat intentio. Scri-
bit ergo ad Gaium postulans ne tanta milia hominum contemneret quę non possent sine bello & in
genti cede ad transgressionem suę religionis impelli: peritura quoq; tanta tributa quę ab illa gēte da
rentur memoriam etiam non bonam romani nominis in posteriora tempora relinqui: super hoc quo
q; virtutem diuinam iudeis prębere presidium. Nam exploratum esse firmabat pro iudeis euidenter
indicium: et petronius huiusmodi litteras destinauit. ¶ Agrippa vero rex iam enim tunc Romę fue-
B rat: amplius in amicitia gaij gratiaq; crescebat. Et forte quadam die epulum prępararauerat cęsari. vbi
magnam impenderat diligentiam. vt omnium in cibis elegantiam vinceret. omnesq; suauitates & de
licias studiosius prouideret: ita vt non solum cęteros anteiret adinuentionibus epularum sed nec ipse
Gaius multum cupiens ei posset ęquari. Tunc Gaius admodum ammiratus tam ingenium q̄ magni-
ficentiam animi quia super virtutem suam sumptus expenderet q; sibi placeret voluit munificē tiam
Agrippę remunerari. Tunc itaq; ex delicijs & voluptate ac vino Hylarior effectus. cum Agrippa ad
potum inuitaret. primum inquit. Quamuis tibi honorificentiam exhibui pro beniuolentia & fauore
quam circa me habuisti vt etiam apud Tyberium periculum ingens incurreres. Verum quia in omni
bus te video & virtute prędituṁ & nos amore superātem: indecorum existimo tuo circa me studio
superari. Volo itaq; quod antea minus feci modo perficere: & tantas tibi numerum copias attribue-
re: vt magnum monimentum tuis opibus & tuis accedat honoribus. Et ille quidem hęc dicebat exi-
stimans q; posceret aliquos redditus sibi dono dari: vel ciuitates expeteret. Ille autem quamuis prę-
parati.m haberet q; petere cupiebat timens vero suam noluit indicare sententiam: sed confestim re-
spondens gaio quia neq; primo lucro ex eius gratia delectatus vt contra tyberij precęptum studium
eius accusationis eius impenderet neq; modo se aliquid agere intentione lucri: sed sola eius gratia sē
per fuisse contentum. Nam & multa sibi ab eo & maiora fuisse donata quę si tua inquit virtute tuaq;
potentia minora sunt meo tamen hoc est accipientis merito & mea dignitate multum constant esse
maiora. ¶ Gaius autem obstupescens eius continentiam: magis instabat vt diceret quid sibi cuperet
C donari. Ille quoniam inquit o domine magnanimitate nimia dignum me muneribus tuis existimas
postulem nichil quidem quod ad diuitias opesq; pertineat: nam me anterioribus tuis muneribus ad
modum locupletem reddidisti: sed illud peto quod tibi & opinionem pietatis efficiat & diuinitatis
mereatur auxilium vna etiam michi gloria fuerit apud audientes: q; nichil a te petierim ad vsus per
tinens temporalium rerum. Postulo igitur vt erectionem statuę quam in templo iudeorum faciendā
precepisti petronio vltra nolis effici. Et ille quidem licet periculosum existimaret illud exposcere nā

Petronius ad iu deorū multitu dinē pro excusa tiōe & eos remit tit ad culturam.

Nota. Potestas dei

Ingēs pluuia p̄ ter spē omnium diuinitus venit.

Petronius deu; iudeorū videns consolatorē illis scribit ad Gaiū.

Agrippa rex am plius in gaij ami citia crescēs epu lum Cęsari oim diligētiā supans magnificentissi me p̄parauit cu ius magnificen tiā cęsar volens remunerari i do nis suā respōdit sibi sufficere gra tiam neq; quicq̄ lucri intentione agere. &c.

¶ Petit agrippa pro omnibus vt statua i templo non erigatur.

Hunc vtiñ oēs circa principes existētes i hoc imitarentur honorē dei & ecclesie curantes ꝓpria & suorum contempta vtilitate.

Gaius ad petroniu statuā non erigere scribit gratia agrippę.

Gaius resipiscēs petronio mortis genus eligere rescribit quia contēpsit eius admplere mādata ſ gaius prius mortuus est q̄ epistola venerit ad petronium.

Deus remuneratuit petroniū pro honore quē exhibuit templo.

¶Mors gaij & mortis cā postea describitur.

Nota ꝓ honorā tibus templa.

nisi rectum quod petebatur iudicaret. Cæsar nichil aliud nisi mortem afferret illa petitio. Ergo quāuis periculosum esse censeret.tamen contemptis sibi alijs necessarijs & vtilibus.illud cęsarem postulauit.Gaius autem tum eo ꝙ Agrippa taliter fuerat accuratus tum quia indignum existimabat mēdax coram tantis arbitris apparere ante quos alacriter compellebat Agrippam quod vellet expetere;paululum sui penitens mox vero virtutem Agrippę miratus ꝙ suum regnum non redditibus non pecunijs non alio quocunq; munere amplificare cupierit.sed pro conseruanda lege culturaq; diuini D
tatis illibata celebranda interuentor extiterit concessit ac scribit ad petronium laudans quidem eum ꝙ exercitus instruxerit pugnareq; cum iudeis paratus fuerit:& omni nisu laborauerit iniuncta perficere.Verum statuam inquit si te contigerit erexisse vt constituta est perseueret. Si vero necdum erecta est nichil vltra fatigandum exercitum & auxilia dimittenda.Teipsum vero ad ea quę missus es conuenit proficisci.Nam vltra iam opus non habeo vt erigatur statua.Hoc enim Agrippę gratię cō cessum esse volo:viro honorabili michi semper sed nunc amplius honorando. Et Gaius quidem talia scribit petronio.anteq̄ seditio maior oriretur.Nam ita iam mentes omnium timebant atq; talia voluntatum eorum indicia monstrabantur vt si forte contrarium nuncium adueniret parati essent apertum bellum cum romanis gerere.Sed Gaij amicus erat obnoxius turpitudini alienus bono consilio& in omnibus quę facienda decerneret:ita magis pertinax ad implendum moderari se nullo modo sciens sed beatitudinem iudicans si omne quod esset voluptati perficeret;postea scribit petronio huiusmodi verba.Quoniam inquit quę tibi dedere iudei meliora iudicas q̄ mea complere precepta & cū
cta quę illis libita sunt studes efficere mea mandata contemnens: iubeo temetipsum iudicem fieri & E
eligere quid debeas pati qui me ad tantam iracundiam concitasti vt exemplum efficiare cunctis & presentibus & precedentibus & futuris ꝙ nullus audeat imperatoris mandata contemnere. ¶Hanc igitur epistolam destinauit quidem petronio non tamen ipso viuente perducitur. Petronius autem tardius eam aliquanto suscepit remorantibus nauigio portitoribus intantum vt & ante hanc epistolā alis litteras accepisset in quibus de morte cęsaris certior redderetur. Nō enim obliuisci poterat deus tantorum periculorum quę petronius cum alacritate magna subierat vt iudeis in honorem eius religionis gratiam prestitisset & gaium de medio auferens mercedem illi dignam pro illius impietate restituit:cooperatus est autem petronio.Nam illi tanta dilectio comparata est tam romę q̄ in vno quoq; regno: vt dei gratia super eum euidens appareret.Romę namq; senatorij ordinis & quotquot dignitatibus eminebant tam virtutis merito q̄ odio gaij quod propter eius crudelitatem iniquitatemq; conceperant: circa petronium magno fauore ferebantur. ¶Mortuus est autem non post multum temporis q̄ fuerat epistola scripta petronio in qua eum morte damnauerat. Causam autem per quā extinctus est & totum ordinem insidiarum:narrabo procedente sermone.Petronio autem prima venit epistola mortem indicans gaij:post aliquantulum vero temporis in qua propria manu semetipsū interimere iubebatur.Vbi miranda est diuinę clementię prouidentia quę modo sine vlla dilatione tā tam illi retributionem mercedis indulserit pro honore quem exhibuit templo dei: & pro adiutorio quod iudeis prestitit vt per eum beneficium salutis acciperent.

¶Maxima cedes & calamitas iudeorum in Mesopotamia & Babilonia duo namq; viri iudei Asianeus & Anuleus germani velaminum nauiū operatores(eos corripiente operis magistro)fugerunt cum armis in vicum diruptionem fluminum vocatum ad quos iuuenum multitudo congregata est quorum ductores facti vicinos fecerunt tributarios eorumq; nomen omnibus erat formidolosum.Quos Babilonię Satrapa(congregato exercitu)clandestine legatos adducere procurans eos die sabbati inuadit Sed Asineus equorum hinnitus audiens socios arma sumere adhortatur & die sabbati contra hostes pugnare quos inuadentes vincunt & multis obtruncatis alios fugant.Illorum autem audita audacia Arthabanus parthorum rex eos videre cupiens per nuncium dextra & fide prę- F
stita vocat.Et asineus differens fratrem cum muneribus mittit Arthabanus vero adueniente anuleo cum fratrem audisset timore non venisse Anuleum remittit vt prestito iuramento fratrem securum adducat. Anuleus ergo fratri regis munificentiam persuadeus secum ad Arthabanum adduxit quos cū gratia recipiens asinei mirabatur magnanimitatem qui sub breui corpore & contemptibili tanta habebat fortitudinem atq; prudentiam.Hos quoq; cum muneribus remittit eis Babilonię commendās regionem prohibuitq; Abagadem ne occideret Asianeum.Qui reuersus oppida constituit & castella & omnem Mesopotamiam per quindecim annos gubernauit. Capitulum octauumdecimum.

Maxima calamitas & cedes iudeorum i mesopotamia.

QContigit etiam per idem tempus iudeis illi qui in Mesopotamia & Babilonia habitabant: valde magna calamitas: ibi quoq; cedes multa accidit:quanta nunq̄ ante refertur in Hystoria. De qua cuncta diligenter absoluens & causas ipsas ex quibus prouenit insinuam.

A ¶Neherda Babiloniæ dicitur ciuitas ad modum populoſa habens circa ſe & plurimam fecundamq; regionem: quæ cum aliſs bonis plurimis tum etiam hominibus ipſa referta eſt. hoſtibus quoq; madibi lis. Nam eam eufrates vndiq; circuiens: in medio continet vniuerſam. Ad hęc etiã mœnibus eſt mu nita firmiſſimis. ¶Eſt autem alia ciuitas cuius Neſibis alias Niſibis vocabulum. circa eiuſdem flumi nis fluenta conſtituta. Vnde iudei quoq; natura confidentes locorum cenſum. quem ſolent in hono rem dei tribuere ibidem cuſtodiendum illo tempore deponebant ſed etiam alia munera decora tem plorum illis, ciuitatibus habuere. Nam illis velut penu vel promptuario firmiſſima ſecurius vtebãtur. Hinc autem in hieroſolimis cum tempus expeteret pecunias dirigebant: plurima quoq; inde milia hominum paſcebantur. ¶Erant itaq; duo quidem homines Aſineus alias Aſianeus & Anuleus alʒ Anyleus vel Amyleus nomine Neherdacienſes quidem genere & inter ſe germani fratres. His ꝑce perat mater (nam patre orbati fuere) vt nauium operarentʒ velamina quia non indecorum apud eiuſ dem loci ciues hoc opus habebatur ita vt etiam plures apud eos virorum eis exerceantur operibus: quę vſui marino ꝓficiant. Hos quadam die magiſter (qui eidem operi pręerat) apud quem etiã ipam artem didicerant de aduentu & tarditate culpauit eoſq; verberibus vltus eſt. Illi ergo grauiter hoc fe rentes arma quantacũq; in eius ſeruabantur domo arripiunt & pergunt in quendam vicum (qui diru ptio fluminum vocatur) vbi optima ſolebant paſcua germinari: eaq; ibi repoſuerunt. Quo facto con gregantur ad eos plurimi iuuenes: quotquot egeſtate laborabant. Hos armis inſtruũt ipſi vero veluti ductores agebant. Ibi quandam ſibi extruentes arcem demandant vniuerſis qui per illa paſcua armẽ ta ductabant vt eis cenſum redderent atq; ex hoc & cum eis amicitiam haberent: & aduerſum hoſti lem populũ (ſi forte ꝓrumperet) auxilio ſe fore firmabant. Illi vero dicto obaudientes fuere: non enim aliter facere valebant & ex pecoribus mittebant quanta cupere videbanʒ ac ꝓinde manus illis & vir tus amplior accedebat & poteſtatem habebant quęcunq; animus vellet efficere: alios fugare vel lede re alios tegere vel curare non ſolum incolas regionis ſed etiã quos forte tranſire contingeret nomẽq; eorum formidoloſum ſatis habebaʒ & per ſingulos dies de eis ſermo creſcebat donec ad regem par

B thorum vſq; peruenit auditus. ¶Satrapa vero babilonię poſtq̃ iſta cognouit voluit eos in ipſis initiſs reprimere anteq̃ eis licentia creſcente malum amplius oriretur. Et congregans manum q̃plurimã po tuit ſed etiam ex parthis babiloniiſq; q̃plurimos aduerſum repente tendebat nolens eum nunciũ ſui anteq̃ veniret accipere. Igitur per occulta ductans exercitum & veniens in quendam nemoroſum lo cum ibidem latuit: & ſequenti die (nãq; ſabbatum illuceſcebat in quo iudei nichil operantur) ratus re ſiſtere non auſuros atq; hoc modo ſine pugna tinctos poſſe adducere: paulatim ergo ac pedetentim accedebat ad locum vt cum ꝓximus fieret ſtatim in eos irrueret. Sed Aſineus (ſicut forte cũ aliſs nõ nullis confederat ante quos arma fuere iacentia) o viri inquit hinnitus equoꝝ in meas aures allapſus eſt qui non equarum amore: ſed equorum viros vehentium videtur exiſtere. Nam & ſtrepitus freno rum ſimul aduerto. Vereor itaq; ne nos circumfuſi hoſtes aggreſſi ſint. Sed citius quiſpiam ex nobis ſpectatum ꝓcurret: qui nobis quidnam ſit iſtud manifeſte denũciet. Opto autẽ me falſa locutũ fuiſſe & deceptum potius veri ſimilitudine ſonitus q̃ vera ſenſiſſe. Et ille quidem huiuſmodi verba locutus eſt cum ecce ſimul quidam aduenium ſpeculati negocium & celeriter accurrentes ne tu inquiunt fal leris: ſed integre coniectaſti quę aduerſus nos geruntur. Ab hoſtibus quippe circumdati ſumus dolo nil brutorum animalium differentes. Nam nos plurimus equitatus inuadit eo pręſertim tempore quã do nudi omnibus armis extamus: ob id quod lex paterna vacare nos & nihil agere: hodie pręcipiat.

C ¶Aſineus porro non ſecundum ſpeculatoris ſentẽtiam q̃ deberet fieri decernebat vt ſine hoſtium vltione perirent. Sed legale magis exiſtimans ne dimiſſis manibus pereuntes leticiam hoſtibus exhi berent oportere indicabat: arma itaq; corripit. alios qui circa illum erant ſimiliter adhortaʒ eos in au daciam excitans vt virtutis memores hoſtes itinere feſſos inuaderent atq; impetum facientes multos obtruncant. alios fugauerunt. Nam eos ſecuritas (qua ſe putauerant quaſi cuncta parata reperturos, ignauos & molles effecerat. ¶Parthorum autem imperator cum ei tale nuncium eueniſſet obſtupe factus ſuper illorum fratrum audaciam deſiderauit eos videre: & cum eis miſcere colloquium. Et mit tit ex armigeris fideliſſimũ qui diceret quoniam imperator Artabanus quamuis leſus a vobis & q̃uis ſua ꝓuincia deprędata tamen nulla circa vos indignatione qua debebat accenſus eſt ſed conſidera tione virtutis veſtrę magis in veſtram gratiam factus attonitus miſit me dextram vobis fidemq; prę bituram vt ad eum veniatis & eius habeatis amicitiam nullum dolum aut inſidias formidantes: do na etiam ſe datum ire promittit & honoribus ſublimare: ex quibus vobis potentia maior accreſcat. ¶Tunc Aſineus ipſe quidem diſtulit: ſed fratrem ſuum Anuleum cum muneribus mittit quę prępa rare potuerunt. Et ille quidem ita perrexit: atq; peruenies ad imperatorem ingredi, Artabanus au tem audiens Anuleum veniſſe: interrogabat cauſam cur etiam Aſineus non ſimul aduenerit. Cumq;

Neherda citas Babiloniæ for tiſſima.

Niſibis ciuitas.

Aſineus & anu leus iudei vela minuz nauium opatores (eos corripiente ma giſtro opis) fu gerũt cũ armis i vicũ diruptio nẽ fluminũ vo catã ad quos iu uenũ mſtitudo congregata eſt quoꝝ ductores facti vicinos fe cerũt tributari os eorumq; no men oĩbus erat formidoloſum. &c.

Satrapa babilo niæ (cõgregato exercitu) eoscl̃ deſtine ꝓcurat ligatos adduce re eos ſabbati die inuadens.

Aſineus audi re equorũ hin nitus ſocijs nũ ciat.

Aſineus ſocios adhortaʒ arma ſumere & die ſabbati contra hoſtes pugnare quos iuadẽtes vincunt (multis obtrũcatis) ali os fugant.

Aſineus diffe rẽs fratrẽ ſuum cũ muncribus mittit.

Mos barbarorum de fide seruanda.

audisset q̄ timore suum aduentum subtraxerit: cepit per deos patrios obtestari nichil se malifactu
rum in eos si se eius cōmitterent fidei. Inter illos enim barbatos esse solet iudicium vt nunq̄ quisq̄ in
ter eos postq̄ dexteram prebuerit mentiatur: nec quisq̄ de fide dantis dexteram dubitauerit. ¶ Et ar D

Artabanus (iuramēto p̄stito) anuleū remittit vt fratrē adducat securū &c.

tabanus quidem ista gerens mittit Anuleum persuasurum fratri vt ad eum etiam ipse pariter adue
niret Agebat autem hec imperator opus habens illis fratribus pro tutamine illius satrapię propter
quam in illa regione facile possent ab imperio suo decedere vt anteq̄ aliquid tale contingeret ipse il
los per amicitiam occuparet. Timebat etiam ne in babilonia plurimi se Asianeo coniungerēt & ille
manu valida cōgregata p̄sertim in illis locys tam munitissimis: facile persarum imperium defensa
ret. Et ille quidem talia reputans mādabat Anuleum anuleus autem persuasit fratri intimans ei mu
nificentiam & alacritatem imperatoris tum etiam iusiurandum quod ei prebuerat. Proinde ad arta
banum cum alacritate pergebat. Ille autem eos cum gratia magna suscipiēs ammirabatur asianeum
q̄ tam magnanimus extitisset cum corpus possideret ad videndum breue: & q̄ contemptui ab intuē
tibus haberet. Eiusq̄ prudentiam & strennuitatem considerant ferī ad amicos dixisse: q̄ maior esset
anima corpore tam minore. Ostēdensq̄ asianeum vni ductorum suorum abdagadi nomine atq̄ no
men eius indicans: omnemq̄ virtutem & strennuitatem eius intimās qualis extitisset in bello: abaga
des postulabat permissum sibi contribui vt eum occideret atq̄ iniurias eius & depopulationes (quas
in prouincias cōmiserat) vltum isset. Non permittam (inquit imperator) hec fieri in eum virū qui mea
fide p̄sumptus: dexterā a me iurationemq̄ deorum accipiens venire ꝑperauit. Tu quia vir bonus
extas in bello nichil periuriis meis opus est vt parthorum iniurias vlciscaris. Discedērem namq̄ si cu E

Artabanus fratres cū gra reciꝑs asianei mirat magnanimitatē q sub breui corpore & cōtēptibili tantā habebat fortitudinē atq̄ prudentiam.

pis insequere. eumq̄ si poteris iure belli superato. Mane itaq̄ facto acciri iubet Asianeum. Tibi tēpus
est inquit o iuuenis ad propria discedendi ne forte plurimos ductorum ad te irrites: & sine mea con
scientia pereas. Cōmento autem tibi babilonię regionem vt eam ledi a latronibus nō permittas sed
tua virtute a malis omnibus defendatur. Dignus namq̄ sum ab optimo homine hāc reciprocationē
accipere: qui tibi fideles animos omnino seruauerim. neq̄ ad eos attendi qui fuerant ad tuum secui
tium irritati: sed salutem tuam tutandam sedolo festinaui. Hec dicens eum donatum muneribus cō

Prohibet artabanus abagadē occidere asineum.

petentibus in ꝑpriā destinat regionem. ¶ Ille autem domum reuersus oppida constituit & castella
que primo fuere restauranda cōfirmat: atq̄ ita breui magnus effectus est tātaq̄ per eum negocia ge
runtur: quanta nunq̄ ab alio ante ipsum geri potuerunt. Tantus ergo fuerat factus vt etiam ab ipsis
parthorum ductoribus honoraret. qui ad illam regionem p tempora mittebant. Nam solam babilo
niorum honorificētiam habere minorem ducebat: quam suę virtutis merito debere iudicabat exolui.
Omnia igitur negocia que in mesopotamia gerebant ex eius potestate pendebāt & amplius eius fe
licitas per annos quindecim amplificata crescebat: & bonorum omnium vigore ac flote pollebat.

Artabanus remittit asineum ad ꝑpria cum muneribus Babilonię cōmendās regionem.

¶ Dum fratres tali prosperitate fruerentur conuertantur ad iniurias paternas leges transgredien
tes vnde eos mala occupauerūt Anuleus namq̄ mulieris pulchritudine deceptus virum eius occidit
& eam sibi coniunxit que ad ydolatriam atraxit Anuleum quē socij sui mouent mulierē ydola colen
tem (hebraico ritu contempto) non debere accipere sed Anuleus correctorem peremit qui moriens
occisori & socijs ꝓmittentibus maledixit Plurimi quoq̄ anulei peccatū corripere volentes fratrem ma
gnis vocibus talia permittentem adeunt increpantes Qui crebris accusationibus compulsus fratrem
increpat & mulierem hortat relinquere quod cognoscēs mulier illi venenum inter cibos dedit & mor F

Asianei maxia virtus & prudētia in cōstruendis castellis & opidis q etiam oēm mesopotamiam gubernabat p. xv. ānos.

tuus Anuleus ergo solus exercitum sumens cōtra Mitridatem Artabani generum bellū mouet & om
nia p̄de committit deinde Mitridates contra Anuleum occulte bellum parat (quo cognito) anuleus
eos dormientes inuadit multisq̄ interfectis & alijs fugientibus Mitridatem viuum capiens super asi
num duxit quem occidere (hortantibus amicis recusat sed remittit ad patriā Cui reuertente vxor eius
(q̄ iudei hominis captiuus fuisset) exprobrabat ipse contra iudeos arma parat & superbientem anu
leum vincit. Sed fugiens in siluam pessimorum multitudinem congregat cū quibus Babilonios inua
dit. Et ipsi in Neherdam venientes anuleum sibi dari petunt qui capientes (aditu ei patente) anuleū
& quotquot inueniunt obtruncant. Quo mortuo Babilonij iudeis molesti qui in Seleuciam cum suis
migrauerunt factaq̄ est maxima iudeorum ruina ex corruptione Babiloniæ vnde eis in Tesifontem
fugientibus terrore p̄mebantur omnibus vicinis sibi formidolosis.

¶ Capitulum nonumdecimum.

Malorū contra asineū & fremēcā trāsgressio legū paternarū.

SEd dum tali prosperitate fruerentur: subito illos malorum occupauere ptincipia: que huiusmodi de causis acciderūt postq̄ enim strennuitate ac virtute ad magnam peruenere potentiam conuertunt ad iniurias perpetrādas: & transgressiones paternarū legum cupiditatibus in transuersum agētibus. ¶ Denicq̄ parthorum quendam ductorem inuadūt (qui ad guber

nandam illam missus fuerat regionem) quem etiam propria vxor fuerat comitata. Hæc cum in alijs
A plurimis rebus laudabilis extitisset: tamen pulchritudine cunctas fœminas anteibat: ita vt magnum
decoris miraculum spectantibus apportaret. Hanc anuleus siue pulchritudinem eius auditu cogno
scens siue proprio visu prospiciens adamauit. Deniq; cœpit insidias eius viro pręparare: eumq; ho
stiliter inuadens interemit: illam autem arripiens sibi cōiunxit. Quæ mulier haud equidem sine ma
gnis calamitatibus anulei domum ingressa est sed tam ipsi q̄ asianeo fratri magnorum malorum de
portauit aggeriem per huiusmodi cautam. ¶ Cum enim illa post mortem viri deorum suorum simu
lachra sumpsisset: quę more paterno tam ab ipsa q̄ a viro eius religione colebantur: cœpit ea domi ha
bere: & simili cultu ea venerari. Etiam cum alicubi pergebant forte in exteras regiones secum illa si
mulacra portabat. Et primo quidem latenter hunc ritum religionis exerc. bat: posteavero cœpit etiā
monstrare marito quali modo vel lege deos suos cum primo coniuge suo coleret. Tunc socij eorum
qui ab eis inter primos honorabantur primum quidem ad ipsum Anuleum locuti sunt: quia non dece
ret hebraico ritu contempto. & neglectis suis legibus eam mulierem accipere. quę cōtrario ritu aliam
religionem habens: inter dicta sibi sacrificia dijs extraneis exhiberet. Debere illum aiebāt rebus suis
bene consulere ne forte amore mulieris. & voluptate corporis captus illa celebrari permittens seq; re
gnumq; suum pessundaret Sed cum nichil proficerent talia commonentes. verum etiam quendam il
lorum qui maximo inter eos honore fungeretur (quoniam ampliore fiducia locutus sit) interemit. Il
le vero moriens maledixit ipsi Anuleo fratriq; ipsius Asianeo. Cunctisq; socijs vt similiter ab hosti
bus interirent impręcatus est. Ipsi quidem qui tale facinus perpetraret: illis autem qui non prohibue
rint: neq; vllum auxilium tulerint homini pro legibus paternis & pro tanta gente proloquenti ¶ Cu
ius mortem omnes grauiter quidem ferebant tollerabant tamen non ob aliud nisi quia illorum poten
tia ad infœlicitatem ducebatur. ¶ Cum autem culturam etiam deorum parthorum audissent vltra to
lerandum esse non iudicabat opus Anulei: quia in legem patriam iniuria gerebatur. Tamen plurimi
congregati ad Asianeum accedunt: & eum magnis vocibus increpant dicentes. Bene quidem esset
si neq; primum tale aliquid fieret. Sed quoniam factum est saltem nunc correctio consequatur: anteq̄
illud peccatum illi q̄ cęteris omnibus adducat interitum. Eiq; exprobrabant propter nuptias cum
alienigena muliere confectas contra consuetudinem legis ipsorum & superstitionem mulieris quę ad
iniuriam dei sui fuisset inducta. ¶ Ille vero quamuis peccatum fratris agnosceret magnorum malo
rum fuisse causam & fore: veruntamen victus consanguinitatis fauore tolerabat: veniamq; fratri da
bat qui fortiore malo libidinis vincebatur. Sed cum plures ad eum per dies accusationes a pluribus
aduenirent tum de his anuleo loqui compulsus est increpans eum & quiescere iubens denuo ab illis
B operibus & vt mulierem ad sua propria parentesq; reuocaret: sed nichil eorum verborum percipiebat
effectum. Mulier autem sentiens tumultum qui propter se populos obtineret venenum inter cibos
dedit asiano quo ille accepto defunctus est. At illa sine timore vllo postea degere cœpit solum sui iu
dicem habens quem sentiebat suo amore constrictum. ¶ Porro anuleus solus regni moderamina ex
cipiens exercitum sumens vicos mitridatis inuadit viri apud parthos in primo loco cōstituti & regis
arthabani filiam in coniugio possidentis. Vbi cum irrumperet omnia prędę dedit: & multas pecunias
inde multosq; captiuos abripuit & numerosum pecus abduxit: & alia plurima quę ad diuitias opulē
tiamq; pertinere noscuntur. ¶ Sed cum hęc mitridates audisset q̄ talis in suis vicijs captiuitas fuisset
effecta grauiter tulit q̄ ipse ante nichil lesisset anuleum. Anuleus vero q̄ exordium tantę sumpsisset
iniurię: tanta in se dignitate contempta. Congregans itaq; q̄ plurimum potuit equitatū sed etiam eta
te feruentium non minimam manum aduersus anuleum venit: & contendebat vt cum eo bello decer
neret. Sed anteq̄ ad eum venisset quodam vico occulte castra constituit vt inde proxima die hostes
irrumperet quoniam sabbatum illucebat quando a iudeis ocium & vacuitas exercetur. Anuleus au
tem ista cognoscens a quodam homine Syro alienigena ex alio vico: qui cum alia integre nunciaret
tum etiam vicum intimabat: vbi Mitridates mansionem fecerat. Milites itaq; cenatos faciens conti
C nuo castris egressus est: cunctis ignorantibus q̄ aduersus Parthos tenderet: & circa noctis fere quar
tam custodiam hostes inuadit. Alios dormientes obtrūcat: pleroſq; in fugam conuertit. Mitridatem
autem viuum tenens secum ducebat super asinum nudum imponens. Quod valde ignominiosissi
mum apud Parthos haberetur. ¶ Cumq; ad locum proprium peruenit: hortabantur amici vt Mitri
datem perimeret. Sed contra ipse consilium aliud docebat non rectum esse videns vt mitridatem ex
tingueret virum primo genere apud parthos ortum. & necessitudine connubij apud regem arthaba
num magnifice honorabilem. Nunc autem tolerabile vt cunq; tolerabile censeatur esse quod factum
est quoniam acsi iniuriatas est. Mitridates verūtamen beneficio salutis erit se liberantibus grām de
biturus. Si vero quicq̄ patiatur nequaq̄ regem arthabanū patienter laturum: sed magnā cladē iudeis

Anuleus mulie
ris pulchritudie
deceptus insidio
se virū eius occi
dens eā sibi cō
iūxit quę sibi &
fri magnorū ma
lorum causa fuit
Anuleū socij sui
mouēt nō debe
re mulierē ydo
la colētē hebrai
co ritu contēptu
accipere. &c. sed
Anuleus cor
ectorē iteremit q
moriēs maledi
xit occisori & so
cijs permittenti
bus cōtra pater
nas leges.
Plurimi peccatū
Anulei corripe
re volentes asia
neum adeūt ma
gnis vocibus in
crepantes eū ta
lia promittentē.
Asineus crebris
accusationibus
cōpulsus fratrē i
crepat & mulie
rē relinquere hor
tatur quod mu
lier cognoscens
venenum ei in
ter cibos dedit
& mortuus est.

Mitridates con
tra Anuleum oc
culte parat bel
lū qd cognoscēs
Anuleus eos in
uadit dormien
tes & multis in
terfectis aliis fu
gientibus Mitri
datem viuū ca
piens super Asi
num adduxit.

Reuertēti mitridati vxore sua exprobrāte q̄ u dei hominis captiuus fuisset ipse cōtra iudeos parat exercitum Anuleisuperbia & temeritas.

importaturum babilonię constitutis. Parcere itaq; illi melius videtur & propter cōsanguinitatem qua regi coniunctus est & prō tanta dignitate qua inter suos honorabilis ac magnus habetur. Et ille quidem talia in concione loquens omnibus persuasit Dimittitur igitur mitridates. ¶ Sed ei reuertenti eius mulier exprobrabat: nisi festinaret vt pote regis gener. & in tanta dignitate constitutus: supplicia sumere de his qui contumeliam ingessissent. Turpę namq; esse illa dicebat vt salutem eligeret postq̄ captiuus in manus iudei hominis fuisset: & nunc aut vltum ire suam iniuriam intenderet: aut se per deos iurare coniugij fœdera soluturam. Has ille exprobrationes per dies singulos minime ferens magnanimitatem etiam mulieris metuens ne inter eos coniugium solueretur: non sponte quidem neq; volens congregans manum q̄ plurimam potuit aduersus iudeos tendebat in Ptholemniam alias Tolemnam ipse salutem estimans. si parthus impune repulsus fuisset a iudeis belli certamine. Anuleus autem vt agnouit ad se tedentem cum multa manu Mitridatem: inglorium iudicās si in locis suis maneret & non magis anteueniens hostes occurreret. ex prosperitate prima confidens iterū se pugnaturum credens audentibus virtutis etiam robur accrescere. Multi itaq; superborum illi exercitui cōiunxere sperantes prędam se sicut antea relaturos: & ipsa prima facie hostibus horrorem illaturos. Pergunt itaq; illo stadia nonaginta per loca vasta & inaquosa iter faciens: sed medio die ardore solis ingenti sitis iudeos occupat Mitridates autem apparens continuo fessos itinere ac siti fatigatos inuadit. Illi nec estum nec arma ferre valentes: profugiunt. Parthi vero insequētes cedem magnam faciūt iudeorum multe miriades occumbunt. Anuleus autem & quotquot circa eum erant: in silua se recipiunt. Mitridates vero magnam victoriam sumens: magno gaudio cœpit exultare. ¶ Congregatur autem ad Anuleum infinita multitudo hominum pessimorum: & suam salutem paruipendentium. Quos anuleus suscipiebat: volens ex his recompensationem efficere multitudinis quę bello perierat Sed haud sane similes illis qui bello perierant: nam erat vulgus inexercitatum. Sed etiam hac multitudine irrupit in vicos Babiloniorum eosq; passim depopulabatur. ¶ Tum babilonij quāuis ad bellum parati mittunt tamen in Neherdam ad iudeos qui ibidem habitabant tradi sibi Anuleum expetentes. Illi vero nequaq̄ sermonem illorum accipientes neq; cum traditione Anulei pacem facere volētes prouocabant eos ad prelium. Veruntamen aditum legatis Babiloniorum permisere vt ad anuleū venirent & cum eo quicquid vellent protinus loquerētur. Babilonij vero locum integre speculantes quo se constituerat Anuleus: & cuncta diligenter inspicientes occulte nocte somno depressos inuadunt: necantq; quantoscumq; reperiunt: ipsum & Anuleum obtruncant: atq; hoc modo Babilonij iniurijs anulei & grauedine liberati sunt. ¶ Impressio namq; eis illa magna constabat: odio quo circa eos detinebatur. Nam pœne semper iimicitias exercebant. Causa vero huius rei fuit lex eorum paterna quam ille oppugnabat: & propterea sibi inuicem semper emulabantur. Vnde si quis q̄ oportunitatem inueniret ab iniurijs non parcebat. ¶ Tunc itaq; hoc modo anuleo pereunte: cœperunt Babilonij iudeis instare. Illi vero & grauiter ferentes impressionem babiloniorum & repugnare pœnitus nō valentes: in seleuciam cum suis omnibus migrauerunt. Ciuitas admodum erat opulens & decora quā seleucius nichanoris fabricatus est. Habitabant autem eam macedoniorum plurimi: & grecorū abundantissimi. Est ibi etiam syrorum non minima multitudo. ¶ In hanc igitur iudei refugiunt & per quinq; quidem annos illesi inexpertes malorum fuere. Sexto vero anno babilonię corruptio eorum magna contigit & ruina & ob hoc plurimi in seleuciam magis magisq; cōfugiunt: sed & eos amplior clades ibi suscipit: propter causam quam breuiter narrabo. Grecis in seleuciam habitātibus aduersus syros ex maxima parte inimicitię auide gerebantur: sed greci semper superiores extabāt. Tunc itaq; cohabitabant eis & Iudei qui aduenerant. Syri autem seditionem mouētes cœperunt superiores existere. ex consensu & auxilio iudeorum hominum inconsiderate se pericula præcipitantium & intentionem solam ad bellum gerendum habentium. Tunc iudei hac seditione superantur. Ibi nullam aliā rationem cernebant qua possent statum suum pristinum & dignitatem reformare: nisi syros a iudeis separent. Vnusquisq; igitur eorum verba faciunt ad Syros cum quo quisq; se familiaritatem habere cernebat: atq; hoc modo pacem amicitiamq; componunt. Primates itaq; viri ex vtraq; parte pacta quibus & pax & concordia seruaretur instituunt: atq; hoc modo inuicem exhortantur vt eum iudeis bellum gerant. Quos ex constituto repente inuadunt: interimuntq; super quinquaginta milia hominum. Pereunt igitur omnes prēter admodum paucos qui forte aut amicorum aut vicinorum misericordia conseruati sunt. Et qui iam cum ibidem essent viuere non poterant: discedunt. Exinde in Tessalonitem ciuitatem vicinam seleucię. vbi consuetus parthorum rex per singulos annos hiberna perage re vbi etiam plurimę eius opes & plurimus regni cultus asseruatur. Nulla tamen iam eis spes viuendi fuerat derelicta. Nam etiā ibi omnis gens iudeorum terrore premebatur. Nam tā babilonios q̄ seleucios formidolosos habebant. Sed etiam omnis multitudo syrorū quę in illis locis habitabat idipsum

¶ Victus anulei exercitus fugiēte ipso i siluam. Multitudo pessimoruz hoim ad anuleū cōgregatur i recōpensatione eorū qui i bello pereūt cū quibus Babilonios inuadit. Babilonij ad neherdā venientes petunt sibi dari Anuleum. Causa odij.

Anuleo mortuo babilonij iudeis molesti vnde ipsi iudei in seleuciam cū suis migrauerunt. Maxima iudeorū ruina ex corruptione babilonię.

Quinquagīta milia iudeorum occisa. Iudei intesifontem ciuitatē fugientes terrore premebātur oībus vicinis eis formidolosis.

A cum seleucis loquebatur: vt bellum gererent cum iudeis. ¶ Ob hoc ergo discedunt etiam inde in Neherdam & in Nesebim vbi propter munimentum illarum ciuitatum tutos se esse posse censebant. Super hoc etiam habitabantur ille ciuitates ab hominibus bellicosis. Et ea quidem quę circa iudeos babilonię constitutos acta sunt huinsmodi fuere.

Neherda & nesebi ciuitates fortes.

¶ Explicit liber Octauusdecimus.

¶ Incipit liber Nonusdecimus qui continet tempus annorum octo & mensium sex.

¶ Gaius non solum in iudeos sed etiam in omnes Romanos subditos imperio suam manifestauit insaniam maxime circa Romanos senatores quorum plurimos (ablata eorum pecunia) morte dāmauit. Diuinumq; honorem non solum cum hominibus sed & in templo se Iouis fratrem appellans vsurpauit atq; tanq̄ deus maris graue putans remis ipsum transire pontem in medio mari voluit construere Templorum quoq; depopulator dicebat pulchras res pulchro i loco quem Romam vocabat solum debere esse Iouem verum olimpium Romam transferre voluit sed Menius impediuit Natam autem sibi filiam in capitolio perducens & super simulachri genua constituens communem sibi Iouiq; natatam duos patres vni prole confirmabat Molitus est etiam seruos ad dominorum excitare accusationem vnde & Polliceudes seruus Claudium dominum suum accusauit. Et itaq; audacia seruorū contra dominos mala fecit in republica maxima Proinde mors Gaij legem corrumpentis reipublicę maxime fuit vtilis contra quem omnium erat odium cuiusq; mortem omnes propter eius iniquitates honestum opus reputabant & maxime famę cupiditas Cheream ad eius mortem excitabat. Qui a Gaio exactiones colligere constitutus humilibus parcens & depressis ipsum ad iracundiam prouocauit ita vt eum de mollicie & de socordia criminaretur plurimas ingerens illi iniurias. Capitulum.j.

Gaius nō solum in iudeos sed etiam in omnes Romano iperio subditos suā manifestabat ifaniā maxime circa romāos senatores quorū plurimos morte damnabat eorum ablata pecunia.

Aius autem non in solos iudeos qui in Hierosolymis fuere & eos qui in his regionibus habitabant iniusticię suę demonstrabat insaniam: & per omnem terram & per omne mare super eos precepta destinabat quaquauersum imperium Romanum protenditur: & pluribus cuncta calamitatibus adimpleuit: quales ante nunq̄ hystorię prodiderunt. Maxime autem omniū roma cladem perpetiebatur quam in nullo honorabiliorem ceteris ciuitatibus estimabat. Nam cum omnes ceteros libenter tractaret. Haud senatum & omnes quanticunq; ex nobilibus vel generosi vel clarissimi constabant. Multa enim plurima crimina perpetrabat aduersus equites Romanos. Quidem dignitatis nomine censebantur. Opibus autem pœne senatoribus pares existebāt propter
B qđ etiam in conuentu senatus interesse assolebant. Quos valde inhonoros habuit plurimosq; ex eis morte damnabat: quorum & simul pecunias auferebat. Nam multas quoq; cedes non ob aliud nisi vt eorum auferret pecunias perpetrabat. ¶ Diuinum vero sibi cultum & honores volebat non cum hominibus exhiberi: sed etiam in templum Iouis veniens (quod capitolium quidem vocant) venerabilius autem illis est omnium templorum: fratrem se Iouis ausus est appellare. Sed etiam alia quę gerebat: non erant furoris aliena. ¶ Nam etiam dicearchea ciuitate (quę in campania sita est) ad mesanam quę alia quoq; maritima ciuitas est graue putans vti remis cum transitum faceret: putansq; subiscere sibi hoc etiam elementum posse velut domino maris existēti: talia etiam in fluctibus gerere volebat: qualia solet terrę natura sustinere. Vult ergo vt a littore ad littus stadia ferme trecenta in medio mari & intra tam vastum sinum pontem construere: super quem carrucis & diuersis vehiculis itinera valeret efficere. ¶ Sed etiam templorum paganorum nullum non depopulatum reliquit. Quęcunq; enim aut pictura aut sculptura venusta fuere vel alio quolibet opificio pulchra simulacra atq; omnimoda anathemata: deferri iussit ad se. Non enim alibi pulchras res esse dicebat oportere: nisi in pulchriore loco. Hunc autem Romam esse firmabat. Non solum autem suam domum sed etiam ortos aliaq; sua habitacula vbicunq; terrarum Italię constabant: ex talibus repleuerat ornamentis. ¶ Nam
C etiam Iouem olimpium qui maxime apud gentiles venerabilis habetur quem phidias athenienſis fecerat ausus est in romam transferre ciuitatem. Non tamen ad effectum res perducta est architectis dicentibus ad mœnium regulum cui res illa fuerat imperata: eo q̄ si illud moueretur simulacrū aliquod malum posset accidere. Fertur autem mœnius etiam prodigijs propter hoc multis acceptis: distulisse negocium. Veruntamen huiusmodi verba scribit ad Gaium: vnde periculum mortis illi protinus imminebat. Euasit tamen quoniam Gaius morte preuentus est. ¶ Intantum etiam proruperat eius insania vt cum ei filia fuisset exorta eam perducens in capitolium super genua simulacri constituit: communem sibi natam iouiq; confirmans: duos patres vni proli constituens. Et hæc illum talia perpetrantem proch nefas homines tolerabant. ¶ Molitus est seruos etiam ad accusationes excitare dominorum quęcunq; vellent crimina in publicum deportare. Illi autem quęcunq; illis pessima oriebantur in

Diuinū honorē non solum cum hoibus sed etiā in templo iouis vsurpabat fratrē se iouis appellās Gaius tāq̄ deus maris graue putans remis ipsuꝫ transire pontem i medio mari voluit construere. Ionē olimpiūvoluit transferre romam sed Menius impediuit. Gaius nata sibi filia eā i capitoliū pducēs super genua simulacri cōstituēs cōmunē sibi iouiq; natā confirmat.

Pollideuces ſeruus Claudiũ dominum ſuum accuſat.

animo nulla prohibebantur dicere ratione cernentes illi gratum fore quicquid mali dixiſſent. Ita vt etiam Claudium auderet pollideuces ſeruus eius accuſare: & ille patiebatur aduerſus patruum ſuum geri capitale indicium: ſperãs etiam ipſum quo facilliorem potentiam aduerſus cæteros adipiſceretur extinguere. Non tamen aſſecutus eſt quod volebat. Repleta igitur vniuerſa republica diuerſis malis: diuerſiſq; calumniſs ex audacia ſeruorum aduerſus dominos vbiq; inſidię gerebantur: ab aliſs quidẽ vt ſuas iniurias pro his quę paſſi ſunt defenſarent ab illis autem pręuenire dominos cupiẽtibus: cum ſibi ab eis pro culpis ſuis aliquid ſupplicij imminere ſentirent. Proinde quoniam corruptis legibus & hoibus in afflictione conſtitutis non paruũ beatitudinis momẽtũ illius mors hois apportauit: ſed etiã genti noſtrę quę breui iam omnis interiret niſi mors illum celeriter occupaſſet volo ſuper eo cũcta deſerere. Nam alias quoq; magnam fœlicitatẽ confert hominibus & ſolatium in calamitatibus conſtitutis aut etiam correctionem his qui putant proſperitatem eſſe perpetuam: docetq; ne rebus ſecundis quiſq; peſſime commutetur: ſed virtutis ſtudium eſſe percolendum. ¶ Vias equidem tres mors illa parauerat: & harum vniuſcuiuſq; viri boni primatum in conſiliis habebant. Emilius enim regulus ex Corduba hiberię ciuitate originem ducens cõgregauit plurimos: vt ſiue per illos ſiue per ſemetipſum alacriter gaium perimeret. Alterius autem principatum gerebat Caſſius chereas tribunus: ſed & Minutianus nõ paruam partem hominum ad hoc opus aggregauerat. ¶ Cauſa autem illis erat odiũ quo circa Gaium vniuerſi tenebantur. Et regulus quidem iracundiam eius & iniuſticiam qua in cunctos vtebatur horrebat Gerit quippe indignationis aliquid animus liber: vt iniquitatem ferre non valeat. Hic igitur cum multis aduerſus Gaium conſilium capit cum amicis cum aliſs qui efficaces ei videbantur ad cauſam. Minutianus autem vt lepidum vlciſceretur amicum ſuum. Hunc enim cum aliquibus ſuis conciuibus Gaius extinxerat. Super hoc quoq; ſibi timebat: ne a gaio ſimiliter pateretur Nam videns ex aliſs exemplis ſibi mortem imminere feſtinabat ſuum pręuenire periculum. Chereas vero confuſionem & Gaij opprobria non ferebat quibus eum arguebat q̃q; quaſi nichil in ſe fortitudine gereret ſuper etiam periculum quoq; ſibi per dies ſingulos imminere cernebat. Mortem quoq; Gaij omnes honeſtum opus & liberum libenter excipere reputabant cęteri vero cupiebant ſup hoc habere commune conſilium: videntes iniurias tantas & exemplum prauum dari cupientibus principatum. Omnes ergo vt tantis cladibus liberarentur deſiderabant aduerſus Gaium aliquid geri. Decet namq; ad talia negocia bonos viros accedere prõ ſalute pietatis & imperij macula auferẽda. etiã cum ſuo diſcrimine. Super omnia autem Cheream ad opus gerendum excitabat melioris famę cupiditas. & quia cernebat facilẽ ſibi aditũ fore ad gaium tribunus namq; erat & per hoc ſe oportunitatem reperturum putabat qua perimeret gaium. Interea ludi currules agebantur: circa quę ſpectacula magnum geritur a romanis ſtudium Concurrunt enim alacriter ad circum & pro quibuſcunq; rebus opus habuerint ab imperatoribus congregatione facta depoſcunt. Illi vero q̃ multitudini non iudicant reſiſtendum confeſtim grate petita concedunt. Rogabant tunc itaq; Gaium cum omni intentione poſtulationibus vtentes vt cenſuum reuelationes efficeret: & grauedines cunctas auferret. Ille vero nolebat iſta concedere. At illi voces eleuabant amplius. Tum ille diuerſos per diuerſa loca mittẽs iubet clamantes arripi: & ſine vlla dilatione confeſtim interimi. Et ille quidem talia iuſſerat quibus autem pręceptum erat iuſſa complebant. Plurimis itaq; pro hac cauſa morientibus: populus ſpectãs clamare ceſſauit. Tunc omnibus ſuę facultates in contemptu fuere: videntibus illos pro ſuis opibus ad interitum peruenire. Hæc & huiuſmodi chęream excitabant vt magnanimiter ingrederetur i tauſam: & inſidias quas parauerat gaio perficeret vt eum tam nequiter aduerſus homines exaſperatum reprimeret. Et ſepius quidem in conuiuiis alias conuiuio gaij rem voluit aggredi: & tamen conſideratione reuocabatur non cernens ſe inuenire oportunitatem qualem negocio aptam eſſe iudicabat ne fruſtra ad tantum opus accederet: ſed ita rem modebatur vt conſilium ſuum annuũ ſequeretur effectum. In hoc igitur multo tempore militabat: non libenter conuerſationem ſuſtinens gaij. Cum autem eum conſtituiſſet gaius ſuper omnes functiones & cętera alia quę cęſaris erant inferenda theſauris: per illud omne tempus arato negocio priuabatur. In quo tamen maiorem ſibi virtutem implendi operis aggregabatur q̃ more ſuo magis rebus vtebatur: q̃ gaij obediebat imperio. Parcebat enim humilibus atq; depreſſis. Vnde ad iracũdiã quoq; puocauit gaium ita vt eũ de mollicie prius & de ſocordia criminaretur nõ valentẽ ſicut ipſe vellet pecunias cõgregare. Cõtumelias igitur plurimas illi igerebat & muliebria oppingebat nomina omni cõfuſione pleniſſima. Et hęc quidem cum aliſs increpabat ipſe magis ferebat in quibuſdam celebrationibus miniſteriorum quas ipſe conſtituerat. Stolã nãq; muliebrem induebatur & circumpoſitionem complicatorum crinium adhibens: aliaq; cętera quę ad ornamentum cultumq; muliebrem pertinent: ipſe ſuſtinens huius confuſionẽ criminis audebat aliſs exprobrare. Chereas autem quando hęc veſtimenta cęſar ſũmebat idignatiõe ferebatur: maxie aũt

Mors Gaij legẽ corrũpentis reipublicę maxime fuit vtilis ſicut & cuius licet mali principis.

Emilius.

Caſſius.

Municianus

Odiũ omniũ cõtra gaium.

Mortẽ gaij oĩs honeſtũ opus reputabant ꝓpter eius iniquitates

Famę bonę cupiditas Chæreã excitabat ī mortem gaij.

Ludi currules.

¶ Occaſio acceptа de iterimendo Gaio.

Cherea cõſtitutus ad exactiones colligendas parcens humilibus & depreſſis ad iracundiam ꝓuocauit gaiũ.

A cum illa vestimenta ministris irridentibus redderet: ita vt etiam tribuni in derisione eum haberēt & opprobrium. Nam cum sumpturi essent ministri a cęsare muliebria vestimenta prędicabant aliquas vt cōsueti ad lusum illum prędeferre facecias: propter hoc etiam fiducia maior accessit vt socios quosdā acciperet: quibus ostenderet non pro causis minoribus indignari. Nam erat etiā pōpidius senatorius qui pœne per oēs ordines & gradus āministrationis transierat epicureus autē erat: & propter hoc ociȷ & quietis studiosus. Hunc dimidius alias Timidius inimicus eius accusauit eo q̄ posset gaiū maleloquiȷs turpibus infamare: & eo assumens quintiliam mulierem que in rebus scœnicis propter pulchritudinem claram plurimorū amorem habebat & studium. Nām etiam ab ipso pōpidio diligebat Accusatio autem fuerat falsa. Illa vero graue indicante testimouium in causa mortis aduersus amatorem proferre: puniri eam dixit debere dimidius. Tunc gaius excitatus iubet chęream sine vlla dilatione continuo tormentis examinare quintilliam. Nam in rebus capitalibus & vbicunq; tormentis opus esset eodem cherea vtebatur: propter quod eum crudelius arbitrabatur ministerium exhibere timentem ne ab eo de mollicie & socordia culparet. Quintillia itaq; dū ad tormenta duceret cōscioru cuiusdam pedem calce deprimens: significauit eos debere cōfidere & nichil de tormentis eius pœnitus dubitare. Chęreas tamen ac si nolēs tormentis eam adegit timens propter illam ipse subire periculū & nichil differens eam in cōspectu gaiȷ deducit fœdam tormentis atq; deformatā vt etiā ab amatoribus suis sine vlla voluptate videret. Tunc gaius illam speciem nō sustinens sed admodū compassus quintillię eo q̄ grauiter tormentis fuisset affecta liberam crimine absolutamq; ꝓnunciat & cū ea simul pompidium: ipsā tamē etiam pecuniarum dono muneratur vnde illi solatium esset propter quod grauiter erat debilitata tormentis. Nam non solum sanitas eius corporis ex supplicijs corrupta erat sed etiam pulchritudo defœdata.

Pōpidius a dimidio inimico accusatus.

Quintilia mulier scenica; pulcherrima.

Quintiliā pōpidiū recusātem accusare chęreas (gaio iubēte) dat tormētis.

¶ Chęreas grauiter motus q̄ p eū hoies torquerent cōquerit clemēti & papinio de imperatoris insania Quem comprimere oportere dicebat cuius clemens consilium manifestius approbabat sed
B iubebat facere Sed continuo mutans sententiam clemens quęcunq; cepit efferre p plurimos & Chęreas formidans perrexit ad Sabinum libertatis amatorem opus putas vt celeriter quę cogitabat inciperet Exinde cōuertitur ad Minutianū virtute parem & licet cōsanguineus esset gaio illi tamē ꝓpter lepidi mortem suspectus erat. Chęreas vero cū curiam ingrederetur augurium audiuit vocem scilicet prędicipientem vt intētum perficeret Omnes quoq; tunc ad tyrannicidiū erant parati: chęreas autem nullam moram gerebat & omne tempus oportunū Indicabat. & Gaium capitolium vt pro filia sacrificaret ascendem cogitauit prędicipitare.

¶ Capitulum secundum.

Chęreas grauiter motus q̄ p eum hoies torquerent cōquerit clemēti & papinio de imperatoris insania.

HEc igitur chęream grauiter cōmouerunt: q̄ per eum hoies torquerent Vnde quoq; suam iracūdiam non sustinēs dixit ad clementē atq; ad papiniū quorum clemēs quidē super militiam cōstitutus erat papinius sup eos qui gaiȷ fuere custodes. O clemēs inquit nimis fecimus in agendo: quę pro impatore cōstant. Nam etiā eos qui aduersus eius principatū cōiuratfonem fecerant. multa ꝓuidentia vigilātes & laboribus desudantes alios quidē extinximus alios autē tormētis affecimus: intantū vt etiā ipsi gaio miserabiles videant ita nostram militiā nimia seueritate tractamus. Tacente autem clemēte grauiter se quidē ferre quę imperabant tam erat oculis q̄ vultu & colore manifestus: verbo autem insaniā imperatoris aperire iniustū esse iudicauit. Chęreas autē cohortes prouidenter prędicipiens cœpit fiduci-
C alibus vti sermonibus & ad eos enarrare mala quę ciuitates & illud optinerent imperium. & q̄ verbo quidē gaius illorū esse causa malorum dicatur: si vero quisq̄ rem iquit cum veritate discutiat inueniet. O clemēs q̄ ego sum totius mali causa & hic papinius & tu qui romanis & vniuerse humanitati omnia tormēta & omnes clades ingerimus non imperijs compulsi gaiȷ sed nostra in hac voluntate progressi. Festinemus igitur comprimere tantū iniuriatorem in ciues socios oēsq; subiectos cui nos ministeriū exhibemus & veluti satellites atq; carnifices ad eius crudelitates implendas extamus. Et arma quę aduersus hostes proferre debemus in nostros ciues cōuertimus non pro libertate non imperio romano sed pro salute eius qui suę iniquitati festinat cuncta subicere. Nam simul & nostra corpora & nostras conscientias p singulos dies polluimus tormentis & sanguine miserorū: donec etiā aker aliquis inueniat qui in nos quoq; tale gaiȷ ministeriū exequat. Non em̄ ꝓpter hęc quę gerit circa nos cum fauore cōuersabit. magis autem cum suspitione ad hec etiam cum pereuntium multam stragem efficeret. Non enim poterit vnq̄ gaiȷ seuicia terminari: quoniam non iudicio in talibus causis intēdit sed sola libidine ad hominum cedem impellitur tum demum etiam cunctis pereuntibus tandem cō iunget & nos. ¶ Ad hec clemens cōsilium Chereę manifestius approbat taceri autem iubebat ne in plures sermo ferretur. Et diffusis passim rebus quas gererent: anteq̄ res consequat effectus secreto ꝓ dito insidijs ꝓpalatis ipsi ducerētur ad pœnam sed tempore procedente rem spei cōmitterent (opor

Cōiuratio aduersus gaium.

Clemens consiliū chereę approbat.

tunitatem tribuente forma) opus gnauiter adimpleret. Rem tamē dicebāt per se cunctātem nō posse audaciam gerere ad tantum negocium inchoandū. His vero quę a te O chęrea tractata dictaq; sunt cautius aliquid fortassis inueniam: decentius autem quid poterit inueniri. Et clemens quidem continuo mutans sentētiam: omnia que audierat queq; ipse dixerat cœpit efferre per plurimos. ¶ Chęreas autem formidans perrexit ab sabinum extantem virum dignum quē etiam libertatis cognouerat amatorem: & pptерea dispositiones illorum temporum hostiliter abhorrentem. Opus itaq; putans vt celeriter quę cogitabat iciperet oportunū ratus vt cum eo rem cōmunicare maxime duce timore ne per clementem secreta proderentur: super hęc etiam dilationes temporum aliquid contrarium reputabat allaturas. Cum autem libenter sabinus tali cognationi alias cogitationi consentiret taliq; voluntati tunc quidem tacere se dixit & ad nullum de tali re suam proferre voluntatē si vero tempus & omen nāciscęretur. Tunc non solum silentium obiecturum: sed etiam suam voluntatem manifestaturum esse firmabat. Sed si aliquid viriliter volumus efficere nichil dilationi penitus detur. His ergo dictis exinde conuertuntur ad Minucianum. ipsis quidem studijs & virtute parem & similia ex animi magnitudine cupientem consanguineum tamen Gaij: sed suspectum propter mortem lepidi. Multā namq; in se amicitiam minutianus lepiduſq; possidebāt & propter etiam ipse timore periclitabatur ne similiter eum perimi contingeret. ¶ Erat quippe gaius omni nobilitati terribilis vt putaret aduersus vnum quemq; singulari insania promptus. Propter hoc enim alterutri sibimet erāt pro rerum necessitate formidini: & voluntatem quam circa odium Gaij gerebant indicare non poterant: ob cuius vtiq; suspitionem ne deuotionem sibimet aperte impendere pręsumebant. Dum igitur conuenissent & Minutiano honorem sicut prius exhibuissent erat ei dignitate pręclarus ciuium & cunctorum ore laudatus inter principia sermonum præcellens ille verba fecit ad ceream requirens quod signum illa die perceperat. Per totam namq; ciuitatem grata Chereę videbatur iniuria: quam per signorum dationem ipse portabat. Et ille inter verba iocunda nichil motus minutiano respondit eiq; sermonē de rebus talibus faciēdum esse commisit. 'Ei tu michi inquit da libertatis signum gratias agenti tibi. qui me amplius acuisti q̄ egomet implere cōsueui: neq; michi sermonibus pluribus iā opus erit Sed hoc sufficere iudico. Si etiam tibi idem placeat quod & michi quādo etiam priuq̄ cōueniremus eiusdem noscimur fuisse cōmunionis. Vno ita gladio sum' accinctus qui sufficere possit ambobus in quo cōseruti fortiter & accedamus ad opus princeps autem si vis ipse consisto iubens operibus imminere qđ si cœpero tui cooperationē solacij psequar grassatione ferri cōcessa michi (te cōfirmante) fiducia qua scilicet ipsum quoq; ferrum efficatius solet existere. Impellor enim ad actum non pro his quę ego patior: dum spe ipse circumferar. Non enim hæc leuitas mea periculosa tantummodo considerare permittit: dum & libere patrię atq; legibus & ademptę virtuti & tante cōdoleam pesti: quę cunctos simul propter gaium apprehendit. Dignus enim sum apud te iudicem fide rerum huiusmodi quādo etiam tu sapere talia comprobaris. Tunc minutianus considerans ardorem. Sermonem eius libēter amplexus est & eius audaciā approbauit atq; laudauit. Et vale dicto cum votis eū precibusq; dimisit. Quidam enim assueuerabāt ea quę cōtigebāt quodam auspicio fuisse firmata. Nam cum chereas ingrederetur in curiam vox cuiusdā de populo fertur emissa quę quasi ammoneret dicens: perfice quod agē dum est opitulante diuinitate. Quo facto primum quidem chereas expauit ne quis cōiuratorū videretur prodidisse secretum. Nouissime vero considerans quia hęc pro inuitatione dicerentur siue commonente aliquo sociorum seu certe deo qui cuncta humana respicit consulte: cum omnibus ad cōfortationem insidiarum causa potuisset: Vniuersi simul armati sunt. Alij quidem ex ordine senatorio. alij vero romanorū militum qui conscij esse videbantur. Neq; enim erat vir nobilitate seu fœlicitate prædictus: qui Gaij transitum non ardenter appeteret. Qua propter omnes quo possent studio vt vita priuaretur totaq; confidentia atq; virtute ad tyrannicidium erant & sermonibus & operibus prępparati. Nam & calixtus libertinus Gaij vir vnus potentia summi culminis eleuatus: q nichil aliud potestate sua q̄ tyranno equus esse putaret Timore cunctorum & magnitudine pecuniarum quę ei nimis accesserant. eo quod esset in muneribus accipiendis & iniurijs exercendis acerrimus. Et vigorem vltra modum haberet cū natura; Gaij istabilem esse sciret in quibus declinasset nequaq̄ posse reuocari & multas quidem alias periculi causas necnon & magnitudinem pecuniarum haberet: accedēs ad claudiū lalenter sperans quia si ei cederet principatus deficiente Gaio honorem ei similem prębberet eo q̄ illi & verba clementię impendisset primitus ait ergo quia iussus a gaio claudiū veneno perimere crebras huius rei dilationes exquisisset ne talia perpetraret. Sed michi videtur quia 'fingebat hęc calixtus volens capere claudium. Nam neq; gaius studens interfici claudium honestas poterat occasiones exquirere neq; calixtus iustus optabilem Gaio rem perpetrare si distulisset mādata domini sui pericula potuit dedicare. Sed claudium quidem diuinitus a Gaij vesania libetat: calixtus autē pro cōmendatio-

Clemens mutā ta sentētia promulgat audita pluribus.

Chęreas ad sabinū libertatis amatorē.

Minutianus cō scius in cōspiratiōe cōtra gaiū

Gaius nobilitati terribilis.

Chereas auspiciū audiuit vti pficerat itentū.

Oēs ad tyrānicidiū erant parati.

Calixtus gaij libertinus cōiuratiōis cōscius accedit ad claudium. &c.

A ne finxit hanc gratiā quę ei nequaq̄ probabat iniuncta. Hi quidem qui circa Cheream erant differebant quotidie: dum multos ſegnicies detineret. Chereas aūt nullam moram gerebat ſed omne tēpus ad agendum oportuniſſimum iudicabat. Nam dum gaius in capitolium aſcendiſſet vt pro filia ſacrificaret venit frequenter ad eum & imperialis loci culmine ſtantem ac populo auri & argenti pecunias diſpergentē dum hęc miniſteria gererent pręcipitem ex eminenti loco cogitauit impellere: cum ſe a nullo videri putaret. nec inſidias feciſſe videretur. Et licet mors optata non euenisſet. Ipſi tamen ac ceſſit audacia vt etiam pręter ferrum interimeret gaium. Tamen habuit cum cōiuratis chereas ardorem: metuens ne tēpora oportuna diffluerent. Illi vero videbant quidem pro ſua libertate ſollicitum: poſcebant autem vt paucum tempus vſq; ad ſolemnitatē ſpectaculorū differret: nedum conamen ne quiuerit impleri: turba fieret cīuitati: dum conſcii requirerent a Gaio & inſidiarum tamē non valeret vtilitas in futuro: ſed hoc vtile fore. Vt in celebratione ſpectaculorū res potius agi temptaret. Hęc ſpectacula in palatio ob honorem cęſaris in paruo eius rotundo templo aguntur qui primus poteſtatē tēpli conuertit in ſeipſum, quę ſcilicet romani nobiles cum filiis ſimul & cōiugibus libenter ſpectare noſcunt. Tunc enim gaius negligens ad omnes ita facilis erat incurſus quādo multa milia hoim paruo loco cōcurrerant vt potuiſſet quilibet ad eius necem audacter accedere abſentibus corporū cuſtodibus: qui licet vellent non tamen ei preſidium facile deportarēt. Spectabat ergo chereas. Et venienti bus ſpectaculis prima die nitebat vt quod fuerat pręcogitatū ſine dilatiōe fortunę ſolacijs adimpleret qui tñ tribus diebus ludorū tranſactis vix die nouiſſimo opus valuit terminare.

Chereas cogitat gaiū p̄cipitare ex capitolio.

¶ Chęreas ad audaciam coniuratos cōtra Gaium excitat & armatorū multitudine ad palacium cōueniente petētibuſq; tribunis vt moris erat ſignum a Gaio Cui ſacrificante augurium cruor ſcilicet ſuper veſtem Aſperne ſenatoris aſperſus apparuit Cuius etiam mortē Vatinius ſenator prędixit quē cluditus tacere iuſſit duoq; Gaio auguria in ſpectaculo prouenerūt. Et minucianū vt Chęream cōfortaret ſurgentem Gaius retinuit Sed ipſe paululum quieſcens denuo ſurrexit & abijt. Gaium itaq; ad
B balneas euntem pręcedebant cōiuratores inter quos, Chęreas euaginato gladio occurrit eum vehementē plagam non tamē mortalē (nota cauſam) intulit. Quem nō clamantē ſed fugientē Sabinus impulit & eum cadentem ſinguli diſcerpſerunt.

Chereas coniuratos ad audaciā excitat.

¶ Capitulum tertium.

Taq; chęreas aduocans coniuratos ſatis inquit o etiam preteritum tempus noſtrā poteſt ſubiurgare ſegniciem: pro his quę cum tanta virtute tractata ſunt & neglecta noſcunt. Et melius eſt vt p̄ditione facta pereat cauſa & potius gaius nos afficiat cuncto rūq; auferat libertatē his diebus quos nos tyrānidi eius adijcimus & cum nos de cetero debeamus eſſe liberi & alijs prębere cauſam fœlicitatis pręteritiq; ſeculi honorē & miracula reparare. Illis vero nequaq̄ cōtradicentibus quaſi nō bene fuiſſet hortatus: neq; actum hunc aduerſum ſuſcipientes ſed potius cōtiſcentibus: cur inquit o fortiſſimi ſegnes ſumus. An non videtis hodie ſpectaculorū diem eſſe nouiſſimū: & gaium ferri ad alexādriam nauigaturū vt ęgyptum cōtempletur. Bonum ergo eſt vobis vt veſtris manibus romanę glorię auferatis opprobriū: & hoc terra mariq; diuulgetur. Nā quomodo non iuſte erimus cōfuſionis obnoxij: ſi quis eum ęgyptius videat perimere iniuriam nō ferens libertatis oppreſſe. Ego ſiquidem nequaq̄ cogitationes veſtras differri patior ſed hodie ad pericula ſimul accedo: grate ferens quicquid ex eis euenerit animo ſcilicet cōſiſtens ad pericula omnia pręparato quā vt michi huius laudis poſſit euenire priuatio. Hęc
C ſſle dicens & ipſe audacius armatus eſt & reliquis fiduciā pręparauit cunctiſq; iam erat deſideriū vt conamē attingeret. Nichilq; differens diluculo ad palaciū multitudo ęqueſtriū armata cōuenit: Mos erat tribunis enſe cinctis petere ab imperatore ſignum quod ei cōpetebat vt ſignum acciperet. Cōcurrebant ergo ad palacium omnes: vt pro ſpectaculo ſibi loca occuparent. Cumq; multa plebe atq; cōpreſſione gaius exultaret ita vt pręmultitudine neq; ſeuatui nec romanis eqtibus locus eſſet: ſed oēs permixti ſederent cum viris pariter mulieres & liberi vna cum ſeruis (Gaius proceſſu ſibimet facto) pio ęſari ſolemniter immolabat cuius etiam ſpectacula celebrabat. Et cum de ſacrificijs aliquid ſanguinis cecidiſſet: contigit vt ex eo cruore cuiuſdam ſenatoris Aſprene alias Aſperne nomine veſtis adimpleretur. Quod factum Gaio quidem prębuit riſum. Aſperne vero augurium fuit apertum: qui ſcilicet vna cum Gaio peremptus eſt. Fertur itaq; gaium vltra ſuam naturam illa die mitiſſimum: ita vt oīnibus eius humilis ſalutatio mira videretur. Qui poſt ſacrificia ad ſpectaculum veniens preſidebat: & circa eum primi procerū. ¶ Eſt autem ipſum ſpectaculū. Vbi annis ſinguli exhibeā in duabus cellis quarum altera quidem ducit ad atrium altera vero ad porticum ingreſſibus & egreſſibus apta: quatenus nō turbentur qui interius eſſe noſcunt. Eſt etiam illic & alia cella vbi luſores exerceri ſolēt atq; cantores. Reſidente itaq; populo & cherea cum tribunis non pocula gaio dextrum namq; cornu cęſar tenebat quidam vatinius ex ordine ſenatorum vir militaris cluditum id eſt conſolatorē virū

Mos tribunis ſignū ab impatore petere.

Auguriū (gaio ſacrificāte) cruor ſup veſtē aſpne cecidit.

Locus ſpectaculi.

Vatinius ſenator mortē prędixit gaij.

iuxta se residẽtem nullo audiente requirebat: si quis ei dixerit aliquid nouitatis. Quo dicente nichil sibi ea die nunciatũ o cludite inquit hodie tyrannide alias tyrãnicidij certamẽ agitur. Tunc cluditus O fortissime tace. Et mox versum subiunxit homeri greçe dicens quod latine ne quis alius maliuolus sermonem exaudiat. Cum multa poma in theatro spectantibus spargerent & pariter aues innumeręq & quæ pro raritate sua sunt comparantibus preciosę: gaius lites & rapinas propter hæc actas libẽter inspiciebat. In illo siquidem spectaculo duo ei auguria prouenerunt. Mimus namq; introducitur quo actum est. Vt iudex deprehensus crucifigeretur. Et panthomimus fabulam salutauit cynare alias Cynire in qua & ipse occisus & eius filia Myrrha videbat: atq; sanguis inimica arte diffusus & circa iudicem crucifixũ & circa Cynaram atq; mirrhã. Constat autem quoniã & dies ipse fuit quo philippum aminthę macedonũ regem in spectaculum ingrediẽtem vnus sociorum sustineret in spectaculo vsq; ad finem eo q; nouissimus erat dies: an certe balneis atq; cibis illic deinde remaneret sicut & prius.

Duo i spectaculo auguria gaio puenerũt.

Minutianũ surgentẽ vt cheream cõfortaret; retinuit gaius.

¶ Minucianus iuxta gaiũ sedens ac ne inuacuũ tempus efflueret metuens surgens etiã cum videret chereã egressum pergebat vt confortaret eum. Tunc egredientem tenuit gaius a veste & quasi per amicitiã quo ingens pergis O beatissime At ille reueritus cęsarem cum timore resedit: & paululũ quiescens denuo surrexit & abijt. Cui egredienti non ipediuit iter gaius: credens eũ ad necessaria pgredi. ¶ Aspernãs quoq; cum esset & ipse particeps operis. Ammonebat gaiũ sicut & prius vt ingressus ad balneas atq; prandium ad spectacula remaneret Querẽs vt ad finem sua tractata perducerent. Illi quidem qui circa cheream erãt exacuebant alterutros quasi tẽpus esset singulos pręparari: ne ad opus absentes inuenirentur & negligentes oportunũ tempus amitterẽt. Erat namq; etiã dies iam circa horam nonam. Chereas itaq; tardante gaio erat paratus vt ingrederet ad sedem eius Pręscius tamẽ qa illic necem princips cum multo sanguine senatorum. & equestrium simul adipleret: licet arderet melius tamen esse indicauit omnium tutamen libertatemq; seruari. Cumq; essent omnes ad spectaculorum vota conuersi. Gaius signum surgendi fecit: turbaq; repente facta conuersi sunt cõiurati & populos impellebant vt quasi Gaio secreti officium perhiberent: opere vero volentes habere licentiam vt eum in silentio trucidarent. ¶ Precedebant itaq; claudius patruus eius & marcus minutianus sororis coniunx: necnon & valerius asiaticus: quos etiam si voluissent repellere propter dignitatis reuerẽtiam nõ valebant. Gaius vero sequębatur cum paulo aruntio. Cumq; iam esset inter regalia rectũ dimisit iter vbi constituti erant famuli q ei gratifice ministrabant claudio scilicet prędedẽte & cõuersus est ad locũ quẽdã augustũ silẽtio iturus ad balneas simul & pueros q venerãt ex asia cõtẽplatus qui eorũ forent vtiles ad hymnos ministeriorũ quę erat celebrare cõsuetus: aut qui ad pirricã in theatris apti esse viderent. Tunc itaq; occurrit ei chereas vt signum peteret: q; quasi ad eius illusionem signũ ante languentiũ. Nichil ille moratus iniurijs vtebatur aduersus gaiũ: & euaginato gladio intulit ei plagam vehementem: non tamen omnino mortalem. Sunt qui dicunt hoc prouidentia Chereę factum ne Gaius plagę vnus vulnere moreret: sed plagarum multitudine sauciatus. Maiori dolore cremaret sed michi non videtur hic sermo credibilis: eo q; in huiusmodi actibus talem timor non exigit rationem. Nam si Chereas ita cogitauit: omniũ stulticiam prędessisse credendus est voluntatem magis fauori prębens q; per celeritatem sibi & coniuratis periculorum euasionem acquirens dũ possent multę machinationes auxilium Gaio conferre anteq; potuisset mori. Vnde certum est quia Chereas non circa supplicia Gaij restitit. Sed de se & amicis eius potius cogitauit quando etiam acta causa silẽtio magis vsus est vt iudicium fugeret & iracũdiam. Et quatenus res gesta celaretur ne sermonibus vsus & se perderet simul & tempus. Et hęc quidem licet (vt voluerit) vnicuiq; tractare. Gaius itaq; vulneris dolore ferebatur. Inter humerum enim & collum ensis illatis inguli ossibus est retentus ne vlterius potuisset accedere. Quo facto neq; clamauit nec vocauit quemlibet amicorum siue incredulitate Siue imprudentia. Sed dolorem fortiter ferens interius fugiebat. Quem suscipiens cornelius sabinus. Et ipse iam sua mente prestructus impulit. Tunc genu flexo cadentem multi circumastantes singuli ad inuicem gladijs Et quasi ad certamina discerpserũt. Cõstat autem quia vltimus Aquilas ei mortis intulit plagam. Omnis itaq; causa chereę indubitanter attribuenda est. Nam licet cum multis hoc opus effecerit. Tamẽ primus cogitauit quemadmodum gereretur & primis cęteris hoc ausus sit edicere: qbus suspicientibus illius vocem verbo subinde alios congregauit: & sapienter cuncta disponens etiam seruonibus vsus est vtilibus non necessitatem suę presumptionis imposuit vt dum tempus exigeret manibus vterentur. Is quoq; rem prior agressus est: & virtutem illius necis impulit: atq; vsum facilem gaio iam moriente concessit, quapropter iustum est vt etiam quęcunq; ceteri gesserunt. Chereę cogitationi & labori manuum ac virtutibus applicentur.

Cõiuratores

Chereas euaginato gladio vehemẽtẽ plagã fecit gaio.

Gaius sauciatus non clamauit sed fugiẽtẽ Sabinus ipulit & cadentẽ singuli gladijs discerpserunt

Cis mortis causa chereę attribuenda est.

¶ Gaij occisores populum stulte principem honorantem timentes a cede per aliam viam redierũt & germanicum Gaij patrem occiderunt Germanis itaq; (quibus Gaij mors prio cognita est)

inquirentibus interfectores Aspernas occurrēs occisus est similiter Norbanus & Atheius Omnibus
A vero Gaij mors grata erat prēter mulieres & infantes ꝓpter spectacula & seruos qui eius auxilio cō
tra dños habebant accusationem & cum varia fuisset populorum de Gaio opinio Aruntius venaliū
rerum prēco Gaium mortuum proclamauit in teatro & ipsius cognita morte Germani ab ira quieue
runt. Laudatus quoq; est Chereas pro opere & inquirēte populo Gaij peremptores Asiaticus vale-
rius vtinam(inquit)ego quo audito consules Gaium accusantes populo & militibus intulerunt ad pro
pria remeare pacem nunciātes adesse & requiem. Gapitulum quartum.

Gaij occisores timētes ppl'um stulte principē honorāt:ē redie rūt a cede p aliā viā i domū germanici prīs gaij quem etiā occiderunt.

Occiso Gaij primo germanis cognita corpis custodibus.

Mores germanorū & hispanorū minores qd ratione copore robusti.

Sabinus monomachus peremptorū tribunus.

Aspnas interfectoresgaij pscrutans occiditur a germanis.

Norbanus morit a germanis occisus.

Atheius occidit a germanis.

Grata mors gaij multis.

Mulieres & infantes propter spectacula mortem gaij deflebant.

Serui gaij auxilio dños cōtēpnētes eius mortem deflebant.

Opinio ppl'orū de morte gaij varia.

Gaius itaq; hoc modo multis vulneribus iacebat extinctus Chereas autē & cęteri perimentes Gaiū per eadē itenera reuertentes euadere se impossibile iudicabant. Propter hęc vtiq; quę fuerant gesta. Non enim paruum erat periculum peremisse principem stultitia populi sepius honoratū cum & a militibus non sine sanguine de morte eius facienda esset seditio Ita cum essent angustę vitę in quibus hos opus effectuj est & maxima turba repleret eas militum qui illo die pro custodia principis ederant: per vias alias discendentes ad domū venere germanici patris Gaij: quem tunc etiam vna peremerūt. Erat em̄ hęc domus coniuncta regalibus: eo q; hi qui in eminentia cōstituti sunt diebus suę potētię in talibus habitare nosc̄untur. Et declinantes multitudinis inuasionem esse iam videbantur in requie. ¶ Cum itaq; lateret adhuc pestis illata Gaio: primum germanis est agnita. Erant enim armigeri equiuocum gentis suę celticę habentes tacina quorum patrię mos est importabili vti furore sicut Hyspanis aut cęteris barbaris eo q; omnes huiusmodi homines ratione minore sint corporisq; robusti. Et impetu primo cuiuscunq; congressus hostibus prędentes cum non haberent virtutis discretionem pro vtilitate cunctorum. Sed tantum sibi prospicerent quibus Gaius carissimus ideo erat q; pecuniarum muneribus eos sibi placauerit: euaginatis ergo gladijs ingressi sunt domum perscrutātes cęsaris peremptores: quorum tribunus sabinus erat. Qui non tantum virtute & fortitudine maiorum quantum suo robore cum monomachus esset. Hanc obtinuerat dignitatem. ¶ His itaq; inquirentibus Aspernas primus occurrens exsoluit penas(cuius vestem sacrificiorum sanguis sicut prędiximus cruentauerat)& nō ei bonum fuisse videbatur augurium. Post
B hunc occurrit eis Barbarus Norbanus fortissimus ciuiū & de cuius maioribus imperatores multi processerant: cuius etiam ciuitatis eminentiam non ignorabant. Is cum esset valitudine robostus: primo sibimet occurrentium arripiens gladium permixtus aliis cōtendebat nē sine aliorum interitu morerētur. Qui multorū agmine constipatus frequentium vulnerum illatione defunctus est. Tertius autem Antheius ex ordine senatorio. Germanis sicuti priores occurrit. Is(vt videret Gaium iacentē & letaretur aduenerat)quia patrem illius eiusdem nominis effugauerat eumq; nec sic satiatus militibus destinatis occiderat. Aderat ergo Atheius vt Gaij videret funus: turbaq; subita dū se voluisset occulere furentes germanos & iter subtiliter inquirentes(qui Gaiū occiderant)etiam innoxios vna perimētes latere non potuit & illi quidē ita sunt mortui. ¶ Dum igit̄ in theatro de gaij morte venisset sermo ammiratio & incredulitas facta est. Alij namq; valde delectabant̄ in eius morte. & licet dudum scirēt sibimet vtilem fore. Hoc non sinebantur credere per timorem: quibusdam vero hoc in desperatione erat cum neq; vellent circa gaium huiusmodi aliquid prouenire nec vere hoc crederent: quasi nō posset aliquis hominū opus eius virtutis implere. ¶ Erant em̄(quibus non erat grata mors Gaij)mulieres & infantes & quidam militum Alij ꝓpter mercedem & nichil aliud q̄ tyrānō conueniente ad
C iniurias potentissimorū ciuium in illius ministerio prēparati. Mulieres autem ac iuuenes propter spectaculorum & monomachorum munera(in quibus solet vulgo delectatio ministrari)& propter carniū dilacerationes(quas in ludis agebat gaius)vt quasi populo voluptatē exhiberet. ꝓ veritate autē ad faciandā suę crudelitatis insaniā. ¶ Serui aūt dños cōtemnebant. & ad iniuriandū eos Gaij fulciebant̄ auxilio. facile nāq; eis mētietibus cōtra dños credebat̄ eorūq; pecunias ostēdentibus & libertas & diuitię succedebāt nec accusatione metuebāt pœnā q̄bus erāt p̄posita p̄mia octaua pars substātię senatorę. ¶ Igit̄ vel aliqbus in theatro credibilis videbat̄ de gaij perēptiōe sermo: eo q; aut p̄scissent ĩsidias aut optassēt. De his quę nūciebant̄ nō solū gaudia retinebāt: sed etiā audire hoc aut dicere fugiebāt metuētes ne cū verū nō appareret pœne succūberēt. quasi vota suę volūtatis apperientes. Illi vero(q insidias p̄sciebāt/āplius se celabāt formidātes ne dū alicui amatori Tyrānidis hoc pāderēt: proditi viuēre Gaio punirent. Nā & alius sermo fuerat dispsus in ppl'o quia res quidē a coniuratis fuisset tēptata. nec tamē gaius extinctus sed ablatus a medicis ductus fuisset ad curā: nullusq; erat verax cui se quicūq; cōmitteret aut suā pāderet voluntatē. Nam & si quis amicus erat propter fauorē tyrāni videbatur esse suspectus: & multomagis odiosis non poterat credi. Dicebatur autem senatoribus a quibusdam eorū animos perturbātibus eo q; inter ipsa pericula atq; vulnera vt erat sanguine cruētatus venisset in forum & concionem habuisset ad populum quę reficiebāt eorū mētes neq; loca suę custō

die relinquebant: formidates ne illis quelibet impigeretur culpa: quando non qua voluntate discederent accusari poterant aut damnari: sed quemadmodum vellent accusatores & iudices. ¶ Cū itaq; turba germanorum euaginatis gladijs spectaculum circumdedisset cunctis spectantibus metus suę perditionis accessit: & ex omnibus aditibus terror erat quasi repente ingredientium gladijs caperentur & neq; discedendi securitatem habebant: nec in theatro poterant morari sine periculo. Illis igitur irruētibus in theatro fragos eruptus est supplicantium atq; dicentium quia & quę cogitata fuissent si tamen aliquid prouenissent & quę dicebantur gesta nescirent & deberēt parcere nec alienā presumptionem eis qui non essent culpabiles irrogarent sed & exquirerēt commissores: si tamē aliquod sceleus probaretur esse commissum. Et illi quidem hęc & his potiora cum lachrymis & persecutiōe vultus sepius clamitabāt facientes ea quę periculi vel mortis vicinitas exigebat. Ad hęc militū ira cessauit & penitentia ducti sunt in spectaculo cōstitutos occidere. Erat enim crudele etiam illis licet viderentur exasperati. ¶ Portabāt enim capita Asperne: & eorum quos vna peremerent. Quę cū viderēt in spectaculo positi amplius sunt concussi pro dignitate virorum & misericordia huiusmodi casuum Quapropter & semetipsos a talibus erumnis euadere nō credebant & incertum sibi fore si tanta pericula declinarent. Ideoq; licet aliquid aperte & iniuste odium circa gaium habuissent eius alacritatis munus expulere cum ad tanta pericula peruenissent: & spe totius cecidissent vitę. ¶ Fuit igitur arunCius quidā gratus homo inter prēcones rerum venalium & propterea magnitudine vocis vtebatur indutus vestibus diuersi coloris: instar nobilium romanorum: habebatq; potentiam agendi (quę vellet) in ciuitate in his quę tunc & postea gerebātur. Is enim aptauit semetipsum veluti legentē alīs dolentem (licet & ipse odio gaium habsret) eratq; timore superior eius cōcio atq; milicia qua nitebatur salutem in rebus presentibus aperire & omnem ornatum quasi de carissimi principis morte amississe cōfingens progressus est in theatrum vt mortem gaij pronūciaret. Quo facto quies omnibus affuit ne possent vlterius ignorātia fluctuare. Deinde etiā statuas arūtius & loca singula circuibat: reuocans germanos & cum eo tribuni iubentes recundi ferrum atq; manifestātes gaium fuisse defunctū. Hoc ergo factum aperte in theatro collectos eripuit & vniuersos qui furorem incurrerant germanorum a morte seruauit. Nam prius spem habentes viuere gaium a nulla factione pcnitus abstinebāt. Tantā enim deuotionē circa eam habuerant vt etiam post amissionē animę eius fauorabiles essent. ¶ Quē dum aperte mortuū: cognouissent ab iracundia diuersorum & supplicio quieuerūt eo q; vendictam illis iam non esset: nec foret qui eis pro talibus repensaret deinde timentes ad potiorem iniuriam prorumpere: ne senatum contra se prouocarent si ad eos imperij summitas deueniret igit germani a sua rabie quę eos inuaserat pro gaij morte quieuerūt Chereas aūt dū nimis esset de Minutiano sollicitus ne germanorum insania fuisset extinctus. singulos militum de eius salute requirebat. Et minutianum quidem clemens adduxit in medium. Ad cheream vero cōuersus cum multis alijs senatoribus iusticięq; & virtuti eius testabat: laudans cogitatum & actum sine fortitudine cōpletum. tyrannidem dicens ad nihilum fuisse perductam eo q; iniuriarum voluptate fuerit eleuata quippe cum posset foelix vita illi pręberi: qui virtuti probaretur odibilis. Sed cum tali calamitate deficere quali gaius qui etiam ante coniuratorum cōsensum proprium facinus sibi cōstituit inimicum agendo iniurias diuersorum Et prouidentiam legis exterminando vt quos habebat caros sibi hostes efficeret. Ft sermone quidē alios eius esse perēptores: opere vero semetipsum sine dubio perdisse. ¶ Iam vero surgebāt de atrio custodię quę primo perniciose fuerant quādo oīes abscedere festinabāt. Cuius mali tuncausa fuit altion medicus areptus quidem ad curam aliquorum vulneratorum. Et mittēs qui cum eo quasi ad medicinam necessaria deportarent: quos inde pro veritate dirigebat: vt pericula declinarēt. Iterea cōuētus agitur senatorum & plebis in foro. Et populus quidem inquisitionem de Gaij peremptoribus vehementius faciebat: aderat & senatus. Inter quos Asiaticus valerius vir consularis stans in ppl'o (tu multuantibus illis & dirum esse clamantibus eos quod imperator eis ignorantibus videretur occisus dum eū cuncti requirerent qui sunt qui Gaium interemerūt) vtinam inquit ego. Ad hęc autem & cōsules edicta proposuerūt accusantes gaiū atq; iubentes populo simul & militibus vt ad ppria remearent: populo quidem multem requiem promittentes. militibus autem honores si tamen solita disciplina consisterent & nulli quodlibet cōtumelię genus inferrent. Erat eni metus ne forsitā exasperati mala ciuitati facerēt. & ad rapinas aut a temporum spolia verterentur. Cōuenerat itaq; omnis multitudo senatorum. Et maxime cōsentientes aduersus gaium fiducia iam vtentes & in contēptu maximo constituti quasi in eis respublica resideret.

¶ Consilio inter milites inito de Claudio Gaij patruo imperatore creando Sentius Saturnius pro recuperanda libertate & seruanda orationē habuit ad populum plures itaq; magis sine principe q̄ sub tyrannide viuere eligebant Chereas vero Lupum tribunum ad interimendū Gaij vxorem &

Arūcius pco ve nalīū reruz Gaij mortez in teatro pclamauit.

Cognita Gaij morte germani ab ira quieuerūt.

Laudatus chereas pro facto.

Altiō medicus. Inqrit ppl'us de peremptoribus Gaij.

Asiaticus valerius (inqrētibus ppl'is qs gaium interemit) iquit vtinaz ego quo audito consules accusantes gaiū pp'o & militebus iusserunt ad ppria remeare nuciātes pacem adesse & requiē

A filiam quibusdam hoc crudele iudicantibus: misit hęc enim omnium malorum causa fuit poculumq; ei ad vesaniam transformatiuū dederat. Ipsa vero vltro iugulum occisori prępārante occiditur cum filia.

Capitulum quintum.

INterea subito de domo răptus est claudius milites enim facto consilio: alterutri de rebus agendis dedere sermonē. Videbant em̄ impossibile fore vt tantis rebus existētibus quis rem publicam non gubernaret: nec sibi vtile si quis illorum qui cooperatores in nece Gaij fuerant ad imperium peruenīret. Sed bonum esse si nōdum perfectis rebus. Claudium principem facerent: defuncti patruum. Et omnium senatoria dignitate pręcipuū: virtute maiorum fultum: militiarū disciplina pariter eruditum. Hunc deliberauerunt in medio stantes imperatorem facere: dignis solēnitatibus honorare. ¶ Sentius itaq; saturnius licet claudium cognouisset răptum. Et quasi pro laude refugiētem. Qui videbat quidem ad hoc inuitus accedere. Non tamē declinabat integra voluntate: stans in medio senatus nichilq; metēns apud liberos forteſq; viros perorauit hęc dicens. Licet incredibile sit romani libertatis nos acquisisse dignitatem eo q̄ longo tempore nobis abfuerit. Verūtamē tenemus eam: incertam quidam quantum ad magnitudinem pristinę seruitutis. Sed tamē alacritatē ferre possibile est: si eius fœlicitatē nequiuerimus amittere. Satis est em̄ & vna hora sensum virtutis habentibus cum secreta voluntate in libera patria vitam degere & legibus florentibus aliquādo cōmunicare. Ego siquidē iam prioris libertatis oblitus qua olim quidē amisimus nūc autem magna beatitudine retinemus reuerētiā exhibendā his qui geniti in ea atq; nutriti sunt: & nō mīnorē a diis honorē his viris prębendū esse discerno qui licet sero & in hac etate nos eā gustare fecerūt: ita vt etiam in futuro seculo eius prēmia teneamus. Sufficiet itaq; etiā hęc dies & iuuenibus nostris & quicunq; senuimus senibus quidē quando eius cōspicientes libertatē cum dulcedine moriemur: iunioribus autem q̄ sit eis doctrina virtutis. Vnde constat viros istos quorū labore cōsistimus propter hęc quę nuper gesta noscunt quia nichil q̄ cum virtute degere maius est: de qua cōsueuit libertas humana solū
B modo cogitare. Ego siquidē antiqua noui auditu cognoscens quę vero visu conspexi valde sunt grauia. Malis enim ingētibus inuaserunt rempublicā principes tyrannidum prohibentes vtiq; omnem virtutis modum & magnanimitatis officium: libertati derogantes docenteſq; blandimenta pariter & timorem: eo q̄ nomine principum cuncta subijciuntur. ¶ Ex quo enim Iulius cęsar potestatem populi soluit & ornamenta legum comprimens rempublicam turbauit iusticiam pręuaricatus: & sua dilectione victus: nichil est mali quod non irruit ciuitatis successoribus ad inuicem imperium detrahēntibus sibi ad destructionē scilicet patrię libertatis. Et vt pręcipue, in defectum robur ciuiū deueniret arbitrati suam esse munitionē: si vicioſis vterentur hoibus: & virtute pręcelsos nō solū glorie ímanitate priuarēt sed etiam ad mortē vsq; p̄ducerent singuli nāq; regnantiū quęq; sunt grauia cōmiserunt. Quos gaius qui hodie mortuus est amplius extitit seuior vniuersis: qui nō solum in ciues sed etiam in cognatos pariter & amicos effrenatā intulit suę ferocitatis insaniam iniuste pœnas exigens: & velut furiosus in homines atq; deos ferus existens. Nichil etenim tyrānus suauitatis habere potest. Nōne cum iniuria nobis abusus est. Nonne in pecuniis vos & cōiugibus cōtristauit. Nōne omne votū vestrum prębibus agebat insistētibus inimicis. Aduersa siquidē tyrannis cuncta libertas est: nec eis vnq̄ fauere potest. Sed nec ipsi qui cōsentiunt eis patiūtur turpia sustinere. Sentientęs nāq; tyranni quibus malis insignes viros affligant & eos videntes patienter talia sustinere. nec tamen ignorare q̄d geC ritur sed solaciū expectare: hoc solūmodo suam credunt comparere securitatē: si eos potuerint pœnitus amputare. ¶ His igitur erepti malis & sub alterutra vestri ditione constituti quod reipublice.maxime prodest: & ad prębentem respicit deuotionē: infidijs amputatis & restituta ciuilitate iustum est vtilitati cūmuni prouideatis: & q̄ placet non imminēte periculo censeatis: quādo non erit dominus qui rempublicam gubernaturus eligitur vt ciuitatem ledere & imperiali iure cuilibet loquenti pœna rum multa genera possit inferre. Sub tyranno siquidem quod illi displiceat dici non potest nec diuersa sententia reluctari. Hactenus sibi amittentes delectationes pacis: & consueti degere modo seruili: importabiles incurrentes Erumnas etiam proximis malorum videbamur auctores: fugiēteſq; cum virtute mori: nouissima cōfusione peribamus. Quaptopter primitus tyrānicidis decernite honorēs egregios & maxime cassium; cheream principem fortium virorum annunciate: qui cum aliis vir vnus & consilio & opere acquisitor nostrę libertatis apparuit: cuius nunq̄ dignum est obliuisci. Contra tyrannidem nostram libertatem primus sumpsit & semetipsum periculo pro salute nostra ante cūctos ígessit. Opus enim oportunum est & viris liberis optimū beneficiū prestātibus aliquid repensare dignū qualis scilicet vir iste circa vos fuerit: nō simīlis cassio & bruto qui gaium iulium pemerunt. Illi namq; principia seditiōis bellorum ciuiliū subuersionēq; ciuitatis excitauerūt. Hic autē cū tyrannicidij gratulatione etiam malis eius priuauit vrbem. Sentius itaq; his sermonibus vsus est senatu delectabiliter

Cōsiliū de claudio gaij patruo ipatore creādo Sentius saturnius ad senatū pro recupata libertate & seruanda oīonem habuit mortuo Gaio.

Insania Gaij & ferocitasi oē s.

Mos tyrānorū vt in securitate viuant.

Cōsulendū cōmuni vtilitati.

Honores decernēdi tyranniciadis qui libertatē acquisierūt.

Differētia inter cōiurationē cassij & Bruti: & Chereę & sociorum.

Trebellius maximus.

audiente: & equitibus romanis qui presentes erant. ¶ Quod facto quidam trebellius maximus insiliens anulum de digito traxit habentem lapidem clausum in quo forma Gaij celata videbatur quem D.
ille sibimet studio dicendi (que suadebat impleri) fu erat oblitus auferre. Et celatura qdem est agnita:
Chereas signū petēs a consulibus libertatis signum habuit mirātibus cunctis qa ad cōsules hec reuersa videret ptās.
vox aūt cōtinuo subsecuta. ¶ Chereas vero cum signum a cōsulibus petisset & illi libertatis ei dedissent miraculū faiticunctis & velut incredulitas quia reuersa videret ad consules hec potestas. Hi siqdem anteq̄ tyrānus inuaderet ciuitatē rebus ciuilibus militaribusq; presidebant. Chereas vero perceptō signo militantibus presidebant: qui senatui consentiebant. Erant enim cohortes. iiij. quibus viuere sine principe magis q̄ sub tyrannide complacebat. Milites itaq; cum tribunis abibant. Et populi discedebant leti hanc spem habentes atq; cogitationē quasi ipsi gubernationē reipublicę rursus acqrerent. Et nequaq̄ alij subiacerent. Inter quos chereas precipuus existebat. ¶ Igitur chereas periculum credens si Gaij vxor & filia superessent/ & non omnis domus eius pariter deperiret: quādo si quis dereliquereť. Nō hoc sine peste ciuitatis letoq; constaret: insup & propositū suū perficeret & odium quod circa Gaium habebat explere festinans misit lupum vnum tribunorū qui vxorem Gaij filiāq; perimeret. Erat enim is lupus cognatus clemētis: cui officium tradiderūt quatenus vel hoc opere & virtute tyrānicidij particeps esset & quasi in omnibus videretur insidijs prioribus consensisse. Quibusdam vero coniuratorum crudele videbatur vt contra mulierem taliter vteretur dicētibus gaium sua magis natura malis vsum q̄ vxoris consilio facinora molitū quibus & ciuitas vexata esset & flos ciuium deperisset. Et illi quidem his assertionibus eam defendere nitebantur. ¶ Omniū autem malorū que gesta fuerant hec erat caput. Gaio namq; dederat poculum vt eius mentem suo potuisset subiugare seruitio & amori & incantationibus ad vesaniam transformatum sibi ita deuinxerat: quatenus E
fortunę omnium romanorum & totius orbis (cui presidebat) ei subdite viderentur nichilq; defensores eis valere potuerunt. ¶ Missus itaq; lupus in nullo moratus est ministerium eo momento differre ne culpabilis esset in his que ei pro vtilitate publica videbātur iniuncta. Venienq; ad palaciū inuenit Cesoniam gaij cōiugem iuxta viri corpus humi prostratā. Et omnes in luctu positos sicut moris est mortuis exhiberi corporibus/ eratq; sanguine vulnerum eius plena. Et maxima calamitate circūdata necnō & filia iacebat simul nichilq; aliud illic audiebatur nisi culpa gaij tanq̄ nō bene gubernatus: & quia vxor eius frequēter talia ventura prędixisset: hęc em̄ ratio & tunc. Et nūc similiter estimat & in omniū mentes ita est circa eos qui compatiuntur. Alij namq; dicebant quia suasisset Gaio vt recedens a seuitia. Et crudelitate ciuium humiliter & cum virtute rempublicam gubernaret qui cum in
Cesonia Gaij vxor & filia iuxta corpus iacētes cōquerebātur gaiū nō bn̄ gubernasse/ & ideo perijsse.
fua seueritate viueret propterea taliter deperisset. Alij vero quia cum sermo de cōiuratis peruenisset ad Gaium suasisset illa vt sine vlla dilatione velociter cunctos placeret quia licet nichil iniuste aliqui tēptasse probarent tamen hoc agens cuncta picula declinaret. Quę vero a Cesonia dicta sunt & quę de ea homines dicebant hęc sunt. At illa cum vidisset lupum venientem corpus Gaij monstrabat & (vt proximius veniret) cum lachrimis exorabat. Cumq; eum mente vidisset attonitum & nulla compassione motum cognoscens ad quod venerat ei suum iugulum prēparat. Et lugens promptius ea faciebat quę agere soliti sunt qui in vitę desperatione constituūtur. Tunc inuitauit vt quæ decreta fuerant/ non moraretur adimplere. Et illa quidem magnanimiter hoc modo a lupo perempta est. Et super eam pariter filia est extincta.
Cesonia vltro occisori iugulū p̄parat & occidit sup eā filia.

¶ Gaij anno imperij quarto occisi pessimi mores quiq; sorori permixtus ciuitatis incurrit odium hic orator grecus & latinus (quem Tyberius fecerat erudiri) scientia abusus & potestate peruenit ad mortem. Claudius autē de teatro fugiens se in arctissimo celabat loco quem Germani suęvti litati consulentes Gaii requirentes peremptores latentem inueniūt & eum gratus timētem confortās ei datum imperium a diis significat Ipsumq; propter corporis debilitatem fugere non valentem i vehiculo ad palatium portant & propter Germanici fratris fauorē principē stante festinabant. Seditio vero tunc populi fuit & senatus hij pristinam appetētes dignitatem populus autem senatus auaricią F
fugiens raptum Claudium imperatorem esse gaudebat. Senatus enim ad Claudium mittit vt senatui imperium pro communi vtilitate cedat aut imperium a senatu accipiat. Sed claudius senatus cognoscens arrogantiam ad militum & Agrippę instantiam cogitur non credere.

Capitulum sextum.

Gaius āno ipij quarto occisus &c. cuius mores pessimi describuntur.

GAius igitur quarto imperij sui anno minus quatuor mensibus ita defunctus est vir & ante regnum nequitia summus libidinibus subiugatus derogationibus amicus/ in rebus terribilibus timidus: & semper auidus potestatis: in quibus non oportebat nimie largus acquirens diuitias occidendo & contra leges agēdo & diuinitate ac legibus maiorem se esse studens atq; videri volens. Is fauore populi sepe despectus quęcunq; leges tanq̄ turpia sapiunt suę credidit esse ornamenta virtutis: & amicitiarū immemor quando contra hęc cū illatione supplicij frequēter

A exorsus est inimicū sibi estimās quicquid virtutis esset altissimum & in his que conspiceret nullo contra dicente cedens. ¶ Vnde etiā proprie sorori permixtus odium ciuiū maxime cœpit habere eo q̄ simile aliquid longo tempore minime factum esse constaret. ¶ Opus autem magnum aut regium nichil ab eo ad vtilitatem presentiū tēporum aut futurorum reperitur gestum nisi quod circa regium & siliciam alias Syriam propter aduentum nauium frumenta ex egipto deferētium horrea decenter instituit. Hoc enim constat maximū: & nauigātibus vtillimum. Quod tamen non venit ad effectū sed semiplenum ab eo (dum segnius construitur) derelictū est. Cuius more hæc causa fuit: eo q̄ rebus inutilibus sibiq; placitis voluntatibus studens & ibi expensas efficiens melioris operis dereliquit vtilitatem. ¶ Insuper & rethor fuit optimus greca lingua pariter & latina. Et ad docendum velocissimus & ad intelligendum aliena opera preparatus ita vt maiore oratione dictis contradicere alienis. & acerrimo ingenio meditationisq; labore suum magis excellere opus dictionis fortitudine comprobaret. Hunc nāq; tyberius tanq̄ fratris nepotem: quem etiam habuit successorem magna necessitate studuit erudiri: cum ipse eidem in his primo floruerit. Gaius itaq; puer colebat hęc quasi cognatus & ymago principis: ob quam rem ciuibus meruit presidere: quod non tamen obtinere prevaluit. Neq; ex erudi tionis opere bona congregata seruare. Sed abusus potestate peruenit ad mortem. Difficile namq; est vt illis possit acquiri virtus quibus facile videtur agere quo trahuntur. Initio siquidem faciende erudi tionis causa amicis studebat dignis zelo meliorum rerum postea perductus ad iniuriam onus & odiū quod circa eum homines omissa priori deuotione gerebant ad id vsq; descendit vt ab eisdem insidi as' passus extingueretur. ¶ Claudius igitur sicut dixi superius interruptione facta viarum egredieba tur de theatro. Qui Gaio mortuo & domo Cęsaris nece turbata & in angustia pro sua salute consistēs Et in quodam arctissimo loco deueniens se celabat: nullam periculorum causam nisi ruborem formidatus. Is enim cum priuatus esset mediocriter se tractabat inter omnes sufficiens doctrinis & disciplina maxime greca compositus: qui etiam ab omni se turbarum inquietudine subtrahebat. Tunc itaq; dū trepidatio populos obtineret & omne palaciū ferocitate militum plenum esset & terror atq; indisciplinatio cunctos apprehendisset summi duces in curia de his quæ forent agenda tractabant. Et Gaij quidem interitum paruipendentes eo q̄ iuste videretur extinctus: quę sibi essent vtilia potius cogitabant quemadmodum bene cuncta disponerentur. ¶ Cumq; germani ad necem peremptorum gaij requirerent. & suę magis q̄ cunctorum vtilitati consulerent / Claudius turbatus & nequaq̄ de sua salute securus maxime quia capita ferri viderat Asperne: & quos cum eo constabat occisos stabat in quodam loco super paucos gradus obscuritate celatos. Tunc gratus quidam militum in palatio videns

B eum: nec perfecte pre obscuritate cognoscens: credens hominem esse qui magis in eo loco insidias faceret: proxime veniens eumq; apprehendens agnouit seq; sequentibus ait. Iste germanus est eum constituamus imperatorem. ¶ Claudius videns eos in suo raptu preparatos & metuens ne propter Gaium ipse quoq; moreretur: parcendum sibi esse poscebat. eisq; sua facta commemorabat. ¶ Tunc gratus subridens dexteram ei porrexit & noli inquit de tua salute pusillanimis esse cum te magis opporteat magnanimiter de imperio cogitare. Quod / dij auferentes gaium mundoq; prospicientes / tuę conferre virtuti. Perge nunc maiorū tuorum respice solium. Supportabantq; nequaq̄ quam valentem pedibus ambulare propter timorem scilicet gaudiumq; dictorum. ¶ Concurrebant autem circa gratum & multi militum; videntes Claudium duci quasi ad supplicium rerum gestarum tanq̄ pro viro sua vita quieto & multa pericula in principatu gaij perpessio dolebāt. Pluribus autem militibus aggregatis. Factaq; turba: fugę se totius plebis exorte sunt. ¶ Tunc Claudio propter corporis debilitatem fugere non valente eum in vehiculo rapientes pro eius incolumitate solliciti cum fuga ad palaciū deuenerunt: qui locus vt sermo tradit Primus in ciuitate Romana habitaculum dedit hominibus. Cumq; iam rempublicam tenere videretur multomagis militum concursus procedebat. Cunctisq; vtiq; aspectum Claudij libenter inspicientibus eumq; principem statuere festinantibus pro: fauore

C germanici eius fratris qui magnam gloriam suæ vitę reliquerat vniuersis: insuper etiam cogitantibus de auiditate senatorię potestatis. Et quę pridem suo principatu deliquerant. ¶ Inter hæc etiam rursus cogitabant. Quia imperium deductum ad vnum periculo non careret: quando quodcunq; solus vellet efficere pro fauore senatui gratiam pensaret sufficienter alterutro cohortabantur & quę solent prouenire quotidie loquebantur. Erant ergo diuisę hę sententię populi atq; senatus hi quia dignitatem pristinam appetebant & onerosum seruitium pro tyrannorum iniuria declinabant: populus autem inuidiam circa senatum habens & auaricia eius effugiens in raptu Claudij pro imperatoris ordinatione gaudebat. Tunc itaq; pene bellum iam ciuile sub pompeio flagrabat quod tamen imperatore constituto sedatum est. ¶ Inter hęc senatus agnoscens Claudium a militibus arreptum: misit ad eum de suo cœtu viros virtute claros qui eum ammonerent vt pro adeptione regni nullam

Sorori pmixtus odium in ciuit ciuitatis.

¶ Gaius orator greçus & latinus optim us quem fecerat erudiri tiberius.

Abusus scientia & potestate peruenit ad mortē.

Claudius de theatro fugiens i ar ctissimo se loco celabat.

Interitus gaij p uipensus germani suę vtilitati cō sulētes gaij peremptores reqrē tes claudiū latētē inueniūt. &c.

Gratus claudiū timētē cōfortat ei a diis datū imperiū significās.

Claudius ppter corporis debilitatē fugere non vblētē eū in vehiculo ad palacium portant & ppter fauorem germanici frīs pricipem statuere festinabant.

Seditio ppli & senatus hi appetātes pristinā dignitatē pplis autē senatus auaricia fugiēs raptū claudiū ipatorē esse gaudebant.

¶ Senatus ad claudiũ mittit vt senatui imperiũ cederet pro cõmuni vtilitate.

vim faceret sed magis vt senatui tantorum virorum vnus cederet & communem vtilitatem prospicĕ tibus legis subiaceret vtq; memor esset quorum malorum prisci tyranni occasio fuerint ciuitati & quę sub gaio etiam ipse cum eis pericula pertulerit neq; imitaretur tyrannidis onus & iniuriã ab aliis gra uiter irrogatam sponte ad subuertsionem patrię coarmaret: sed vt magis priorem virtutem suę quietis ostĕderet: quatenus ei honores liberorum ciuium & legũ decreto succederent. Quo facto fauorẽ im- D perantiũ: & quibus imperatur acquireret: quia si neq; mortẽ gaij tẽperare vellet nec cederet auctorita ti senatorię grandem manũ ad resistendum haberent & armatorũ copiam & multitudinem famulo rum quibus aduersus eũ fortiter vterentur maximũ vero sibimet esse remedium spei atq; fortunę sed etiam deos non aliis prębituros esse solacia: nisi eis qui cũ virtute & boni principio ad congressionem certaminis aduenirent cũ ipsi scilicet pro prię libertate pugnarẽt. Et legati quidẽ veranus alias vena-

Veranus & bracchus legati senatus claudiũ hortãtur vt imperiũ a senatu accipiat

rius & braccus ambo tribuni his vtebantur verbis & prostrati claudiũ suppliciter exorabant ne bello rum aut subuersionis foret occasio ciuitati videntes vtiq; eum militum multitudine circumseptum & in comparatione illius exercitus consules nichil esse Suadebantq; simul vt si appeteret principatum a senatu magis sibi datum acciperet quod esset prosperius atq; fœlicius si non cum iniuria sed cũ fa uore decernentiũ potius imperaret. ¶ Claudius igitur sciebat quidem cum qua senatus arrogãtia dũ rexisset & ad prędens initi sententia se mediocriter tractabat sed tam propter metum & instanciã mili tum q̃ regis agrippę precepto cogebatur tantam principatum quod spõte venerat cedere nõ debere

Claudius cognoscẽs arrogantiam cogitur ad instãtiam militum & agrippe non cedere.

¶ Agrippa completis Gaij exequijs venit ad claudium quem paratum cedere inueniens imperium: monuit defendere & ad senatum vocatus dicit pro gloria curię se mori paratum & a senatu ad Claudium missus latenter exacuit imperialiter respondere Claudius autem exercitum conuocat eorum percipiens secum permanendi sacramentum cuilibet largitur munera Conuocato vero senatu E centum tantum sunt collecti aliis se absentantibus quibus clamor exercitus congregati est emissus im peratorem petentium & non a multis solui romanum principatum. Dimisioq; maxima fuit inter eligẽtes & pœne facta sunt homicidia Chęream autem & socios ad milites verba facere nitentes multitudo disturbauit & senatu desolato Sabinus seipsum interficere primitus minatus est q̃ Claudium face re imperatorem. Et quintus pompeius milites senatui accusans nisi a claudio fuisset prędseruatus fuis set occisus quem a periculo ereptum fecit sibi consularem. Claudius vero Agrippę monitis senatum conuocauit sententiamq; protulit in chęream. Qui cum ad mortem duceretur lupum socium flentem redarguit militemq; rogauit vt gladium quo Gaium occiderat ad necem suam deportaret Et vna pla ga mortuus est. Lupus vero mollius cervicem prędparans pluribus plagis crudeliter est peremptus. Sabinus autem seipsum interemit.

Agrippa cõpletis gaij exequijs venit ad claudiũ quẽ paratũ cedere inueniens monuit imperium defendere & ad senatũ vocatus dicit pro gloria curię se mori paratũ.

Capitulum septimum

Ic ergo Agrippa completis solemnibus circa mortem Gaij (a quo fuerat honoratus) & eius lecticam iugubriter persecutus. Agnoscens Claudium a militibus raptum festinabat ad eum Quem turbatum inueniens. Et paratum vt senatui cederet exacuit monens vt imperium sibi defenderet. Cumq; talia dixisset abscessit. Quem cum senatus euocasset ad curiam: vngens caput suum quasi ab scorto remearet senatum interrogabat quid de claudio gereretur. Illis autem quę fuerant gesta dicentibus & cõsulentibus quam ipse sententiam posslideret. Paratum se quidem mori pro gloria curiæ sermone professus est: & tractandum suasit de vtilitate cunctorum opus esse dicens si resistere Claudio vellent armis atq; militibus quibus eum viriliter expugnarent. ne forsitan imperativiuere viderentur in malis. ¶ Respondente vero senatu armorum copiam & pecunias abundare: sed etiam militum aliquam partem congregandam quatenus libertas seruis emergeret. Opto inquit Agrippa. & curia perage re, vos quę desideris vestri sunt. ¶ Dicendum tamen est indubitanter q̃ credo fore pro nostra salute Scitis militiam quæ pro Claudio pugnat loco tempore armis imbutam. Nostra vero pars hominum est incerta fluctuatio. Et turba multorum. Et seruitute iopinabiliter libertas retineri difficilis. Nos ergo aduersus expertos bella suscipimus producentes viros neq; gladios scientes educere. ¶ Qua- F propter michi videtur esse mittendum ad Claudium qui Suadeant componendam esse huiusmodi causam si censetis etiam legatione fungi paratus sum. ¶ Hæc cum dixisset cunctis consentientibus missus cum aliis Claudio tumultus senatus exposuit eumq; magis latenter exacuit imperialiter. Et dignitatis potestate respondere. ¶ Tunc Claudius ait non esse mirabile si imperatorem non libenter exciperet curia: quæ crudelitate priorum principum fuerat vulnerata. Sed dum eius mansuetudinem pręgustaret. Cum nomine tantum ipse princeps foret opere vero communitas imperaret: eo quod multarum variarumq; rerum videretur expertus prospere eius imperium sibimet obueniss se gauderet. Et legati quidem hæc audientes verba: reuersi sunt ad senatum. ¶ Claudius autem cõgregato exercitu loquebatur ab eis iusiurandum secum permanendi percipiens donauitq; singulos

¶ Agrippa legatus a senatu ad claudiũ missus.

¶ Rñsio dulcis claudij ad legatos senatus.

A custodum corporum quinq; milibus dragmis. Et ducibus numerorum promeritam portionem largitus est sed & militibus absentibus similia compromisit. Consulit itaq; cõuocare senatum ad templum triumphatorijs alias triumphatoris tubis adhuc existente nocte quorum alijs quidem semetipsos in ciuitate celauerunt consultationem refugientes eorum alijs vero in agros proprios sunt egressi prospicientes quoniam si res ad effectum venisset in libertatis desperatione consisterent: prestantius iudicãtes sine periculo seruiendi cum segnitie viuere: q̃ possidentes dignitatem patrum sub salute dubia cõmanere. Veruntamen centũ non amplius collecti sunt. Quibus in cõmune de presenti statu tractantibus. repente clamor congregati exercitus est emissus petentiũ vt militaris imperator eligeretur & ne quaq̃ principatus Romanus a multis solueretur. Et hoc quidem milites apud semetipsos decreuerãt ne cunctis simul. Sed vni traderetur imperium hoc tantum senatui concedentes vt ipsi qui dignus videretur eligerent. Ob quam rem contraria erant vota senatus & populi multomagis autem tam pro amissione glorie libertatis Quam pro formidine claudij. ¶ Erant vero qui eligerent aliquos ex genere nobilium dignitatibus & coniunctione coniugum prepollentes. ¶ Minutianus namq; Marcum fortitudine dignum qui iuliam Gaij sororem habebat vxorem studebat eligere: vt rerum culmine potiretur. Consules vero diuersis occasionibus differebant. Sed etiam valerium asiaticum minutianus ante ponebat & pene homicidia facta sunt desiderantium principatum vt Claudio quoquo modo. repugnaretur. ¶ Monomachorum vero turba nõ parua militum per noctem ad ciuitatis custodiam positorum concurrebat ad claudium. Quapropter alij negantes vrbis libertatem alij quoq; claudium metuentes: a consulibus abscesserunt. ¶ Diluculo autem Chereas cum socijs ad medium transeuntes verba facere nitebantur ad milites. Quos dum multitudo vidisset. silentium postulantes & dicendi initia facientes continuo disturbauit non acquiescens eis vt aliquid allegarent eo q̃ ipsi pariter ad Monomachiam conspexissent. Tunc regnaturo fauebant tanq̃ non patientes senatui cedere potestatem: qui etiam si imperare niterentur milites non sinerent interfectores Gaij regnare. Inter hec igitur chereas iram non ferens imperatorem poscentium populorum daturum repromisit ducem qui ei signum abeunti deportaret. Erat enim hic ethius agirator parasimi gaio & militibus circa solennitates circensium. Et seditiones atq; opera inhonesta deuotus multaq; chereas oprobria sibi reluctantibus inferebat. Sed & caput Claudij dicebat ablaturum Pessima namq; est insipiciendi cum furore. Milites ergo non reuerentes verba chereæ. Sed euaginantes gladios & signa tollentes ad claudium deuenerũt Communicaturi illis qui etiam prebuerunt iusiurãdum. ¶ Senatus autem & consules in desolatione relicti sunt non differentes aliquid a priuatis: eratq; eis formido pariter & angustia ignorantibus vel

B quid passuri forent dum claudius preualeret & sibimet ipsis adinuicem derogabant & penitentiam facti gerebant. Sabinus autem vnus interfectorum gaij transiens ad medium. Primitus semetipsum interficere minatus est q̃ claudium principem constituere: & seruitutem dominari videre. Sed etiam Cheream hanc magnanimitatem assequi compulit. Qui dum contempsisset Gaium & primus auctor bone vite fuisset neq; sic patrie potuit vindicare libertatem. Chereas autem de morte quidem in nullo dicebat esse dubitandum: velle tamen mentem claudij trutinare. Et illi quidem in his erant: ad milites autem omnis vndiq; populus concurrebat. Interea quintus pompeius dum accusaret milites & pro libertate senatui supplicaret impetu facto euaginatis gladijs nisi mitis claudius phibuisset opus in eum necis impleuerant. Tunc claudius ereptum consulem a periculo fecit sibimet assidere. Senatores autem qui cum quinto fuerant non simili honore suscepit Nam quidam eorum etiam plagis affecti ad eum venire sunt compulsi. Anthonius antem vulneratus effugit eratq; periculum vniuersis. Tunc rex Agrippa accedens ad claudium postulauit vt circa senatum mitis existeret dicens quia si quid crudelitatis exerceretur in curia. non esset super quos eius consisteret iam potestas. Claudius autem his flexus: senatum ad curiam conuocauit. Cumq; de palatio per ciuitatem ipse procederet obsequentibus in eius processu militibus cum multo minus impetu atq; ridiculo Gaij interfectores in publicum proruperunt chereas atq; Sabinus prohibentes eum mandato pollionis quem ante paululum

C claudius ducem custodum corporis instituerat. Claudius itaq; dum ad palacium denuo venisset congregans alios protulit sententiam in cheream cuius opus quidem videbatur esse preclarum. Sed pollioni precipue causam mortis applicabant qui tm̃ opus fieri persuaserat: & vt ipse pariter pro metu futuri tẽporis deperiret iustum esse clamabant. Ducebatur itaq; chereas ad mortem & lupus cum eo sequebanturq; multi romanorum. dicitur autem quia chereas magnanimiter hanc cladem exceperit non solum vultu nequaq̃ deposito sed etiam lupum resolutum in lachrimas obiurgando. Cumq; turba ad videndũ prosequeretur: dũ deuenisset ad locum requirebat militẽ si interficiendi haberet meditationẽ rogauitq; vt gladiũ ad necẽ suã deferret quo gaiũ ipse videbatur occidisse. Feliciter ergo mortuus est chereas vniusvulneris persecutione finitus Lupus autẽ crudeliter est extinctus plurimarũ ictu

Cõuocato senatu cẽtũ tm̃ sunt collecti alijs seabsentãtibus q̃ busclamor exercitus cõgregati emissus est petẽtiũ ipatorẽ eligi & non romanũ principatum a multis solui.

Cheream & socios cũ ad milites multitudo disturbauit

Chereas iratus multitudini insipiẽter loquutus Sẽtẽtia notãda.

Senatus desolatio.

Sabinus primitus seipsũ interficere minatus q̃ claudiũ pricipẽ cõstituere cuius magnanimitatẽ chereas secutus est.

Claudius agrippe monitus flexus senatum cõuocauit.

Claudius sentẽtiam protulit in cheream.

Lupus mollius inuicem ꝑparãs pluribus plagis crudelit occisus

&.ij.

plagarū eo q̄ ceruicem mollius prēparasset ad necem. ¶ Post paucos vero dies imminente festiuita
Sabinus seipsū occidit. te Romani honorauerunt facta Chereæ petentes expiationem fieri: eo q̄ eius memorię fuissent in-
grati. Hoc itaq; modo Chereas vita priuatus est. ¶ Sabinus autem dum eum claudius non solum sol D
uisset a culpa. Sed etiam dignitatem quem habuerat remisisset iniustum credens vt relinqueret con-
iuratos semetipsum occidit gladio sic incumbens donec eum vsq; ad capulum vulnus absorberet.

¶ Claudius Agrippę regnum confirmauit adijciens herodis regnū & Lisanię tetrarchiam anthio
chiq; regnum cum eo publicę fœdera celebrans Seditione quoq; inter iudeos & paganos in Alexan-
dria existente mortuo gaio Iudei sub Claudio recepta fiducia veniunt ad bellum Claudius eum ęgi-
pti prefecto pro iudeis mandauit vt seditionem ammoueret Edictumq; omni orbi pro Iudeorum li-
bertate destinauit Agrippa autem maximis honoratus donis a claudio maximoq; cū honore & im-
peratoris fauore venit in Iudeam vbi hostias celebrans multosq; nazarenos tondēs & cathenā instar
ferrę quę ligatus fuerat a Tyberio auream in tristis fortunę memoriam in templo suspendit Seophilū
vero a pontificatu āmonens Boethum instituit & Sylam prefectum fecit militiæ. Capitulum octauū.

Claudius agrip-
pę regnū cōfir-
mauit adijciens
regnū Herodis
& Iisanię tetrar-
chi anthiochiq;
regnum cum eo
publicę fœdera
celebrans.

CLaudius itaq; susceptos milites disperg ens edicta proposuit & principatum Agrippę quē
Gaius eius prestiterat: ipse confirmās regēq; collaudās: adiecit eidem regnū herodis quod
ad vsus eius super iudeos & samaritas habuerat. Et hęc quidē tanq̄ debitū proprij generis
ei restituit. Abelā vero Iisanię. Et quæcūq; in libano mōte sunt ei de suo pariter adiecit im-
perio & publicę in media ciuitate romana cū Agrippa fœdera celebrauit. ¶ Antiocho vero auferēs
regnum quod habebat: ciliciam & cōmagenim don: uit ei. ¶ Distribuit autē Iisimachum antiquo sibi B
amicitiarum iure coniunctum qui etiam anthoniæ matris eius tutor exstiterat. Et circa Gaium deui-
ctus erat cuius filius beronicę agrippę filiam duxit vxorē Quā dū marcus alexandri filius fuisset mor
tuus resumēs virginem fratri suo herodi agrippa cōiunxit petens ei regnū calcidis a claudio. ¶ Hoc
itaq; tpe seditio inter iudeos atq; paganos in alexādria ciuitate surrexit Moriēte nāq; Gaio sub cuius
principatu ab alexādrinis videbatur afflicta gēs iudeorū recepta fiducia repēte veniūt ad prelia clau
dius autē Egipti prefecto mādauit vt seditionē amoueret. & supplicantibus sibi agrippa pariter & he
rode edictū misit in Alexandriā atq; Syriam huiusmodi oratione conscriptum. Tyberius claudius cę
sar pius germanicus tribunicię potestatis dicit Notū est iudeos in alexandria cōstitutos qui etiam ale
xandrini vocātur cohabitasse temporibus priscis alexādrinis. Et patria ciuitatis iura a principibus im
petrasse quod palam est ex rescriptis eorum pariter & dictis. Sed postq̄ nostro iperio Alexandria per
Augustum noscitur subiugata seruata sunt eis iura sua a prefectis per diuersa tēpora destinatis & nul
la de legibus eorū mutatio facta est tēpore quo aquilas in alexandria fuit. moriēte vero augusto prin
cipe gentis illorū statuerunt vt singuli eorum in suis solemnitatibus permanerent: neq; coacti sunt re
ligionis paternę iura trāscendere. Quapropter alexādrinos eleuatos cōtra iudeos ibidē cōstitutos q
temporibus gaij cęsaris pro vehemēti eius superbia simul & imprudentia q̄ nollet gēs iudeorum pa-
triā religionem trāscendere & illū deū appellare humiliati sunt prēcipio vt nequaq̄ propter imprudē
tiam Gaij de iudeorum iure aliquid auferre nitātur: sed seruanda eis iura priora: manentibus vtiq; in
suis solemnitatibus. Quamobrem partem vtramq; prēcipio magnam habere curā. Vt postq̄ hęc fue-
rint edicta proposita nulla de cętero turba fiat. Edictum siquidem in alexādria pro iudeis missum hu
iusmodi esse dinoscitur. ¶ Quod vero in omni orbe directū est his continetur eloquijs Tyberius clau
Edictum omni orbi a claudio p iudeorum liber tate directum. dius cęsar pius germanicus tribunicię potestatis consul ordinarius secundo dicit. Petentibus me re-
gibus agrippa & hęrode charissimis quatenus eadem iura concederem iudeis in omni imperio roma
norū potiusq; in alexandria constitutis libenter hoc prębui non solum petentibus hoc concedēs: sed
etiam ipsos pro quibus rogatus sum dignos existimās propter fidem & amicitiam romanis impēsam
prēcipue iustū esse decernens vt neq; grecorū vlla ciuitas eorum iure priuaretur quoniā ad dei cultu
ram hęc seruare noscuntur. Optimū est ergo iudeos in omni mundo sub nobis constituto paternas so-
lēnitates sine prohibitione celebrare quibus iam nūc prēcipio vt hāc meā clementiā mansuete custo- F
diant & ipsi aliarū gentium religionem nequaq̄ annichilari pertēptent sed suas leges obseruent. Hoc
igitur edictum meū iudices ciuitatū atq; coloniarum & municipiorum intra italiā & extra eā regesq;
Clementia clau dij erga iudeos oñdit ex p̄dictis pariter & potentes per proprios legatos transcribere velint: propositū non minus triginta diebus esse
debet in loco vnde ex humili ab oībus legi possit. His igitur edictis in alexādriā & in omnē terrarū or-
bē directis: ostēdit cęsar claudius quā volūtatē circa iudeos habuerit. Mox autē etiā agrippā reddito
ei regno maximis cumulatū donis remisit ad ꝓpria: principibus ꝓuinciarū atq; presidibus litteris suis
scribēs vt ei honorē debitū exhiberēt. Ille vero dū meliore fuisset fortūa ꝓfectus cū celeritate reuersus
est veniēsq; ad hierosolymā gratificas hostias celebrauit nichil quod erat legitimū derelinquēs vnde
& multos nazareos tonderi prēcepit. Aureā vero cathenā quam ei dederat Gaius factā istar pōderis

A ferreę cathęne in qua manus regię fuerant obligatę vt tristis fortunę memoriam reuocaret: & testimonium de rebus melioribus perhiberet in templo suspendit supra gazophilacium vt & maximum eius indicaret casum & simul ostenderet posse eum qui corruerit denuo suscitari. Hoc enim illius cathenę oblatio omnibus indicabat quoniam rex agrippa ex parua causa anteq̄ dignitatem acciperet fuerat alligatus & post paululum compedibus absolutus ad regnum priscum clarius probatur euectus. Propter hęc ergo oportet intelligi quia res hominum & lapsu faciente corruunt & inclinatę ad culminis fastigium sępius producuntur. ¶ Agrippa igitur cultu exhibito deo seophilum quidem ione filium pontificatu semouit: & boetho symonis cui cognomentum erat cāthara honorem eius attribuit. Duo etenim erant fratres symon & boethus cuius filiam habuit rex hęrodes vxorem sicut superius declaratum est. Cum fratribus ergo boethus sacerdotium habuit. Symonis autem onię filij tres in macedoniorum principatu fuerunt: sicut in priori scriptura contradidi. ¶ Rex igitur agrippa hoc modo sacerdotes constituens hierosolymitis compensationem eorum deuotioni restituit: & vniuscuiusq; modum bene disponens: affectuosam prębuit largitatem. ¶ Prefectum vero totius militię fecit sylam virum qui in multis laboribus ei sępe communicauerat.

Humanarū rerum instabilitas

Seophilus a sacerdotio semouet & Boethus instituitur.

Sylam prefectū militiæ fecit Agrippa.

¶ Doritis cęsaris simulachrū in templo ponētibus iudeorum agrippa exaggeratus venit ad petronium contra ipsos conquęstus ad quos petronius ipse pro iudeorum libertate scripsit misitq; Cesaris edictum Symone vero cantherа a sacerdotio priuato & iona anne filio recusante mathias eius frater pontificatum recepit. Et marsus petronio succęssit Et Sylam autem regis agrippę prefectum ipsi improperantem beneficia a prefectura remouens mittit in vincula quem mitigata ita vocauit ad conuiuium sed illum venire recusantem dimisit in carcere Agrippa itaq; muros hierusalem munit sūmos fabricans a Claudio perficere prohibetur hic enim agrippę ī nullo maiori herodi similis circa omnes fuit mansuetus Symonem vero quendem regem a templi limine prohibuisse accusatum rex euocatum & nichil habentem quod responderet mansuete cum muneribus remisit ad propria. Capitulū. ix

Doritis Cęsaris simulacrū i templo ponentibus iudeorū Agrippa exaggeratus venit ad petronium contra ipsos conquęstus. Epla petronij sirię p̄sidis ad doritas missa p iudeorū libertate.

IGitur tempore paruo prętereunte. Dorite iuuenes pręponentes venerationi pręsumptionē cum natura viderentur audaces tollentes cęsaris simulacrum in synagoga stature iudeorum quod opus Agrippam vehementer exaggerauit. Videbatur namq; ad destructionem patrarum legum esse celebrandum. Pro qua re ad publicum petronium prędem Syrię festinanter aduenit: & contra doritas conquęstus est qui non minus indignatus cum vtiq; & ipse transgressionem legum factam nimiam esse iudicaret impietate indisciplinatorum doritarum hęc magna cum indignatione scripta direxit. ¶ Publius petronius legatus tyberij claudij cęsaris pij germanici: primatibus do
B rientium dicit. Audiuimus quoniam quidam vestrum tāta superbię pręsumptione sunt vsi vt nec dictis claudij cęsaris pij germanici subderentur quibus sācitum est iudeos paternarum obseruationi legum esse dimittendos: nosq; omnia contraria fecisse cognouimus Synagogam consistere prohibētes iudeorum cum in ea posueritis Cęsaris simulacrum pręuaricationem scilicet agentes non contra iudeos tantum. Sed contra ipsum imperatorem. Cuius simulachrum melius poneretur in omni iudeorum templo q̄ in debito loco: cumvtiq; decreto cęsaris sit sancitum vnumquemq; habere in locis propriis potestatem: veruntamen cum edictum imperatoris pręcipientis. vt iure solemnitabus suis vtantur. Et cum grecis pariter conuersentur contempseritis: risibile est si dicam cur mei iudicij fueritis immemores quapropter eos qui contra edictum cęsaris talia commiserunt cum etiam eorum iudices indignentur quando non propria voluntate asserunt. Sed impetu plebis impletū a cēturione probo vitellio ad me perduci pręcipio quatenus possint gestorum reddere rationē. Primates vero seu principes moneo vt si nolunt iudei hanc querelam sua voluntate celebraturā culpabiles personas cēturioni demonstrent nullam seditionis aut litis relinquentes occasionē: quā scilicet maliuoli venerari his operibus demōstrantur. Michi nāq; & charissimo meo regi agrippę nulla potior cura est q̄ ne gens iudeorū occasionem sumat vindicte gratia: & ad tumultū se litionis accedat. Vt autē perfectius sciatis quæ
C & cęsar ex huiusmodi causa prępecpit edicta eius alexādrię destinata huic scripturę prępositul. Quę licet oibus nota esse videātur tūc etiā apud tribunal meum michi charissimus rex agrippa hęc legit: allegans vt nō oporteat eis dona iperatoris auferri Agite siquidē me pronūciante vt de cetero nulla seditionis aut turbe queratur occasio sed vnusquisq; suę religiōis iura sectetur. Petronius igitur hoc modo quę fuerāt cōmissa correxit: vt denuo nihil posset hmōi perpetrari. Rex aūt agrippa symonē cantherā pōtificatu priuauit Et denuo ionā annę cōstituit eū scilicet existimās digniorē: cui tñ gratū non fuit tantā recipere dignitatē. Pro qua re supplicabat hęc dicēs Tu quidē o rex meo honori cōgaudēs hāc mihi restituis pprio cōsilio dignitatē: licet me hoc pōtificatu nūq̄ dignū iudicauerit deus Semel tñ cū iudutus sim stola sacerdotij sufficit mihi. Prius enim sū dignus idutus q̄ nūc denuo recepturus Tu vero si modo vis vt accipiat dignior hūc honorē: agnosce quia omni peccato mūdior apud deū

Mittit petronius edictū cæsaris ad doritas. &c.

Symō cāthera a sacerdotio priuatus iona vero annę filio recusāte dignatē frater eius mathias pōtificatū recepit.

¶ Marsus petronio succedit.

& apud te rex frater est mihi q possit adhuc dignius accedere. In his ergo sermonibus rex agrippa collaudãs ionę voluntatem: prębuit mathię eius fratri pontificatum. ¶ Et nõ multo post tempore petronio successit marsus qui Syriam gubernabat. ¶ Silas igitur prefectus regis agrippę quoniam in omni fortuna ei fidelis extiterat & nec in periculorũ eius communione recesserat. Sed cũ eo ĩ manifestis laboribus atq; necessitatibus succubuerat circa eum magnã habebat fiduciam cõcedere sibi petens apud eum partem honoris pro amicitiarum pristina firmitate: & nequaq̃ patiebatur ei legaliter obedire ita vt maxima ab eo beneficia postulando onerosus esse videretur. cum semetipsum immensa arrogatione glorificaret: & regi sepius ad memoriã causam communis tristitię ꝓduceret, vt studiũ quod circa eum tunc gerebat ostenderet. Quod dum crebro faceret vt michi videtur improperare beneficia noscebatur cuius apertam fiduciam tolerare non potuit. Nõ est enim temporum ignobilium grata memoria neq; suauis agnoscitur qui frequenter ea quę prestat improperat. Quid plura dum frequẽter Silas regis prouocaret ira. Et ille plus indignationi q̃ rationi tribueret: non solum remouit eum a prefectura. Sed etiã tradendũ vinculis in patriam destinauit. Cũq; eius ira longo fuisset tempore mitigata: & perfecta ratione in memoriam reuocasset quantos pro eo labores ille pertulerit eius remisit culpã. Die siquidẽ festiuo natiuitatis suę dum cuncti quibus imperabat in letitia magna consisterent Silam reuocari iussit secum scilicet cõmesturum. Ille vero modũ libertatis quẽ iustũ esse credebat venientibus ad se nõ tacuit dicens. En ad quem me honorẽ rex euocat: quẽ denuo post paululum ablaturus est. Quippę nec primos honores exhibite duotionis custodiuit qui inturijs me afficere nõ quieuit. Cum qua ergo fiducia aut qua conscientia adueniam ad eum. Quantis eum malis eripui periculis quanta sustinui. vt illa salus acquireretur & honor. Pro quibus omnibus retributionem merui vinculis & carcerem tenebrosum. Nunq̃ ergo his obliuiscar malis. Michi enim pro bonis actionibus etiam post absolutionem carnis & anime hęc memoria reseruatur. Hęc autem loquens: poscebat vt regi dicerentur agrippę. Qui dum eum cognouisset animo nõ posse mitigari: dimisit eũ in carcere custodiri. ¶ Hierosolymorum vero muros qui circa nouam respiciunt ciuitatem publicis sumptibus munitissimos latitudine & altitudine fabricatus est. Et omni humano opere reddiderat fortiores: nisi marsus Syrię prases claudio cęsari quod agebatur suis litteris indicasset. Quamobrẽ claudius rebellandi causa suspicatus hoc fieri: agrippę mandauit vt a murorum edificatione cessaret. Qui mox vt agnouit: reluctandum ei non censuit. ¶ Fuit etiã rex iste natura bonus. Et ad beneficia munifica pręparatus. Et ciuitatem propris sumptibus exornare nõ tardus ita vt sua claritate muneribusq; gauderet: & fauoraliter suę vitę iura disponeret in nullo similis herodi regi. ¶ Illi namq; mens erat callida: & ad supplitia pręparata. Et aduersus odiosos sine retentatione pernicioса grecis magis q̃ iudeis familiaris existens & alienigenarum ciuitates nobilitans: impensa magna pecuniarum balneas theatra & templa porticusq; cõstituens: iudeorũ vero ciuitates nulla fabrica reparauit nec aliquam eis prębuit impẽsam vnde: potuisset habere memoriã. ¶ Mores autem Agrippę, mansueti circa omnes beneficia similia cõferebat alienignis quoq; erat clemens etiam in illis dona suę voluntatis ostendens: circa suam gẽtem pro modo benignus: & potius compassione pronus grata siquidem ei commoratio atq; frequẽs ĩ hierosolymis erat: seq; paterna solemnitate seu puritate seruabat nullaq; dies prętereiebat hostijs vidua ta solemnibus. ¶ Quidam igitur in hierosolymis vir nomine Symon qui putabatur mandata legitima perfecte discernere multitudine in ecclesia conuocata cum rex cæsarea m perrexisset eum accusare præsumpsit quasi non sanctum & iustum suadens vti rex ꝓhiberetur ad templi limine: quo nisi dignis ingredi nõ liceret. Hæc ergo regi litteris indicata sunt a prefecto: quia Symon talia concionatus est. Quem euocatum rex dum tunc esset in theatro sedere iuxta se fecit. Et sub silentio mitissimo requisiuit. Dic michi inquit quid horũ quæ hic aguntur contra legem esse censetur. Ille vero nichil quod responderet habens Veniam postulabat. Tunc rex magis circa eum placatus q̃ ab aliquo crederetur. Indicans etiam mansuetudinẽ conuenire potius q̃ furorem muneribus honoratum remisit ad ꝓpria.

¶ Berythios inter cęteros multũ rex Agrippa honorauit eis theatrũ, ãphitheatrũ, balneas, & porticus construens Qui celebratis spectaculis Anthiochus commagines rex & damascenorũ Sãsigeranus & cõtis minoris armenię ad se veniẽtes ĩ tyberiadẽ hũanissime recepit marso vero veniẽti agrippa ĩ occursũ vadit q tot regũ cõcordiã & amicitiã suspectã habẽs vnũquẽq; ad ꝓpria mãdauit remearę qđ agrippa grauiter ferẽs marso factus est iimicus Et lioneus mathia eius sacerdos cõstituit Insup agrippa ĩ cæterea ad honorẽ cęsaris spectaculũ celebrãs stolavndiq; argẽto cõtexta idutus fulgẽte veste ab adulatoribus deus est appellatus sed qa verba nõ cõpescuit male sibi accidit vidẽs nãq; bubonẽ malorũ causã itellexit passionẽ mortiferã ĩ corde suscepit & a cęsarea ad regalia deportatus ãno etatis quinquagesimo quarto & regni septimo filiã agrippã noie & tres filias relinquens mortuus est. In biblia dicit cõsumptus a vermibus expirauit Sylas vero ab aristiõe herode & telchi occidit mortuo

Agrippa syllã a pfectura remouẽs mittit in vincula quẽ (mitigata ira) vocauit ad conuiuiũ sed venire recusauit

Agrippa hierusalẽ muros publicis sũptibus munissimos fabricãs a claudio ꝓhibetur pficere. Laudes Agrippæ in nullo regi herodi similis. Mores agrippæ circa omnes mãsueti.

Symon regem a tẽpli limine ꝓhibuisse est accusatus quẽ rex euocatũ & nichil habẽtem qđ respõderet mãsuete cuz mũeribus remisit ad ꝓpria Nota sentẽtiam

A itaq; Agrippa cęsariēses & Sebasteni blasphemias in eū exercētes eius filiarū statuas deluserūt ad fornicaria loca deferētes imemores ipsius & aui herodis qui illas edificauit ciuitates bñficiorū claudius quoq; audita agrippę regis morte regnū filio dedisset nisi a cōsulibus fuisset ipeditus p̄fectū quoq; cuspinū fadū agrippā honorās misit p̄cipiens cęsariēses pro contumeliis cohibere. Capitulum decimū.

Berithios honorauit eis theatrū amphitheatrū balneas & porticus construēs. Magnificentia agrippæ.

T cum multis multa concesserit: p̄cipue berithos honorauit. Instruxit eni eis theatrū amplitudine & pulchritudine p̄cipua decoratū: & amphitheatrum copia impēsa cōstructū. Sed & balneas & porticus celsis operibus exaltauit. nullaq; tenacitate iūptuū aut pulchritudinē fœdauit aut magnitudinē quālibet minuit quorū oim dedicationē lagissime ac magnifice ministrauit. Cū igitur in theatro spectacula celebraret musica queq; instrumēta illic perduxit & varia delectationū opera affluēter exhibuit. In amphitheatro autē multitudine monomachorū suā largitatē cūctis ostēdit vbi volēs numerositate cōcertantiū delectationē spectantibus exhibere alios septingentos pugnaturos emisit quoscūq; malignos habuit in hac actione distribuens vt & illi hoc modo pugnarent & opus belli voluntas pacis existeret. Hos itaq; passim hoc modo cunctos extinxit. ¶ Quibus spectaculis celebratis: in tyberiadem ciuitatem galileę migrauitq; eratq; inter alios reges valde conspicuus Ad quem venit commaginensis rex antiochus & damascenorū sansigeranus alias Sigerānus & cōtis i minoris armenię qui etiā & in ponto polemoniaco regnabat: pariter & Herodes frater eius qui & ipse calchidis habebat imperiū habuitq; colloquiū apud eos susceptione & amicitia valde dignissimū ita vt ostenderet suę sapientię culmē: & in p̄senti eos videretur regaliter honorare. Sed his apud agrippā ita degētibus marsus syrię p̄ses aduenit. Verū agrippa rex sciēs honorabilē romanis esse processit e ciuitate occursurus ei quasi ab stadijs septē hoc eteni principum inimicitiarum circa marsum fuit. Sedēs eñ in tribunali agrippa inuitauit alios reges quorum concordia marso & tanta pariter amicitia in suspitionem repēte venit non credendi expedire romanis reges huiusmodi habere cōsensum. Mox itaq; ad vnūquēq; mittens mādauit vt insegniter ad propria remearet. Hęc agrippa dolēter excepit. Et ꝓpterea marso qui

Antiochus Sansigerannus contis reges: & herodes fratres ad Agrippam veniunt in tyberia de quos humanissime recepit.

B dē factus est inimicus. Mathia vero pōtificatu spoliato ꝓ eo cōstituit sacerdotē eyloneū alias elioneū canthere natū. ¶ Igitur cum tertium annū in iudeę complesset regno venit in cęsareā ciuitatem quæ primitus turris stratonis appellabatur ibiq; spectaculum ad honorem cæsaris pro eius salute celebrat Ad quam festiuitatem omnis prouincię multitudo nobilium simul & procerū vna cōuenerat. Secunda vero spectaculorum die stola vestitus vndiq; argento cōtexta ita vt textus esset valde mirabilis venit ad theatrū incipiēte die: & primis radijs sole oriēte demissis argēti claritas repercussa fulgorem reddidit valde perspicuum. & oculis inspicientibus formidandum. Mox aūt adulatores voces fauorabiles emittebant quę nec illi bonę pro veritate videbantur deū scilicet appellātes eum atq; dicētes propicius nobis esto quia licet hactenus velut hoiem timuerimus: attamen iam nūc superioris naturę te esse cōspicimus. Has autē voces rex nequaq̄ cōpescuit nec impia verba cōpressit. ¶ Post paululū vero respiciens vidit supra suū verticem in quodam culmine residentē bubonē quē etiam mox esse malorum causam intellexit qui fuerat ei aliquādo bonorū. Mox ergo passionē mortiferā corde suscipiens & vehementer vteri dolore percussusq; respiciēs suos amicos ego inquit vester deus iam vitā mutare cōpellor: repente namq; increpitus sum: cum mendaces ad me clamarent. Namq; qui vocabar immortalis a vobis ecce ducor ad mortem. Suscipienda est sentētia quę profertur a deo. Viximus eteni non praue sed claritatē beatitudinis appetētes hæc itaq; cū dixisset crescente dolore cōprimebatur. Tunc cum festinatione ad regalia reportatus est. Et sermo apud cunctos egressus est quia indubitan

Elioneus sacerdos (Mathia ejecto) constituit

Mors Herodis Agrippæ

Agrippa bubonē videns malorū causam intellexit passionem in corde mortiferam suscipiēs. Agrippa a cęsarea infirmus ad regalia reportat

C ter moriturus esset. Mox itaq; cuncti cum cōiugibus simul & liberis lege patria in saccis iacētes deprecabantur prophetę deū: & oia luctu gemituq; cōplebantur. ¶ Rex autē cum in domo sublimiori iaceret deorsum despiciens atq; vidiens eos prostratos esse: nec ipse a lachrymis potuit abstinere. Quinq; vero diebus cōtinuo vētris dolore cōfectus vita priuatus est habēs annū etatis quartū & quinquagesimū: septimū vero regni. Quatuor nāq; sub gaio cęsare regnauit ānis. Sub philippi quidē tetrarcha tribus quartum vero cū herode tres autem reliquos sub Claudij cōpleuit imperio: in quibus & iudeam p̄cepit & samariā atq; cęsaream & tributa sui munera auxit imperij. ¶ Multū a diuersis mutuū sumpsit. Nam cum esset valde munificus supplicātibus larga munera cōferebat & dona sine aliqua p̄citate p̄babat. ¶ Igitur cū mors eius populis esset ignota cōspirantes simulq; herodes calchidis rex. Et telchis p̄fectus & regis amicus aristionē quendā fidelissimū ministrorū destinauerūt. Et Sylā qñ eorū erat inimicus quasi iubēte rege peremerūt. Rex igitur agrippa hoc modo cōuersatus decessit a vita qui de suo gñe filiū reliquit noie agrippam agentē septimū & decimū etatis annū & filias tres quarū alia qdē noie beronice sextodecimo etatis ānō herodi fratri p̄ris videbat esse cōiūcta virgines autē erāt due Maria & drucilla: alia quidē decimum agēs annū: drusilla sextū. Eratq; desp̄sata a suo patre

¶ Agrippa anno etatis quinquagesimo quarto & regni septimo mortuus. In biblia dicitur cōsūptus a vermibus expirauit

maria filio archelai celchij alias cheleuci: drusilla vero filio antiochi comagensis regis qui dicebatur epiphanes. Cumq; mors agrippe cunctis innotuisset: Cesarienses & Sebasteni benefactorum eius im memores pessimas leges egerunt: blasphemantes vehementer indecenterq; defuncti sed & militum D que tunc adherat multitudo in domum eius abeuntes & statuas filiarum regis virginum diripientes pariter ad loca fornicaria detulerunt: & statuentes eas in publico reclinantes eis fœdas cõtumelias in ferebant. Et turpiora facinora q̃ dici fas est scelestis actibus adiplebant. celebrãtes cõuiuia publica coronati & madentes vnguẽtis & oleo. Sacrificia pariter exhibentes: presidiaq; sibimet alterutri pro regia mõrte reddentes. Erantq; autẽ immemores nõ solum agrippe qui multas eis prebuerat largitates Sed etiã aui eius herodis qui ipsas ciuitates instruxerat. Porticusq; simul & templa claris probabatur fabricatus impensis. ¶ Filius vero defuncto agrippa erat tunc rome: & alebatur a cesare. ¶ Tũc claudius audiens Agrippam fuisse defunctum. Et sebastenos atq; cesarienses ei mortuo cõtumelias intulisse: graui dolore percussus est eratq; preparatus vt eius filium agrippã in illius regnum dirigeret suc cessorem: volens etiam iusiurandũ quod cum illo habuerat confirmare Et conuocatis amicis indicauit quod deliberaret super cõmendato sue fidei puero interrogans quid ipsis videretur vterũ cogitata de hoc manere vel non decernerent qui perspecto cesaris animo prudentius aliquid cõsiliati sunt collaudantes quidẽ benignitatis eius propositum voluntatẽ incautam esse dicentes vt puero qui nec infantiles annos excesserat magnitudinẽ tanti regni cõmitteret cui esset impossibile tanta gubernacula detinere. ¶ Cumq; videret eos cesar rite locutos: prefectũ in iudeam totumq; regnũ direxit cuspiũ fadũ. Quo facto etiã honorem defuncto prestitit ne marsũ ad eius regnũ qui illi fuerat inimicus eue- E heret. Pre oĩbus autem phado precepit claudius vt cesariẽses & sebastenos pro defuncti cõtumelijs coherceret cohortẽ vero cesarienſiũ & sebastenorũ & quinq; numeros ipotentũ trãsferri iussit vt ibidem militarẽt & ex numeris romanorũ in syria cõstitutis eligerentur milites qui eorum loca cõplerẽt Sed nequaq̃ tali iussione migrati sũt mittẽtes nãq; legationẽ ad claudiũ supplicauerũt: & i iudea cõsistere meruerunt. Vnde etiam futuris temporibus causa maximarum calamitatum iudeis effecti sunt sumentes initio semina belli sub floro quamobrem tempore quo vespasianus vicit: sicut post paululum referemus eos ex illa regione migrauit.

Cesariẽses & sebasteni mortuã Agrippam blasphemias exercuerũt & filiarũ statuas detulerunt ad fornicaria loca.

Claudius (audita regis morte) filio regnum voluit dare sed cõsules eum impedierunt.

Prefectũ cuspiũ fadũ i iudeã mittit Agrippã claudius honorans et precipiẽs cesariẽses p cõtumelijs coherceri Cã maxia calamitatum iudeis cesarienses. &c.

¶ Explicit Liber Nonusdecimus.

¶ Incipit Liber Vicesimus qui continet tempus annorum viginti sex.

¶ Mortuo rege Agrippa Claudius defuncti memor Cassium longinum narso successorem in syriam presidem mittit phadus vero Iudee procurator Iudeis indignatus propter philadelphinos occisos seditionis auctores puniuit Ptolomeo quoq; latronum principe a phado occiso iudea latronibus est mundata. Cassio autem & phado sacerdotibus tunicam sacerdotalem in Anthonia reponi precipientibus sub romanorum potestate petunt iudei vt ad claudium legatos mittant vt in eorũ maneat potestate quod eis concessum est datis obsidibus filijs hocq; Agrippa a claudio obtinuit Et claudius ad phadum rescripsit herodes vero Agrippe regis frater templi potestatem & sacerdotum ordinationem a claudio impetrauit & Chanterio remoto Ioseph sacerdotem fecit. Capitulum primum

Mortuo rege agrippa claudius memor defũcti cassiuȝ lõginum successorẽ narso mittit i Syriã presidẽ phadus quoq; procurator Iudee indignatus iudeis est propter Philadelphinos occisos. Ptolomeo latronũ pricipe phadi p̃cepto occiso iudea latroni bus est mũdata

MOriente siquidem agrippa rege sicut in libro precedente narrauimus Cesar claudius misit successorem narso cassium longinum memorie conferens hoc defuncti a quo viuente rogatus fuerat ne narsus vlterius syrie presideret. Phadus itaq; dum cum prefecture culmine in iudeam venisset: comperit iudeos habitantes trans fluuium contra philadelphinos habentes contentionem pro finibus vici cui nomen est meas. Erant illic armatorum plurimi congregati qui preter voluntatem primatum suorum sumentes arma multos philadelphinorum peremisse noscuntur. Hec audiens phadus vehementer accensus est eo q̃ non eius: reseruassent iudicio qui se dicebãt a philadelphinis fuisse lesos: sed vsq; ad arma venissent. Qui sumens tres priores ipsius seditionis alligari precepit. Deinde quendam eorum Antibam nomine iussit occidi: duobus autem reliquis amaraco & eleazaro fugam cõmisit. Ptolomeus autem princeps latronum & qui multa mala ydumeis & ara F bis frequenter intulerat non multo post captus & deductus ad eum morte mulctatus est. Hoc itaq; modo cuncta iudea latronibus est mũdata: phadi prouidẽtia atq; sollicitudine. Is eni phadus tũc cũctos vocãs sacerdotes & priores hierosolymitarũ ãmonuit eosvt talarẽ tunicã & sacerdotalẽ stolã qua solus pontifex indui solet in ãtonie castro reponerẽt vt sicuti prius in romanorũ potestate iacerẽt. Illi vero nequaq̃ cõtradicere presumpserũt sed rogabãt phadũ atq; lõginũ nam & ipse cũ multo exercitu ad hierosolymã venerat metuẽs ne preceptis phadi multitudo resisteret iudeorũ: & ab eis suppliciter exorabãt vt sinerẽt legationẽ ad claudiũ destinari quatenus ab eo peterẽt vt sacerdotalem vestem in propria potestate haberẽt: & ipsi sustinerẽt donec claudij respõsa perciperent. Illi verp se ita hec prestare dixerũt: si eorũ filij obsides preberẽtur. Quibus obedientibus filiosq; dantibus legati sunt missi.

A ¶ Cumq; romam veniſſent audiens agrippa iuuenis defuncti filius a iuentus eorū cauſam erat nāq; ſicut prediximus apud predictum claudium cęſari ſupplicauit vt eiſdem iudeis concederet mittens ad phadum ſua ſcripta quę de ſacerdotali veſte poſcebant. Vocās itaq; claudius legatos iudeos ſe cōcedere quę petebāt promiſit: iuſſitq; vt agrippę gratias dignas exoluerent cuius precibus hęc eis iura donaret. Quamobrem ad phadum huiuſmodi miſit epiſtolam. ¶ Claudius cęſar germanicus tribunicię poteſtatis quinquies conſul ordinarius quater imperator decies pater patrię Hieroſolymitarum principibus curię populo iudeorum & cunctę genti: ſalutem. Agrippa meo piiſſimo quem ego connutriui & habeo mecum perducente ad me legatos veſtros gratias agēte eo q̄ habeam gentis veſtre ſollicitudinem & cum ſumma deuotione pro ſacerdotali veſte atq; corona ſupplicante vt ſub poteſtate veſtra conſiſtant: quę ſunt a me poſtulata concedo ſicut vir fortiſſimus michi cariſſimus vitellius fecit. Hunc itaq; voluntate conſenſi primum quidem propter pietatem meam volens vnumquemq; exhibe re ſuam in paterna traditione culturam. Deinde ſciens quia dum hęc fēcero & ipſius regis herodis & ariſtoboli iuuenis potentium perſonarum quorum circa me pietatem & circa vos ſtudium eſſe cogno ſco: ampliſſimas amicitias collocabo. Scripſi vero ob hanc cauſam & cuſpio phado meo procuratori. Nomina vero litteras deferentiū hęc ſunt. Cornelius. Leo. Triphō Theodonis alias Theodionis. Do rotheus. Nathelis. Iohannes. Ionis. Panis. Data terciodecimo. Kalendas conſulibus rufo. & pompeio ſiluano. ¶ Petijt autem a claudio cęſare & herodes frater agrippę defūcti cui illo tempore calchidis regnum videbatur eſſe commiſſum poteſtatem templi: & ſacerdotū ordinationem & omnia pariter impetrauit Et illo autem fuit apud oēs eius liberos hęc poteſtas vſq; ad finem belli. Herodes itaq; a pontificatu remouit Cantherīū alias Cautherū & Ioſeph cami alias cani filium ei ſucceſſorem dedit.

Agrippa iuuene pro iudeis a claudio obtinuit q̄ veſtis ſacerdotalis maneret in eorū poteſtate & ſcripſit ad phadū claudius

Herodes agrippæ regis fr tēpli poteſtatem & ſacerdotū ordinationē a Claudio impetrauit q̄ (cātherio remoto) ioſeph ſacerdotem fecit.

¶ Monobazus adiabenorū rex cum manum ſuper ventrē vxoris helenę pregnantis & dormientis poneret vocem audiuit vt manum deponat ne puerū vexet qua voce turbatus vxori audituū nuncia uit & natum filium Iazatem vocauit. Qui a patre multū dilectus ei fratres inuidebant quod pater cognoſcēs timenſq; ne ei aliquod malum accideret eum cū muneribus ad Abnergium regē miſit cuius poſtea filiam habuit vxorem Ipſum quoq; iam pater ſenex euocans illi Carrum dedit Iazates vero legibus credens iudeorum circuncidi voluit ſed eum mater prohibuit. Ipſe vero Eleazaro iudeo legem moyſi explicanti deuotionem manifeſtans circunciditur quem & eius filios a multis liberauit periculis Helena quoq; filiū regnū videns pacifice gubernare & eſſe beatū viſitandi hieruſalem habuit deſiderium cuius aduentus multum profuit ciuitati nā eius medio ciuitas a fame eſt liberata. Capitulum. ij.

¶ Monobazus adiabenorū rex helena ſorore & vxore pregnāte cū manū ſup vētrem vxoris dormiētis poneret audiuit vocē vt manū deponat ne puerū vexet qua voce turbatus dixit vxori & filium Iazatem vocauit.

B EOdem ſiquidem tempore helena Adiabenorum regina & filius eius Iazatis alias Iazates ad ſolemnitatem iudeorum hac cauſa proueniente migrauerunt Monobazus Adiabenorū rex cui cognomen erat Bazeus alias Bozeus ſororem helenā amore captus duxit vxorem: quę dum ex eo haberet in vtero cōtigit vt dum ea dormiēte ſuper ventrem mulieris manum poneret per ſoporem. Et quandā ſubito vocem audierit pręcipientem vt manum de ventre eius auferret nę infantem in eo vexaret: qui prouidente deo & principium eſſet & finem fœliciſſimū poſſeſſurus. Qua voce turbatus repente ſurgens hęc dixit vxori: & natum filium Iazatem nomine nuncupauit. Habebat autem ex helena & alium filium ſeniorem nomine Monobazū. Et alios filios ex alijs mulieribus procreatos. Maximam tamen deuotionem quaſi vnigenito Iazati deſiderabiliter impēdebat: pro qua re ille inuidiam fratrum ſuſtinebat. Habebat & odium: quando cuncti contriſtabantur quia pater eum oibus pręponebat. Hoc pater aperte cognoſcens. Illis quidē ignouit ſciens quia non hoc agebant pro malicia. Sed quoniam ſinguli fauorem patris deſiderabant habere. ¶ Iazatem vero cum pro eo valde metueret ne odio fratrum mali aliquid ſuſtineret: multis muneribus farcinatū in caſtrum paſini miſit ad Abennerigū alias Abnergiū regem. Cōmendans ei nati ſalutem. Abennerigus autem libenter

C excœpit Et pro multa deuotione filiam ſuam amacos nomine ei dedit vxorem: donauitq; prouinciā ex qua perciperet multa tributa. Monobazus autem cum iam ſenectute grauaretur & paucum ſibi tempus viuendi ſupereſſe videret: voluit aſpectum filij anteq̄ moreretur inſpicere: & vocans eum delectabiliter eſt amplexus. Cui dedit quoq; prouinciamlque dicitur Carrū terra fertilis amomi in qua etiam reliquię ſunt archę noe quę ex ymbriū diluuio liberata fertur. Et hactenus videre volentibus demōſtrantur. Cōmorabatur Iazatis in hac regione & arthabanē parthicū ad iudeam deſtinauit. Cū q; legibus crederet iudeorū ſtudebat & ipſe cōuerti credens ſe perfectum non eſſe iudeū niſi ſignum circunciſionis acceperat: eratq; agere p̄paratus. Quod dum cognouiſſet mater eius phibebat dicens ei fore periculū quia cū eſſet rex multorū acquireret inimicitias ſubiectorū cū peregrinas ſolēnitates & ſuę genti extraneas adimpleret: nec pati eos ſuper ſe regnare iudeū. Et illa quidem hęc dicens omni no prohibuit. At ille ad ananiam verba referebat. Qui matri dixit atq; interminatus eſt: quia niſi acquieſceret repente decederet. Cui mater ait metuere ſe ne cauſa omnibus indicata periculū ipſe ſup-

Iazates legibus credēs iudeoruꝫ voluit vt perfectus eſſet iudeus circūcidi ſed eū mat phibuit

plicij sustineret. qui quasi auctor & doctor existeret operum indecentium apud regem. Tunc audiens ille hęc respondit quia posset etiam pręter circuncisionem colere diuinitatē si omnino apud se deceneret leges iudaicas obseruare & hoc esse firmius q̄ circuncisionem accipere: veniamq; illi daturum deum opus hoc non implenti propter necessitatem subiectorumq; formidinem. Tūc ergo rex huiusce modi sermonibus acquieuit. ¶ Post hęc autem cum nequaq̄ suū desiderium abiecisset. Iudeum quēdam alium de galilea venientem. Eleazaro nomine & leges eruditum patrias inuitauit: vt circuncisionis opus impleret. Qui cum intrasset ad eum & inuenisset legem moyseos legentem: ignoras (inquit) o rex moyseos iura: & per hoc deo facere videris iniuriam. Nō enim solum legęre oportet eas sed primitus facere quę prępcepta sunt. Quamdiu sine circuncisione permanes legibus nequaq̄ noscęris obedire. Sed si nondum legisti ex hoc legem vt scias quapropter geratur impietas vel nunc lege. Hęc audiens rex actum differre non pertulit sed ad aliam conuersus est domum & vocans medicum qđ prępcipiebatur impleuit. ¶ Tunc euocata matre & anania doctore eis quod egerat explanauit. Quid repente non mediocri timore sunt territi ne causa cunctis manifesta rex periculum delectionis incurret non patientibus subiectis virum extranei dei cultorem sibimet superesse ne ipsi pariter pericula sustinerent quasi huius rei viderentur auctores. Deus autem pręsens erat qui illorum metum non perduxit ad terminum. Nam cum multa pericula & Iazatis & eius filij sepius incurrissent eum ex ingentibus liberauit angustijs & salutis dona concessit ostendens quia respicientibus ad eum & ipsi soli credentibus nequaq̄ fructus pietatis aufertur. Sed hęc quidē postea explanabimus. Igitur helena regem videns regnum pacifice gubernare & filium suum esse beatum & vitra cunctas gentes prouidētia diuina religiosum desiderium habuit hierosolymitarum conspicere ciuitatem atq; cūctis hominibus diuulgatum dei templum supplicīter adorare & hostias pacificas offerre. Ob quā rem filio supplicauit. Quo matri petenti prone consentiente & multam prępparationem itineris faciente & plurimas dante pecunias descendit in hierosolymam etiam filio multo eam itinere deducente cuius aduentus hierosolymitis tunc profuit valde. ¶ Nam dum eorum ciuitatem illo tēpore fames apprehendisset. Et multi essent egestate consumpti: helena regina misit quosdam suorum alios quidem ad Alexandrinam vrbem vt frumenta ex eius pecunijs compararent alios cyprum: quatenus carrucas ex abundanti deferrent. Cumq; venissent hec onera deportantes alimenta indigentibus illa dimisit. Quapropter genti nostrę beneficiorum suorum maximam memoriam dereliquit. ¶ Cuius filius Iazatis audiens hanc famem multas pecunias Hierosolymitarum primatibus destinauit. Et alia quidem multa bona hi principes in nostra ciuitate gesserunt quę postea declarabimus.

¶ Arthabanus parthorum rex satrapas inimicos timens ad Iazatem veniens ab eo honorifice est receptus & eius medio in regno est restitutus qui beneficiorū non immemor multa ei dona dedit post paululum vero arthabanus filio suo Bardani regnum diuisit qui contra Romanos pugnaturus a iazate petit auxilium & eidem deneganti bellum fecit. Illum vero regem parthi extinguentes regnum cotardi dederunt cui Vologesis successit Monozabasus regis frater & tota cognatio (relicto paganismo) ad iudaismum conuertentur Cuius subditi ad Abiam Arabię regem scripserunt bellum contra suum regem mouentes. Qui contra iazatem bellum faciens occisus est cum plurimis. Vologesis vero Adiabenorum proceribus eum inuitantibus bellum contra iazatem bellum mouet & occasione non inuenta honores quos ei pater dederat repetit Iazates autem dei auxilio confidens hostis expectat aduentum dicens deum cunctis hoībus esse meliorem & eum terrę prostratus inuocans est exauditus vologesis nāq; daco & isaco prouinciā diripientibus remeauit. Iazates vero āno etatis quinquagesimo quinto & regni vigesimo quarto moritur. viginti quatuor filios & totidē filias relinquens & Monobazum regni faciens successorem. Qui fratris & matris ossa hierusalem misit sepelienda. Capitulum tertium.

Arthabanus pthorū rex ad Iazatē timēs satrapas ūimicos iuit Arthabani oratio ad Iazatem. Fortunę inconstātia oībus cois Iazatis benignissima responsio.

ARthabanus itaq; rex parthorum sentiens sibimet satrapas inimicos degere apud eos sibi iudicauit incautum. Quapropter ei visum est vt pergeret ad iazatem regem salutem apud eum inuenire se credens: & ita ad regnum proprium remearet Sūptis ergo cognatorum atq; familiarium circa mille viris: venit ad regem iazatē. Cumq; ille illum aperte nosset. Iazates vero arthabanum pœnitus ignoraret: inueniens eum in itinere constitutum & astās ei prior secūdū morē patrium adorauit. Deinde o rex inquit nec me despexeris tuum seruum nec sis superbus circa supplicem. Miser em̄ rerū mutatione factus existēs ex rege priuatus: tuum posco solatiū. Perspice siquidem inconstantiam fortunę & hanc scito esse cōmunem & vim simílem habiturā. Nam si me sine vindicta despexeris: erunt audaciores plurimi etiā circa alios reges. Hęc arthabanus cū lachrimis edicebat: capite reclinato deorsum. Iazates autē vt eius nomē audiuit & arthabanū suppliciter sibi respexit astātē mox ex equo resiliēs habe inquit fiduciā o rex nec te prędētia facta cōfūdāt. Velociter em̄ erit tibi mu

tata tristicia. Amicū enim me & auxiliatorē inuenies plusq̄ credis Aut enim in parthorū regno te rursus:aut in meo constituam regem. Hęc dicens eleuauit artabanū. Ipse rursus equo ille pedibus:sequebatur:honorē tribuens ei quasi regi maiori. Respiciens igitur hoc Arthabanus grauiter tulit: & p̄ęsentē fortunam honorēq; iurauit descensurū se nisi ille rursus ascenderet atq; prętiret. Tunc ille equū ascendens eumq; ad regalia sua perducens:omnē ei honorē libenter exhibuit & in consessu atq; cōuiuijs primū recumbere pręparauit non pręsentē fortunam intendens: sed eius pristinam dignitatem: eūq; ratione frequenter cōsolatus est quia cōmunes sunt omnibus fortunę permutatiōes hominibus ¶ Scripsitq; parthis suadens eis vt Artabanū susciperent regem promittens eum pristinorū in se nō habere memoriam. simul & iuramenta prębens. Parthis vero susciperę quidem se velle cum non negantibus sed non posse dicentibus habere regem/eo q̄ Cynnamū iam cōstituissent principē. ne forte certamen inter eos emergeret:agnoscens Cynnamus eorum volūtatē mādauit vt veniret artabanus regnum proprium recepturus. Cui itaq; credens artabanus reuersus est occurritq; ei Cynnamus adorans eum & regem simul appellans auferensq; de suo capite imposuit eius vertici dyadema. Sic ergo Artabanus per Iazatem rursus in regno(vnde per proceres suos ceciderat)reuersus est. Nec fuit immemor beneficiorū in se gestorū sed Iazatem magnis muneribus redonauit alias reditauit. Nam & tyara recta pmisit ei vti & in aureo lecto(quod solis parthoꝝ regibus licet) dormire concessit. dediq; ei maximā & optimam regionē regis armenioꝝ cuius terrę nomē est Nisibis in qua etiā primitus fecerūt Anthiochiā ciuitatem quam Migdoniam nūcupauerūt. His itaq; muneribus a rege parthoꝝ Iazates honorat. ¶ Post paululū vero tps Artabanus regnum Bardani filio dereliquit. Is autem veniēs ad Iazatem suadebat ei vt sibi cōtra Romanos pugnaturo ferret auxiliū: cui tamē suadere nō potuit. Iazates enim romanorū sciēs potentiā atq; fortunā: putabat impossibilia bella tentare. Insuper dū misisset quinq; filios ętate nouellos vt linguę patrię & eruditionem sub integritate cōdiscerēt: sed & matrem vt templum sicut prędiximus adoraret erat segnior ad bellandum. Sed & Bardanem sępius prohibebat. narrans ei romanorum virtutes & credens eum per talia verba terrere. quatenus a desiderio contra romanos bellandi recederet. In his ergo parthorum rex indignatus bellum aduersus Iazatem repente pronunciauit:sed nullum in hoc vtilitatem hīe promeruit deo scilicet spem eius annichilāte. ¶ Agnoscentes enim Parthi Bardanis voluntatem & quia contra romanos bellum susciperę decreuisset illum quidem extinxerunt:principatum vero cotardi eius germano contradiderunt. Cui etiam post paululum per insidias rebus humanis ablato successit frater Vologesis:qui duobus ex eodem patre germanis suis præbuit potestatem pacoro quidem seniori medorum tridati vero iuniori dedit armeniam. ¶ Monozabasus igitur regis frater pariter & eius cognatio videntes Iazatem propter pietatem quam circa deum habebat/ vltra omnes homines excellētem habuerunt & ipsi desiderium vt mores patrios derelinquētes iudaicis solēnitatibus obedirent horū nisus subiectis fuit valde ingratis simus:& in hoc proceres indignati iram equidē retinebant expectantes oportunū tēpus vt in eis vlciscerent. Quāobrem ad Abiā regem arabię scripserūt. multas se daturos pecunias promittētes si cōtra eorū regem castra moueret. Simulq; professi sunt circa primam congressionē eum se quoq; desere re:quem vellent propter odium q̄ eorū cultum reliquerat pœnas exoluere. Dictis ergo sacramēto firmatis festinabant ad terminum peruenire:his itaq; flexus arabię rex:cum multo exercitu venit ad Iazatem. Tunc in ipsa prima congressione anteq̄ ad manus accederent facto signo omnes Iazatem velut vno vincti funiculo reliquerunt & dorsum hostibus dantes effugerunt. Nō tamen iazates expauit sed cōsilium p̄ditionis agnoscens a primatibus factum & ipse cū exercitu discessit:causamq; requirēs vt agnouit cōstitutū ad arabas factū:auctores equidem interfecit. ¶ Altera vero die congressus plurimos occidit: omnes autem simul in fugam vertit ipsumq; regem persequens in quodam castro arsa no nomine circumclusit. Quo tamen forti dimicatione pręualuit. Captoq; castro dum abiam regem non inuenisset viuum quoniam seipsū peremerat/arripiens omnem prędam quę in eo videbatur esse magna amplitudine constituta in adiabenorum regressus est regionem. ¶ Primo quidem conamine Adiabenorum proceres non valentes aduersus regem deo scilicet eos eius potestati tradente/neq; tunc quiescere voluerunt/ sed scripserunt Parthorum regi Vologesi: rogantes eum vt Iazarem occideret: & eis principem de Parthorum gente constitueret/ dicentes se odio habere proprium Regem quia iura patriæ destruxerat & axtranea diligebat. ¶ Hęc audiens rex Parthorum eleuatus ad bellum est & cum iustam belli non inueniret occasionem datos ei honores a patre repetit & resistenti bellum se inferre minatus est. His auditis iazates non mediocriter est turbatus: & iudicans sibi turpitudinē fore si propter metum collocatis honoribus cedere videret sciens insuper quia etiam si his cederet parthorum rex ab eius inimicitijs non cessaret:decreuit magis deo curatori omnium animę suę pericula committere eumq; maximum se habere arbitratus auxiliatorem filios quidem & coniu-

Iazatis hūilitas

Fortunę cōmutationes ōibus hominibus cōmunes.

Artabanus Iazatis medio i regno restitutus cuius rei nō immemor artabanus multa dona ei dedit.

Migdonia ciuitas aliquādo Anthiochia appellata.

Parthi Bardanem regē extinxerūt regnū Cotardi dederunt cui successit Vologesis al's Bologesis.

Monozabasus regis frater & tota cognatio/relicto paganismo ad iudaismū cōuertunt cuius subiecti ad Abiā arabię regē scripserūt bellū cōtra suū regē facere mouentes.

Adiabenoꝝ proceribus advologesem scribentibus ipse contra iazatē bellū mouet & occasiōe nō inuenta honores quos pater ei dederat repetit.

ges constituit in munitissimis locis cunctaq; frumenta & fenum & pabula cõgregauit. Quibus gestis hostium subinchat aduentum. Venientes vero parthorum rege cum exercitus sui multa virtute pedestrium pariter & equestrium & cum magna velocitate faciente vallum circa flumen medorũ scilicet & adiabenorum, poinciam terminauit etiam lazates castra posuit procul ab eo habẽs circa se equestrium quasi sex milia. Quo facto venit ad lazarem nuncius a parthorum rege directus qui eorũ virtutem ediceret quoniam ab eufrate flumine vsq; ad bactrianorum terminos resideret simul & subiectos ei adesse dicens interminatus pariter quia ponas lazaris exsolueret eo q; circa dominũ suum esset ingratus a cuius manibus neq; deus eum posset quem colebat eruere. ¶ Hęc dicente nuncio lazates nolle se quidem parthorum exercitum suo abundantius potuerat respondit sciendum, quia cunctis hominibus melior est deus. Et huiusmodi dato responsio ad supplicationem dei cõuersus terrę se prosternens & cinere caput implens cum filijs & vxoribus semianimis inuocans deum atq; dicens. Domine domine si non frustra tuę me dignitati subiecci & ante omnium te solum & primum dominũ esse cognoui adsum auxiliator non pro me solũmodo vltaturus in hostibus sed quia contra etiã tuam virtutẽ cum nefanda presumptione locuti sunt. Et ille quidem hoc modo ingemiscẽs cum lacrimis supplicabat. Quem repente deus audiuit. ¶ Ea namq; nocte Vologesis accepit epistolas in quibus scriptum erat quia Dacus & Isacus cũ maxima manu cõmenãtes eius absentiã ad diripiẽdam Parthorum procincta deuenissent: quapropter nichil agens retrorsum dereliquo remeauit. Sic itaq; lazates deo prouidẽte a parthici regis interminationem effugit. ¶ Post paululũ vero tempus cum quinquagesimũ quintũ etatis & vicesimũquartũ regni complesset annum relinquens filios masculos viginti quatuor & filias viginti quatuor: vita priuatus est. Successorem regni fratrem Monobazum haberi pcepit repensans ei quia per eius absentiam post mortẽ patris regnum ei fideliter conseruasset. Cuius mater helena audita filij morte grauiter tulit: & sicut potuit mater quę pijssimũ filium videbatur amisisse; Verũtamen cõsolata est audiens regni successionem ad seniorẽ suum filium perductã ad quẽ etiam pergere festinabat. Cumq; venisset ad regionem Adiabenorũ non multo tempore super filium lazatem vixit. ¶ Monobazus autem & illius ossa pariter & germani mittens in hierosolimam sepeliri pręcepit i mãsoleis quę mater tribus procul stadijs ab Hierosolimis cõstruxisse videbatur. Sed, quęcũq; rex Monobazus vsq; suę tempore gesserit postea declarabimus.

¶ Theodas magus populum iudeorum seducens semetipsum prophetam esse asserebat quẽ Phadus prohibuit capite trũcatum Phado autem Tyberius Alexander in iudea successit qui Iacobũ & Symonem & filios Iudę rempublicam perturbantes occidi fecit Ananias Ioseph succedit in sacerdotio & Tyberio Cumanus: mortuo vero Herode Agrippę regis fratre agrippa iuuenis a Claudio regnũ recepit maxima quoq; Cumano Iudeam regente seditio maxima fuit vbi viginti iudeorum milia in festo azimorũ vnius militis luxuria qui genitalia sua reuelauit in turba defecerunt Et quidẽ ex turba fugientes Stephanũ Cęsaris seruũ spoliauerũt latrocinij more quo audito Cumanus milites destinauit vicinos vicos pcipiens diripi & vinctos nobiles adduci. Militem quoq; legẽ moysi blasphemãtem capite truncari fecit.

¶ Capitulum quartum.

IGitur dum iudeam pouinciam Phadus gubernaret. quidam vir Magus nomie Theodas populo multo suasit vt sumẽtes substãtias suas sequerent eum ad Iordanẽ fluuiũ semetipsum asserens esse pphetam & pcepto fluuiũ diuidere vt eis facile transitũ pręberet. Hęc dicens seduxit quidẽ multos: non tñ pmisit Phadus ad experimentũ eos suę insipiẽtię peuenire: sed repente cohortẽ misit equestriũ sup eos quę inopinabiliter irruens multos quidem peremit plurimos aũt cepit viuos: ipsũq; Theodam cõprehendẽtes capitis sectione mulctarũt. Hęc sunt quę iudeis contigerũt tẽpore quo Phadus in eorũ pręfuit regione. ¶ Veniq; Phado successor Tyberius Alexandri filius qui etiam in Alexandria fuerat alabarches ideſt pręceps psalis generis diuitijsq; Alexandrinoq; cunctos excellens: sed etiã filio suo Alexandro diuina cultura melior quippe cũ ille in paternis solẽnitatibus non pmansit. Horũ ergo tẽporibus contigit illa maxima fames qñ etiam Helena regina multis pecunijs frumenta comparans ex ęgypto indigentibus sicut pędiximus est parata. Insuper Iacobũ atq; Symonem & filios iude galilei qui populum a Romanorum potestate subducere nitebantur, sub Cyrino iudeę pręside sicut pędiximus crucifigi Alexander imperauit. ¶ Herodes autem rex Chalchidis remoto Ioseph a pontificatu successionem hanc Ananię Nibedei cõtradidit. ¶ Tyberio autem alexandro Cumanus successor aduenit defectuq; est Herodes frater regis Agrippę maioris octauo anno Claudij principatus tres filios de relinquens. Aristobolum qui ei de priori fuerat vxore progenitus & ex Beronicę fratris filia Bernicia num & Hyrcanum: cuius regnũ Claudius Cęsar Agrippę iuueni dedit. ¶ Seditione igitur intercedẽte in Hierosolimorũ ciuitatẽ dum Cumanus in iudea pro rerum gubernatiõe cõsisteret: multi iudeo-

Rñsio lazaris quãtis hoibus melior est deus & eũ terrę prostratus inocans ab eo est exaudius.

Vologesis Daco & isaco puincia diripiẽdus remeauit.

Iozates ãno ętatis .lv. regni. xx iiij. moritur xxiiij filios & totidẽ filias relinquẽs regni successorẽ Monobazũ faciens.

Monobazus ossa fris & matris sepeliẽda hierusalẽ misit.

Theodas magus ppłm iudeoꝝ seduxit semetipm asserẽs ei ppheta quẽ phibuit Phadus capite trũcatũ. &c.

Tyberius alexandri ꝓcos successit Phadꝰ in iudea.

Tyberius Iacobũ & filios iudę rempublicã perturbãtes occidi fecit.

Tyberio Cumanus successit ꝓcos in iudea.

Actu. cap. v.

Actu. cap. v.

A rū peremptī sunt. Sed primitus causam narrabo propter quā talia ꝓuenerunt. Instante festiuitate pasche (qua mos est azima nobis offerre) dum vndiq; ad festiuitatē hanc populus conuenisset. Metuens Cumanus ne qua per multitudinē turba aut res vel actio nasceret iussit militibus vt vnam aciē arma torū facientes circa porticus templi cōsisterent: vt si forte aliquid excitaret tumultuātiū inquietudinē ꝓhiberent. Hoc em̄ & priores prēsides iudeę in huiusmodi festiuitatibus faciebant. Cūq; quarta dies eius celebrationis excessisset: quidam militū reuelauit genitalia sua. & populo demōstrabat. Quod illi vidētes ad iram furorēq; perducti sunt non semetipsos contumeliā passos sed in deo impietatē gestam esse dicentes. Quidā vero procaciores Cumanū blasphemabant: asserentes militem ab eo sum missū. Cumanus aūt audiens & ipse non mediocriter ꝓuocatus est. Verūtamē hortabat eos a seditione quiescere: ne in festiuitate iquietudines excitarent. Quibus dum suadere non posset: & illi ad blasphemias magis accederent iussit oēs milites arma sumentes ad antoniam conuenire. Erat enim hoc castrum sicut prediximus suppositum templo. Multitudo siquidē videns milites ibidem cōgregari p. territa cœpit effugere. Et dum se milites persequi crederent: per angustos egressus pariter cum timore fugientes oppressi sunt: & multos adinuicem cōterentes interemerūt. Viginti enim milia dinumerati sunt qui in illa turba defecerūt. ¶ Quapropter eis erat pro festiuitate luctus & omnes obliti orationū atq; sacrificiorū ad lamentationes lachrimasq; cōuersi sunt. Has ergo passiones vnius militis luxuria generauit. ¶ Nōdum igitur luctus quieuerat: & alter incidit denuo super eos. Quidam em̄ ex illa turba fugientes euaserant via publica venientes quasi centum stadijs procul a ciuitate: & Stephanū seruū cęsaris iter agentem more latrocinij spoliantes: omnē eius dirripuere substantiā. Audiens hęc Cumanus milites continuo destinauit precipiens vicinos diripi vicos: & nobiles ad se vinctos adduci. ¶ Igitur vastatione facta quidam militū leges moyseos in quodam vico reperiens easq; sumens cunctis videntibus rupit & multas blasphemias atq; contumelias eis imposuit. Iudei vero hęc audientes & multi pariter concurrentes: in cęsaream descenderunt. Illic enim Cumanus erat. Ad quem accusa-
B uerunt dicentes non se sed deum ad cuius iniuriam facta hęc videbantur vlturum: se autem nolle viuere dum leges patrias sic tractari viderent. Cumanus autem metuēs ne denuo tumultum populus excitaret: suadentibus amicis & milite qui contumeliam fecerat legibus securi percusso occasionē secundę seditionis abrupit.

¶ Seditionem inter samaritas & Iudeos orta Iudei (Cumano pecunijs corrupto & iusticiam negante) Eleazarum in auxilium sumētes contra Samaritas bellantes omnia dirupuerunt quos Numidio quadrato Samarite de violentia accusarunt qui seditionis auctores crucifixit & secundo Samaritas Iudeos accusantes audiēs quia ipsi populo a romana suasissent potestate recedere illos occidi mā dauit & Ananiam pontificem & Anianum magistrū romā misit ligatos quos Claudius Agrippę precibus absoluit & Samaritas occidi precepit. Cumanūq; misit in exilium & celerem morte mulctandū remisit in hierm & fœlix procurator istituitur Agrippę quoq; aucta est potestas cuius Drusilla soror Aziazo regi circūciso datur cuius nuptias Epyphanes nolens circūcidi renuit & Mariam Archelaus accepit vxorem. Drusilla vero spreto marito fœlici procurator iudeę nupsit Palemon autem Beronicem mortuo hęrode pro diuitijs duxit vxorem sed ipsa virum ꝓpter nimietatē coitus reliquit Et maria Archelaum repudians nupsit demetrio. ¶ Capitulum quintum.

C Post hęc igitur inter samaritas atq; iudeos inimicitię huiusmodi causa prouenerunt. Mos erat galileis tempore festiuitatum ad sacram concurrere ciuitatem & iter facere p samariam. Dū ergo aliquando iter haberēt per vicum nomie Ginais inter samariam & campū maximum constitutum quidam conferentes litem multos eorum interemerunt. ¶ Primi siquidem galileorū audientes quę gesta fuerant ad cumanū venerunt: rogantes eum vt de interemptorū nece inquireret. At ille pecunias a samaritis accipiens: neglexit hoc facere. Tunc galilei dolentes multitudinem excitauere iudeorū vt arma sumerent: & suam defenderent libertatē. Seruitutē namq; amarissimā esse dicentes: & importabiles iniurias in talibus non defendi. Ac ꝓmittente quia faceret vindictam cnmanos illi poenitus nō acquiescentes ad arma progressi sunt. Et sumētes in auxilium eleazarum dinei qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus vicos aliquos samaritanorum incendentes cuncta diripuerunt. Cumanus hoc audiens atq; sumens sebastenorum cohortē & pedestriū quatuor ordines & coarmās pariter samaritas: super iudeos egressus est. Factaq; congressioue multos quidem peremit plurimos viuos suscepit. Primi autem hierosolimorum genere pariter & honore videntes ad quantam calamitatum magnitudinem deueniissent induti saccis & cinere capita sua cōplentes omnino eis/qui resultauerant vt quiescerent supplicabant ponentes ante oculos eorum subuertendam regionem propriam & templum pariter concremandū vxorum ac filiorum captiuitates futuras & ideo rogabant vt mutarent voluntatem & proijcientes arma quiescerent

Occasio sedi-tionis.

Quarta die azimorū quodam milite genitalia demōstrāte populus ad irā cōuertitur.

Vigiti milia iudeorū in turba defecerūt in festiuitate azimorū vnius militis luxuria.

Blasphemantē legē moyſi ꝓcurant iudei capite trūcari.

Seditio inter iudeos & samaritas & seditiōis occasio.

Iudei cumano pecunijs corrupto neganteq; iusticiā eleazarū in auxiliū sumētes cōtra samaritas bellauerūt oiaq; dirupuerunt.

ges constituit in munitissimis locis cunctaq; frumenta & fenum & pabula cõgregauit. Quibus gestis hostium sustinebat aduentum. Veniente vero parthorum rege cum exercitus sui multa virtute pedestrium pariter & equestrium & cum magna velocitate faciente vallum circa flumen medorũ scilicet & adiabenorum ꝓuinciam terminantẽ etiam Iazates castra posuit procul ab eo habẽs circa se equestrium quasi sex milia. Quo facto venit ad Iazatem nuncius a parthorum rege directus qui eorũ virtutem ediceret quoniam ab eufrate fluuio vsq; ad brathorum terminos resideret simul & subiectos ei adesse dicens: ꝛterminatus pariter quia pœnas Iazatis exsolueret eo' q; circa dominũ suum esset ingratus a cuius manibus neq; deus eum posset (quem colebat) eruere. ¶ Hęc dicente nuncio Iazates nosse se quidem parthorum exercitum suo abundantius potiorem respondit sciendum quia cunctis hominibus melior est deus. Et (huiusmodi dato responso) ad supplicationem dei cõuersus terrę se ꝓsternens & cinere caput implens cum filijs & vxoribus ieiunauit inuocans deum atq; dicens. Domiator domine si non frustra tuę me dignitati subieci & iuste' omnium te solum & primum dominẽ esse cognoui adueni auxiliator non ꝓ me solũmodo vlturus in hostibus sed quia contra etiã tuam virtutẽ cum nefanda pręsumptione locuti sunt. Et ille quidem hoc modo ingemiscẽs: cum lacrimis supplicabat. Quem repente deus audiuit. ¶ Ea namq; nocte Vologesis accepit epistolas in quibus scriptum erat quia Dacus & Isacus cũ maxima manu cõtemnẽtes eius absentiã ad diripiẽdam Parthorum prouinciã deuenissent: quapropter nichil agens retrorsum denuo remeauit. Sic itaq; Iazates deo prouidẽte parthici regis interminationem effugit. ¶ Post paululũ vero tempus cum quinquagesimũ quintũ etatis & vicesimũ quartũ regni complesset annum relinquens filios masculos viginti quatuor & filias viginti quatuor: vita priuatus est. Successorem regni fratrem Monobazum haberi ꝓcepit repensans ei quia per eius absentiam post mortẽ patris regnum ei fideliter conseruasset. Cuius mater helena audita filij morte grauiter tulit: & sicut potuit mater (quę pijssimũ filium videbatur amisisse) Verũtamen cõsolata est audiens regni successionem ad seniorẽ suum filium perductã ad quẽ etiam pergere festinabat. Cumq; venisset ad regionem Adiabenorũ non multo tempore super filium Iazatem vixit. ¶ Monobazus autem & illius ossa pariter & germani mittens in hierosolimam sepeliri ꝓcepit imãdoleis quę mater tribus procul stadijs ab Hierosolimis cõstruxisse videbatur. Sed quęcũq; rex Monobazus vitę suę tempore gesserit postea declarabimus.

¶ Theodas magus populum iudeorum seducens semetipsum prophetam esse asserebat quẽ Phadus prohibuit capite trũcatum Phado autem Tyberius Alexander in iudea successit qui Iacobũ & Symonem & filios Iudę rempublicam perturbantes occidi fecit Ananias Ioseph succedit in sacerdotio & Tyberio Cumanus / mortuo vero Herode Agrippę regis fratre agrippa iuuenis a Claudio regnũ recepit maxima quoq; Cumano Iudeam regente seditio maxima fuit vbi viginti iudeorum milia in festo azimorũ vnius militis luxuria qui genitalia sua reuelauit in turba defecerunt Et quidẽ ex turba fugientes Stephanũ Cęsaris seruũ spoliauerũt latrocinij more quo audito Cumanus milites destinauit vicinos vicos ꝓcipiens diripi & vinctos nobiles adduci. Militem quoq; legẽ moysi blasphemãtem capite truncari fecit.

¶ Capitulum quartum.

A rū peremptī sunt. Sed primitus causam narrabo propter quā talia ꝓuenerunt. Instante festiuitate pasche (qua mos est azima nobis offerre) dumvndiq; ad festiuitatē hanc populus conuenisset. Metuens Cumanus ne qua per multitudinē turba aut res vel actio nasceret iussit militibus vt vnam aciē arma torū facientes circa porticus templi cōsisterent: vt si forte aliquid excitaret tumultuātiū inquietudinē ꝓhiberent. Hoc em̄ & priores pręsides iudeę in huiusmodi festiuitatibus faciebant. Cūq; quarta dies eius celebrationis excessisset: quidam militū reuelauit genitalia sua. & populo demōstrabat. Quod illi videtes ad iram furorēq; perducti sunt non semetipsos contumeliā passos sed in deo impietatē gestam esse dicentes. Quidā vero procaciores Cumanū blasphemabant: asserentes militem ab eo sum missū. Cumanus aūt audiens & ipse non mediocriter ꝓuocatus est. Verūtamē hortabat eos a seditione quiescere: ne in festiuitate iquietudines excitarent. Quibus dum suadere non posset: & illi ad blasphemias magis accederent iussit oēs milites arma sumentes ad antoniam conuenire. Erat enim hoc castrum sicut prędiximus suppositum templo. Multitudo siquidē videns milites ibidem cōgregari p territa cœpit effugere. Et dum se milites persequi crederent: per angustos egressus pariter cum timore fugientes oppressi sunt: & multos adinuicem cōterentes interemerūt. Viginti enim milia dinumerati sunt qui in illa turba defecerūt. Quapropter eis erat pro festiuitate luctus & omnes obliti orationū atq; sacrificiorū ad lamentationes lachrimasq; cōuersi sunt. Has ergo passiones vnius militis luxuria generauit. ¶ Nōdum igitur luctus quieuerat: & alter incidit denuo super eos. Quidam em̄ ex illa turba fugientes euaserant via publica venientes quasi centum stadijs procul a ciuitate: & Stephanū seruū cęsaris iter agentem more latrocinij spoliantes: omnē eius dirripuere substantiā. Audiens hęc Cumanus milites continuo destinauit pręcipiens vicinos diripi vicos: & nobiles ad se vinctos adduci. ¶ Igitur vastatione facta quidam militū leges moyseos in quodam vico reperiens easq; sumens cum actis videntibus rupit & multas blasphemias atq; contumelias eis imposuit. Iudei vero hęc audientes
B & multi pariter concurrentes: in cęsaream descenderunt. Illic enim Cumanus erat. Ad quem accusauerunt dicentes non se sed deum ad cuius iniuriam facta hęc videbantur vlturum: se autem nolle viuere dum leges patrias sic tractari viderent. Cumanus autem metuēs ne denuo tumultum populus excitaret: suadentibus amicis & milite qui contumeliam fecerat legibus securi percusso occasionē secundę seditionis abrupit.

¶ Seditionem inter samaritas & Iudeos orta Iudei (Cumano pecunijs corrupto & iusticiam negante) Eleazarum in auxilium sumētes contra Samaritas bellantes omnia dirupuerunt quos Numidio quadrato Samarite de violentia accusarunt qui seditionis auctores crucifixit & secundo Samaritas Iudeos accusantes audiēs quia ipsi populo a romana suasissent potestate recedere illos occidi mādauit & Ananiam pontificem & Anianum magistrū romā misit ligatos quos Claudius Agrippę precibus absoluit & Samaritas occidi pręcepit. Cumanūq; misit in exilium & celerem morte mulctandū remisit in hierm & fœlix procurator istituitur Agrippę quoq; aucta est potestas cuius Drusilla soror Aziazo regi circūciso datur cuius nuptias Epyphanes nolens circūcidi renuit & Mariam Archelaus accepit vxorem. Drusilla vero spreto marito fœlici procurator iudeę nupsit Palemon autem Beronicem mortuo herode pro diuitijs duxit vxorem sed ipsa virum ꝓpter nimietatē coitus reliquit Et maria Archelaum repudians nupsit demetrio. ¶ Capitulum quintum.

C Post hęc igitur inter samaritas atq; iudeos inimicitię huiusmodi causa prouenerunt. Mos erat galileis tempore festiuitatum ad sacram concurrere ciuitatem & iter facere p samariam. Dū ergo aliquando iter haberēt per vicum nomie Ginais inter samariam & campū maximum constitutum quidam conferentes litem multos eorum interemerunt. ¶ Primi siquidem galileorū audientes quę gesta fuerant ad cumanū venerunt: rogantes eum vt de interemptorū nece inquireret. At ille pecunias a samaritis accipiens: neglexit hoc facere. Tunc galilei dolentes multitudinem excitauere iudeorū vt arma sumerent: & suam defenderent libertatē. Seruitutē namq; amarissimā esse dicentes: & importabiles iniurias in talibus non defendi. Ac ꝓmittente quia faceret vindictam cumano: illi pœnitus nō acquiescentes ad arma progressi sunt. Et sumētes in auxilium eleazarum dinei qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus vicos aliquos samaritanorum incendentes cuncta diripuerunt. Cumanus hoc audiens atq; sumens sebastenorum cohortē & pedestriū quatuor ordines & coarmās pariter samaritas: super iudeos ęgressus est. Factaq; congressione multos quidem peremit plurimos vinos suscepit. Primi autem hierosolimorum genere pariter & honore videntes ad quantam calamitatum magnitudinem deuenissent induti saccis & cinere capita sua cōplentes omnino eis qui resultauerant vt quiescerent supplicabant ponentes ante oculos eorum subuertendam regionem propriam & templum pariter concremandū vxorum ac filiorum captiuitates futuras & ideo rogabant vt mutarent voluntatem & proijcientes arma quiescerent

Occasio seditionis.

Quarta die azimorū quodam milite genitalia demōstrāte populus ad irā cōuertitur.

Vigiti milia iudeorū in turba defecerūt in festiuitate azimorū vnius militis luxuria.

Blasphemantē legē moyſ: ꝓcurant iudei capite trūcari.

Seditio inter iudeos & samaritas & seditiōis occasio.

Iudei cumano pecunijs corrupto neganteq; iusticiā eleazarū in auxiliū sumētes cōtra samaritas bellauerūt oīaq; dirupuerunt.

& de cętero ad propria remearent. Hęc ergo dicentes flexerunt eos quorum alij receſſerunt latrones autem ad munitiora loca profecti ſunt. Ex illo omnis iudea latrocinijs eſt impleta Samaritanorũ ve- D

Numidius quadratus ſyrię pſes ad quẽ venientes ſamaritę iudeos accuſãt deviolẽtia prio re.

ro primates ad Numidium quadratũ ſyrię preſidem qui illo tempore in tyro erat aduenientes accuſauerũt iudeos q deos eorum incẽderunt ac dirupuerũt: & pro his quidem quę ipſi paſſi fuerant nõ tã tũ ſe dolore dicebãt niſi qa romanorũ cõtẽpſerint ptãtem ad quorũ iudicium debuerant p ſua (ſi quas fuiſſet) leſione concurrere. Nunc autẽ quaſi romanos iudices nõ haberent hęc ab eis acta dicebant & propterea vindicta fieri puſtulabãt. His ergo Samaritę querebant Iudei vero & ſeditionis & litis eos auctores fuiſſe dicebãt: & añ omnes Cumanũ munerũ oblatione corruptum qui peremptorũ necem noluit vindicare. Quadratus ergo cum audiſſet diſtulit vindicare. dicens tũc ſe ſententiã platurũ cũ iudeam veniens veritatẽ ſubtiliter indagaret. Et illi quidẽ nichil agẽtes reuertebant. ¶ Poſt paululũ vero tps quadratus in ſamariã venit. vbi auctores ſeditiõis audiẽs: & quoſdã ſamaritanorũ ac iudeorũ idiſciplinatos inueniẽs crucifixit eos quos Cumanus captiuos habuerat. Exinde veniẽs in quẽdã vicũ noie Liddan nõ breuiorẽ magnitudine ciuitatis ſedens in tribunali & ſcdo Samaritas audiẽs a quodã ſamareo didicit qm̃ quidã primus iudeorũ noie Dortus & aliqui cũ eo iuuenũ nũero quatuor populo ſuaſiſſent vt a romanorũ poteſtate recederẽt. Et illos quidẽ pcepit occidi. Ananiã vero põtificẽ & Anianũ mgr̃m alligãs romã direxit: quatenus de his quę geſta fuerant redderẽt cęſari claudio rõnem. Iuſſitq; primatibus ſamaritanorũ atq; iudeorũ pariter & Cumano & celleri millenario & violẽtiarũ inhibitori vt ad ipatorẽ pgerent p alterius in ſe queſtiõibus audiẽdis. Ipſe vero metuẽs ne multitudo iudeorũ ſeditionẽ iterũ excitaret hieroſolymã venit iueniq; vrbẽ in pace degentẽ & feſtiuita- E tẽ patriã deo celebrantẽ. Cõfidens nichil ab eis ingetudinis generari relinquẽs eos i feſtiuitate reuerſus eſt anthiochiã. ¶ Cumanus aũt & qui cũ eo erant necnõ & primi ſamaritanorũ romã directi acceperũt ab impatore cõſtitutũ diẽ in quo deberẽt rerũ ſuarũ cauſas exponere. Habebãt em̃ patrociniũ Cumanus & Samaritę libertorũ cęſaris & pariter amicorũ qui ſcilicet pualere potuerãt contra iudeos niſi agrippa iuuenis cũ Romę cõſiſteret & primos Iudeorũ opprimi videret vxorẽ impatoris Agrippinã ſuppliciter exoraſſet vt marito ſuaderet quatenus decenter audiẽs ſua iuſticia ſeditionũ puniret auctores. ¶ Claudius autẽ his pcibus pſtrictus cauſam audiẽs dum agnouiſſet malorũ principes fuiſſe ſamaritas eos quidẽ qui aſcẽderant ad eũ iuſſit occidi Cumano aũt fugam dedit: cellerẽ millenariũ pcepit in Hieroſolimis duci & oĩbus videntibus per totam vrbẽ tractũ laceratũq; diſpdi. ¶ Miſit aũt & Claudius fœlicẽ pallantis frem in iudeã pſidẽ: q rebus i regione iudaica pſideret. ¶ Cũq; decimũ principatus cõpleſſet annũ Agrippę Philippi tetrarchiã donauit Bethaniã & Trachonitidẽ ſimul adiecit vna cũ Abela quę fuerat de Tetrarchia lyſanię Calchidẽ vero ei abſtulit cui quatuor pfuerat annis. ¶ Agrippa vero ſumẽs donationẽ cęſaris Aziazo regi Amaſorũ volẽti ſeſe circũcidere ſororẽ Druſillam deduxit vxorẽ. ¶ Epiphaues aũt regis Anthiochi filius eius nuptias refutauit. nolẽs iudeorũ ſolẽnitates ſeq; licet hoc facturũ ſe eius cõpromiſerit pri. ¶ Mariã vero dedit Archelao Helchij filio cui ab Agrippa pre fuerat primitus deſpõſata. Quibus nata eſt filia noie Beronice. ¶ Nuptie quidẽ iter Druſillã & Aziazũ celebratę nõ multo tpe iterueniẽte hmõi cauſa ſolutę ſunt. Dũ fœlix i Iudeã veniſſet ãminiſtrator iudeis hãc cũctas mulieres pulchritudine pcellẽtem eius ſpeciẽ cõcupiuit & quẽdam iudeũ noie Symonẽ amicũ ſuũ genere cyprũ magnũ mittẽs ad eã ſuadebat vt derelicto viro nuberet ei pmittẽs eã beatã fieri ſi eius nõ deſpiceret thorũ. Illa vero nõ bñfaciẽs & declinare volẽs iuidiam beronicis ſororis ppter pulchritudinẽ ſuã tranſcẽdere prĩnã ſolẽnitatẽ flexa eſt & fœlicis nuptias eſt ſecuta: ex quo ſuſceptũ filiũ vocauit Agrippã. ¶ Sed quẽadmodũ iſte iuuenis cũ vxore per incẽdiũ Berij mõtis tpibus Titi cęſaris deperierit. poſtea declarabimus. ¶ Beronice vero poſt Herodis mortẽ q eius fuerat maritus & patruus multo tpe viduata fama diſcurrẽte quia cũ fratre coiret ſuaſit Polemõ regi licię vt circũciſus eã haberet vxorẽ. Sic em̃ iudicabat falſas oblatratiões poſſe mõſtrari. Polemõ F aũt flexus eſt: maxime ppter diuitias eius. Non multo tm̃ poſt eorũ quidẽ nuptię pmanſerunt. Sed beronice ppter nimietatẽ coitus vt dixerunt polemonẽ dimiſit. At ille ſolutis nuptijs etiam ſolẽnitates iudeorũ pariter dereliquit. ¶ Eodem vero tẽpore & maria repudians archelaum cõiuncta eſt demetrio alexandrino iudeo genere: & diuitijs valde claro. Tunc em̃ & alabarces erat ſuſceptumq; ex illo filium agrippę vocabulo nũcupauit. Sed de ſingulis horum ſubtiliter poſtea declarabimus.

Druſilla (ſpręto marito) nupſit fœlici procuratori quibus natus filius agrippa.

Palemõ circunciſus.

Beronicę virũ ppter nimietatẽ coitus reliqt.

Maria repudians Archelaũ nupſit Demetrio.

¶ Claudius agrippinę vxoris veneno iterẽptus q Meſſalinã vxorẽ ppter zelũ iterfecit Neroni octauiã deſpõſauerat. Nero aũt Britãnicũ veneno latẽter occidit matrẽ quoq; & vxorẽ multoſq; iſignes viros Aziazo rege amaſorũ mortuo ſucceſſit eius fr & ariſtobolus a nerone i armenia eſt cõmiſſus & agrippę partẽ tyberiadis tetrarchię donauit Iudea quoq; latronibus & ſeditioſis magis plena quos fœlix iterfecit & eleazarũ eorũ principẽ victũ miſit in hieꝛm Fœlix aũt inimicitias cõtra Ionat hanſacerdotẽ habẽs eo q melius iudeis preſidere moueretur eius procurat mortẽ p latrones gladios ſub veſte

habētes absconsos pseudo ꝓpheta ęgyptius iudeorū seductor quorū multos Fœlix occidit ipso ęgyptio fugiente Seditioq; tunc fuit inter syros & iudeos pro ęquitate ciuilitatis in cęsarea quos prefecti cōpescuerunt Ismaelesq; ab Agrippa & sacerdote instituto cōtentio inter sacerdotes & pontifices oritur sacerdotibus pre inopia morientibus. Capitulum sextum.

Claudius interea cęsar defunctus est cū impasset annis tribus & decem mēsibus octo & diebus viginti. Est em̄ sermo quorūdā quia ab vxore agrippina fuerit veneno iteremptus. Cui agrippinę pater fuit germanicus cęsaris frater vir aūt eius dometius barbarus nobilissimus romanorū. Quo morīte viduatā multotpe claudius duxit vxorē hn̄item filiū qui patris nomine dometius vocabat. ¶ Claudius vero ꝓpter zelū agrippinę messalinā peremit vxorē ex qua filios habuerat britanicū & octauiā Erat aūt ei & antonia filia senior quā ex prima vxore noie petronia habuerat. ¶ Octauiā itaq; desponsauit neroni. Sic em̄ eum postea vocitauit cū cęsar eū filiū adoptasset. ¶ Agrippina autē metuens ne britanicus crescēs regnū a patre ꝓciperet & volēs imperiū suo filio prępārare: de morte claudij (sicut erat sermo) tractauit. Quo mortuo repēte misit pricipē militię brutū & cū eo tribunos libertorū valde potētes q deducerēt de castris neronē: & eū more pricipis adorarēt. ¶ Nero siquidem hoc mō pricipatu sumpto britanicū quidē veneno latēter occidit: matrē vero ꝓpriā interemit hoc ei retributiōis munus ipendēs non solū pro matris officio sed etiā qꝺ ei suis machinamētis romanorū p̄buerat pricipatū. Peremit etiā octauiā suam vxorē multosq; viros insignes quasi ei insidias fecisset. Sed de his quidē desino plura narrare. ¶ Multi nāq; de nerone historiā cōscripserūt quorū quidā pro gra bn̄ficiorū eius neglexere veritatē: alij vero ꝓpter odiū & eius inimicitias sic ipudēter mēdacijs inuoluti sunt vt aperta repręhēsione sint digni. Mirandi tn̄ a me nō sunt qui de nerone mētiti esse noscunt dū neq; priora gesta cōscribētes veritatem videātur hystorię custodisse: licet circa eū neq; odiū habuisse noscantur cū longis post eū tpibus extiterunt. Sed his quidē qui veritatē hystorię prędere volūt liceat scribere quod volūt. Probāt̄ em̄ hoc habere gratissimū. Nos autem propositū veritatis habere perfectionē prędentis negocij breuiter cōpręhēdere nitimur & quę nobis iudeis euenerūt enūciamus nec negligētes aut calamitates aut delicta referare studentes. Reuertar igitur ad nārrationē casuum gentis nostrę. ¶ Primo nāq; imperij Neronis anno moriente Aziano amasorę rege eius frater successit in principatu: & minoris Armenię prefulatus Aristobolo Herodis regis Calchidis filio a Nerone cōmissus est. Sed agrippę donauit Cęsar partē quādam galileę Tyberiadis Tetrarchię. ꝑcipiēs vt esset ei subiectus. Dedit q; & Iuliadā ciuitatē transfluuiū cōstitutā & vicos circūpositos quatuordecim. ¶ Res iudeorū cremētū semp a priori suscipiebāt. Latronū nāq; denuo & magorū hoim turba ꝑm̄ seducētiū est repleta ꝓuincia. Quorū multos quotidie cū latronibus capiēs fœlix necabat pariter & Eleazarę Dinei filiū q latronū ordinē instituerat p insidias cœpit viuū: dās ei fidē qa nichil mali sustineret. Flexit eū ad se venire: quem vinctū romā direxit ad cęsarē. ¶ Habēs aūt inimicitias fœlix apd pōtificē Ionathā eo qꝺ esset prius & ab eo moneret vt rebus iudeorū melius ꝑsideret ne querelā a plebe susciperet cū populus petisset a cęsare vt ipse in iudeā dirigeret āministrator. occasionē querebat p quā remoueret eū qui videret ei sepius iportunus Graue nāq; est nocere volētibus si crebrius arceant. Pro hac igit causa fœlix fidelissimū amicorū Ionathe quēdā gn̄e hierosolymitā multarū pecuniarę ꝓmissione flexit. vt sup Ionathā latrones induceret qui eū vita priuarēt. Ille aūt sumpto cōsilio hoc modo p latrones necem illius appetiuit. Ascenderūt quidā eorū ad ciuitatē quasi adoraturi deū gladiosq; sub veste portātes: &, ꝓmixti Ionathę pemerūt eum. Cūq; mors eius multa remāsisset de cętero cū ioi fiducia latrones in festiuitatibus ascēdebant: & gladios abscōsos hn̄tes quos volebant inimicorū ꝓmixti populis ꝓmebant & non solū in reliqua ciuitate sed etiā in tēp'o quosdā interimebant Nā & ibi sepius sedes facere ꝑsumebant: nichil se agere ipietatis existimātes. ¶ Ob quā causā arbitror etiā deū aduersatū nr̄am vrbē & templū velut nequaq̄ suo habitaculo mūdū tradidisse romanis: & vt purgatio fieret ciuitatis ignē & seruitū ituliss̄e dū vellet nos cū vxoribus atq; filijs creberis castigare calamitatibus. Opa siquidē latronū hoc iplebāt scelere ciuitatē. Magi vero & seductores ꝑm̄o suadebant vt eos in heremū sequerent dicētes se dei ꝓuidentia signa & ꝓdigia mōstaturos multiq; in hac insipientia flexi supplicia ptulerunt: qm̄ ad hoc dum decessissent a fœlice puniti sunt.

¶ Hoc em̄ tpe venit aliquis ex ęgypto ad Hierosolymā dicens se esse ꝓphetam & populari multitudini suasit vt cū eo ad montē (qui dicitur oliuarū positū) ediuerso ciuitatis ꝓcul siadijs quinq; cōscenderent: velle dicens eis exinde monstrare qa eo veniēte Hierosolimorū muri corruerēt vnde ingressū eis faciendū esse ꝓmittebat. Fœlix autem dum hęc audisset iussit militibus vt arma sumerēt. Quo facto cū multis equestribus impetu facto ab hierosolimis irruit super eos & quadringentos quidem eorum gladijs interemit. ducentos vero viros cœpit. Ipse autem ęgyptius lapsus fuga dispariut. Rursus itaq; populū latrones contra romanorū prelia concitabant suadentes ne eis subiacere deberēt & sibi

Claudij mors vxoris Ahrippinę veneno

Claudius messalinā vxorē ꝓpter zelum interfecit.

Occasio mortis claudij ab vxore.

Nero

Nero ipator britānicū veneno latēter occidit & matrē ꝓpriā & vxorē & multos viros insignes.

Multi de nerone historias cōscripsere.

Aziazo rege mortuo successit eius frater & Aristobolus in armenia a Nerone est cōmissus & Agrippę dōauit partē tetrarchię Tyberiadis.

Fœlix inimicicias contra Ionathā sacerdotē hn̄s eo qꝺ moueret melius iudeis p̄fidere ꝓcurat eius morte p latrōes habētes sub veste absconsos gladios.

Occasio destructiōis hierlm & templi.

Pseudo ꝓpheta egyptius iudeorū seductor quo Fœlix mltos occidit ęgyptio fugiente.

Seditio inter syros & iudeos p equitate ciuilitatis in cesarea quos pfecti cõpescuerunt.

resistentiũ vicos incẽdebãt atq; diripiebant. ¶ Inter hec autẽ iudei inhabitatores cesaree cõtra syros pro equitate ciuilitatis hmõi fecere seditionẽ. Iudei nãq; primos se esse dicebãt eo q; cõditor cesaree rex Herodes de genere fuerit iudeorũ. Syri vero de herode quidẽ ita esse profitebãtur. Dicebant aũt Cesaream stratonis turrim primitus vocitatam & tũc nullum habitatorẽ ciuitatis ipsius fuisse iudeũ. Hec audientes pfecti militie sumentesq; ex vtraq; parte seditionis auctores plagarũ affecere vulneribus & tempestatẽ litis eorũ ad breue tempus hoc opere sedauerũt. ¶ Rursus autem iudei habitãtes in ciuitate diuitijs cõfidentes & pterea spernẽtes syros: blasphemijs studebant eos ad iurgia denuo prouocare. Illi vero pecunijs quidem minores sed sapientia fortiores. dum multi Cesarienſium & sebastenorũ sub romanis ibidem militarent pauco tempore & ipsi iudeis iniurias sermonibus iferebãt. Post alterutros se ita lapidauerũt donec ex vtraq; parte vulnerati conciderent. Verũtamen vicere iudei. Felix aũt cum vidisset belli modo esse eorum certamen metuẽs petebat iudeos vt a lite cessarent quibus non audientibus milites armatos immisit: & multos quidem eorum peremit plurimos autem viuos cepit & domos quorũdã multis pecunijs refertas expoliari militari irruptione pmisit. Iudeorũ vero modestiores etiam dignitate nobiliores metuentes pro semetipsis rogauere felicem vt milites tuba missa reuocaret eisq; de cetero parceret. Quod felix facere eorũ pcibus acquieuit. ¶ Hoc itaq; tẽpore rex agrippa dedit pontificatũ ismaeli filio fiab. Exorta est enim & pontificũ cõtentio cõtra sacerdotes & hierosolimitarũ primates. Vnusquisq; em eorũ caterua procaciũ & seditiosorũ hominũ colligens videbatur esse princeps & cõserentes semetipsos ad lites alterutris derogabãt & lapidibus obruebant. Qui autẽ prohiberet nõ erat sed vt in ciuitate sine pręsule audaci potestate ab omnibus talia gerebant. Tantam siquidem impudentiã atq; pręsumptionẽ pontifices obtinuerant vt etiã seruos suos ad areas destinare pręsumpserint qui decimas sacerdotibus cõpetentes auferrẽt: vnde fiebat vt sacerdotes p inopiã deperirent. Sic em inquietorũ vis oppressa grauitate iusticię ꝑualuerat.

Ismael ab agrippa sacerdos instituit & tunc inter sacerdotes & põtifices sacerdotibus pręinopia morietibus cõtẽtio oritur.

¶ Iudei fœlicem (portio festo successore illius directo) Neroni accusant Berillus quoq; pro Syris Cesarem contra iudeos orat. Latrones insuper siccarij in iudea populis in festiuitatibus permixti multos perimebant Festus quoq; super populos qui decepti fuerant a quodam Mago multitudinem destinauit & seductorẽ atq; seductos occidit Agrippa autem iuxta Teatrum in palacio edificium fabricatus est & iudei parietem excelsum triclinij regalis & porticus occidentalis auferens aspectũ cõstruxerũt. vnde rex indignatus & festus eis opus pręcepit destruere sed iudei ad Neronem mittentes edificiũ permanere obtinuerunt Ioseph (Ismaele cum Helchia obside) sacerdos ĩstituitur Et Albinus mortuo festo pręfectus ordinatur in iudea Ioseph a sacerdotio priuato Ananus iunior subrogat qui saduceus Iacobum fratrem Iesu christi & aliquos tradidit lapidãdos quod alij grauiter ferentes eum regi & Albino accusarunt qui eum de sacerdotio deposuerunt subrogato damei filio.

¶ Capitulum septimum.

Portio festo fœlicis successore in iudea iudei fœlicem accusant Neroni.

PORtio siquidem festo directo a Nerone pro successore fœlicis: primi iudeorum Cesaream habitantes ascenderũt romam accusaturi fœlicẽ qui sine dubio poterat pœnas exsoluere pro lesione Iudeorum nisi plurimum ei Nero pro fratris pallantis pręcibus indulsisset cui tunc maximũ honorem impendebat. ¶ Interea primates syrorum cesariẽsium bertillo pedagogo neronis (qui officiũ super grecos habebat) per epistolas multis pecunijs suaserũt vt a nerone peteret dari eis epistolã per quã ius ciuitatis quod cum eis habebãt iudei cõmuniter pœnitus fieri interminaret. Berillus ergo imperatorẽ rogauit atq; pmeruit vt huiusmodi scriberet epistola tamen gentis nostrę postea ingentium malorum fuit occasio. Agnoscentes namq; iudei cesarienses quę fuerãt scripta pro syris tantas suscitauere seditiones: donec bella succederent. ¶ Festo igitur ĩ Iudeam veniente contigit vt prouincia a latronibus vastaretur: & vici omnes incẽderentur. Pręcipue nãq; siccarij nunc abundabant vtentes gladiolis magnitudine similibus persicorũ ensium cum sũmi tatibus obuncis & quales sunt romanorũ sice quibus etiam vocabulum sicariorum latrocinantes habuerunt. Hi namq; latenter permixti in festiuitatibus populorũ sicut prius diximus ad ciuitatem pro cultura diuina conuenientiũ quos volebant facile perimebant. Sepius etiam cum armis ad vicos iuniorum aduenientes diripiebant: & cuncta pariter cõcremabant. ¶ Interea diuersis rebus turbata prouincia festus multitudinẽ destinauit equestriũ atq; pedestriũ super populos qui decepti fuerãt a quodam mago salutem eis & malorum requiem promittente: si eum sequi in deserto cõtenderent. Quo facto & ipsum seductorẽ & seductos irruentes qui missi sunt occiderũt. Hoc tẽpore rex agrippa fabricatus est edificiũ magnitudine valde pręcipuum in palacio hierosolimorũ iuxta theatrum. Quod palaciũ factum est olim a filijs assamonei in loco eminenti positũ quod etiam volentibus ciuitatẽ respicere delectabile conferebat aspectũ vnde rex inclinatus inspiciebat ea quę gerebant in tẽplo. ¶ Hęc itaq; videntes hierosolimorũ primates grauiter habuerunt. Non enim patrium erat vt ea quę fiebãt

Berillus pro syro cesarẽ cõtra iudeos orat.

Latrones siccarij i iudea pplis i festiuitatibus pmixti multos pimebant.

Festus cõtra seductorẽ & seductos.

Agrippa iuxta theatrũ in palacio edificiũ fabricatus est.

A in templo & maxime ſacra diſpenſarētur aliquis exceptis ſacerdotibus aſpiceret. Quapropter parietem excelſum edificauerūt circa ædē quę erat in ſacrario iteriori ad occidētem cōuerſa. Hic vero paries nō ſolum triclinij regalis aſpectū abſtulit: ſed etiam occidētalis porticus quę erat in extetiori tēplo vbi cuſtodias in feſtiuitatibus propter templū habere romani ſolebāt. In his igitur īdignatus rex Agrippa & p̄cipue feſtus p̄fectus: p̄cepit eis vt opus edificatū repente deſtruerēt. ¶ At illi rogauerunt vt eis poteſtas daretur quatenus ob hoc legatos dirigerent ad Neronē dicentes nō ſe vitam habituros ſi quędā pars templi deſtrueret. Tunc p̄mittente feſto miſerunt de ſuis primatibus decem ſimul & Iſmahelem pontificem & Helchiam Gazofilacem. Nero autem audiēs eos non ſolum veniā geſti operis cōdonauit. ſed etiā edificium manere permiſit. Hoc beneficiū p̄peie coniugi pro iudeis ſupplicāti cōdonans. Qui decem quidem qui venerāt redire p̄cepit Helchiā vero & Iſmaelem obſidum loco retinuit. ¶ Rex igitur hęc agnoſcens pontificatū dedit Ioſeph filio Symonis pontificis q cognomen habebat Gaddis. ¶ Porro Cęſar miſit Albinum iu iudeam p̄fectū mortem feſti cognoſcens. ¶ Rex aūt denuo Ioſeph quidem pontificatu priuauit: & Anani filio qui & ipſe Ananus vocabatur eius ſucceſſionem dedit. ¶ Hunc etenim Ananū ſeniorem dicūt fuiſſe fœliciſſimū. Filios nam q; habuit qui omnes dei pontificatu ſunt functi dum & ipſe primitus hunc honorem plurimis tēporibus habuiſſet: quod nulli pōtificum apud nos p̄ueniſſe dignoſcitur. ¶ Ananus aūt iunior cū pontificatum ſuſcepiſſet erat vehemēter aſperrimus & audax ſecta ſaceus. qui circa iudicia ſunt vltra omnes iudeos valde crudeles: ſicuti iam declarauimus. Cum ergo huius ſectę Ananus eſſet credēs ſe inueniſſe tempus oportunū feſto mortuo & Albino in itinere conſtituto conſilū fecit iudicum: & quoſdam deducēs ad ſemetipſum inter quos & fratrem Ieſu qui dicit̄ chriſtus nomine Iacobum quaſi cōtra legē agentes accuſans tradidit lapidandos. Qui autē videbātur eſſe moderatiſſimi ciuitatis & circa legis integritatē habere ſollicitudinē grauiter hoc tulere miſeruntq; latēter ad regem rogantes eū vt ſcriberet Anano ne talia perpetraret cū neq; prius recte feciſſet. Quidam vero eorū etiā albino occurrerunt ab Alexandria venienti: eūq; docuerunt quia non licet Ananō p̄ter illius voluntatem cō
B gregare conſilium. Albinus autem eorum ſermonibus flexus cum iracundia ſcripſit Anano interminatus eum pœnas exſoluere. Quapropter & rex ſublato ei pontificatu quem tribus habuerat menſibus Ieſum Damei filium in eius loco conſtituit.

¶ Albinus ſiccariorū plurimos occidit Ananus vero fauorem populi habens Albinū & pontificem muneribus placans violēter a ſacerdotibus eius famuli decimas rapiebāt vnde ſacerdotes egestate deficiebant Sicarij vero noctu ciuitatem ingredientes ſcribam magiſtratus Eleazari filiū alligātes eduxerunt promittentes illum remiſſuros ſi Albinus decem viros quos vinctos habebat Ananię medio exſolueret. Cęſarea vero Philippi Neronia eſt appellata vnde odium aduerſus Agrippam ortum eſt quia extraneam ornaret ciuitatem Ieſus autem Gamalielis filius priuato Damei filio ſacerdotium accepit vnde ſeditio inter alterutros orta eſt Cuſtobarus quoq; & ſaul cū Anano maximā populo faciebant violentiam Albinus quoq; cognito qa florus ſucceſſor fuiſſet directus carcerem a noxijs purgauit & prouinciā impleuit latronibus Leuitę aūt hymnidici a tege petentes vt linea vtant̄ veſte obtinuerūt. Oia quoq; tunc paternis legibus cōtraria agebant̄. ¶ Capitulum.viij.

C Vmq; Albinus in Hieroſolimitarū veniſſet vrbem omni prouidentia niſus eſt vt prouincia pacem haberet & ideo Siccariorū plurimos interemit. ¶ Pontifex igitur Ananias al's Ananus per ſingulos dies ad meliorem gloriam cōſcendebat & fauorē ciuium habebat pariter & honorē. Erat em̄ locuples & quotidie albinū atq; pontificē muneribus cōplacabat. Habuit aūt famulos valde laborioſos qui cū procacibus viris conuerſati pergētes ad areas ſacerdotū de eadas alias decimas accipiebant vim facientes. & nō abſtinentes a cede nō dantiū. Sed etiā alij pontifices ſimilia ſeruorum illius peragebāt cū nullus vtiq; prohiberet. Quapropter ſacerdotes qui olim ex decadis al's decimis alebant̄: tūc inopię neceſſitate afficiebant̄ al's deficiebāt. ¶ Rurſus igit̄ ſiccarij feſtiuitatis tpe noctu ciuitatē ingredientes cōpręhenderūt vnum ſcribā magiſtratus eleazari filium ananię pontificis & alligātes eduxerunt e ciuitate. Deinde mittētes ad ananiā dixerunt ita ſe ſcribam remiſſuros ad eū ſi albino ſuaderet vt decem viros quos ex eis cœperat & victos habebat exſolueret. Ananias autem propter neceſſitatē albino vt hoc faceret ſuaſit quod opus maximorū malorum fuit initiū. Latrones namq; ſemper moliebant̄ vt aliquos famulorū caperent ananię quos non aliter niſi quoſdam ſiccariorum reciperent dimittebāt. Cumq; numerus iterū accreuiſſet capta fiducia rurſus p uinciā affligebant. ¶ Hoc itaq; tempore rex agrippa phillippi cęſaream amplius fabricatā ad honorē neronis. neroniā alias neroniada appellauit & Berythijs theatrū pecunijs multis inſtructū annalibus ſpectaculis condonauit innumeras illic expenſas efficiens. Frumenta nāq; populo copioſa & oleum; opulenter tribuit & omnem pariter ciuitatem ſtatuarum pulchritudine. & antiquorū imaginibus ex

Iudei parietem excelſū triclinij regalis & occidētalis porticus aſpectū auferēs cōſtruxerūt vſi rex indignatus & feſtus eis opus p̄cepit deſtruere.

Ioſeph Iſmahele manēte eum helchia obſide ſacerdos inſtituitur.

Ioſeph a ſacerdotio priuato Ananus iunior ſubrogatur.

Ananus iacobum frem ieſu xp̄i & aliquos tradidit lapidā dos qđ grauiter alij ferentes accuſauerūt eū Albio & regi q eum de ſacerdotio depoſuit ſubrogato ieſu damei filio.

Albinus ſiccariorū plurimos interemit.

Siccarij noctu ciuitatē igredientes ſcribā magiſtratus Eleazari filiū alligātes eduxerūt p̄mittētes illū remiſſuros ſi Albinus decē viros quos victos habebat Ananię medio exſolueret &c.

ornauit: & pœne oē decus regium ſibi migrauit. Quapropter creſcebat aduerſus eū odium ſubiectorū eo q illoꝝ pompā auferēs ornaret extraneam ciuitatē. ¶ Ieſus autē gamalielis filius a rege ſucceſ- D

Ieſus Gamalielis filius priuato Damei filio ſacerdotiū accepit vñ ſeditio inter alterutros

ſionē pōtificatus accepit ieſu damei honore priuato & ꝓpterea ſeditio inter alterutros orta eſt. Facītes etenim collectionē prauorum hominū frequenter vſq; ad lapides (blaſphemijs pręcedētibus) inciderunt. Ananias autem pręcellebat eos quando diuitijs ſuis paratos accipere pecunias redimebat. Cuſtobarus eni & ſaul maximā ei multitudinē cōgregabant cū eſſent genere regio & propter agrippę cognationem populi fauorē haberent violenter ſcilicet iura & res infirmorū deripere parati. Ex quo pręcipue contigit noſtram ciuitatem languere magis cum vtiq; res eius peiora proueheretur. ¶ Albinus itaq; (cum audiſſet ſibi ſucceſſorem ceſtium florum fuiſſe directum, volens aliquid hieroſolimitis pręſtare producens vinctos (qui erant indubitanter morte digni) eos pręcepit occidi. Alios autem (qui ex parua querela tenebantur in carcere pecunijs ſumptis abire pręcepit. Et ita geſtum eſt vt carcer quidem purgaret a noxijs ſed prouincia latronibus impleretur. ¶ Interea ex tribu leui quicunq; erant hymnorū dictores perſuaſerunt regi vt facto conſilio eis concederet quatenus ſtola linea ꝓxime ſacerdotibus vterent eius regnū decere dicentes vt memoriā de nouitate introducta perciperet. Quod petentes impetrauerunt. Rex etenim cum voluntate eorum qui concilio pręſidebant hymnidicis hoc conceſſit vt poſita veſte prima linea ſicut voluerant vterentur. ¶ Omniaq; contraria paternis legibus agebantur quibus ſpretis nō poterant pœne non ſolui. ¶ Igitur cum iam tunc etiam templum videretur eſſe perfectum & ciues conſpicerent artifices vltra decem & octo milia vacantes operibus & labore indigentes vnde mercedes acciperent quibus ſcilicet ex opere templi alimenta miniſtrabantur pecuniaſq; repoſitas propter timorem romanorum habere non valerent: tunc habito con- B

Albinus (cognito ꝙ a florus ſucceſſor fuiſſet directus, carcerē a noxijs purgauit & ꝓuinciam latronibus impleuit.

Oia cōtraria pr̄nis legibus agebantur.

Porticū orientalem ꝓſuaſerunt regi altius eleuari.

filio vt cura haberetur artificum & eis potius liceret expendi theſauros quando ſi vna hora quilibet operaretur mercedes acciperet: regi perſuaſerunt vt orientalem Porticum altius eleuaret. Erat autem hęc porticus in exteriori templo poſita in conualle profunda quadringētorū cubitorum parietes habens ex lapide quadrato albo q; cōſtructos. Singulorum enim lapidum longitudo erat cubitorum viginti altitudo vero ſex. opus Salomonis regis qui primitus templū omne cōſtruxit. ¶ Rex autē dum ei a Claudio templi fuiſſet cura cōmiſſa, iudicans quia omnis operis deſtructio quidem eſſet facilis iſtructio vero difficilis: & pręcipue ad hanc porticū & tēpore & copioſis pecunijs opus eſſet hoc quidem ſupplicantibus fieri denegauit: ciuitatē vero ſterni albo lapide nō prohibuit. ¶ Ieſu autē Gamalielis pontificatu priuato dedit hunc honorem Mathię Theophili ſub cuius pontificatu & bellū Romanorum contra iudeos ſumpſit initium.

Rex porticū eleuari negauit ſed ciuitatē lapide albo ſterni cōceſſit.

¶ Cathalogus pontificum & Epylogus eorum vſq; ad belli finem quorum Aaron primus ex cuius ſanguine deſcendētibus ſoli ſacerdotiū debebatur & ab eo vſq; ad Finaſū octogita tres ex quibus in deſerto vſq; ad conſtructionem templi tredecim per totā vitam tenētes honorē poſtea vero viuentibus facta eſt ſucceſſio Rei eñ publice varia fuit gubernatio primo ſub populi ptāte, ſecūdo ſub vnius principatu, & tertio ſub regibus. Ab exitu de Egypto vſq; ad templi conſtructionem anni ſexcenti & tredecim ſub. xiij. pontificibus. A Salomone vſq; ad captiuitatem Babilonicam anni trecenti ſexaginta ſex menſes ſex & dies viginti ſub octodecim pontificibus. A liberatione captiuitatis permittēte Cyro vſq; ad Anthiochum Eupatorem ſub ſedecim pontifiribus anni. ccccxliij. Anthiocus autem & Lyſias Oniam deponentes ſacerdotiū primo turbauerunt. Ioachim mortuo ciuitas ſeptem annis fuit ſine pōtifice. Herodes vero ſuſcepto regno ignobilibus ſacerdotalē tribuit honorem. Archelaus quoq; nullum de Aſſamonei genere ſacerdotem fecit ſimiliter nec romani pōtifices ab Herode vſq; ad deſtrnctionē Hieruſalem per Tytum fuerūt. xxix. & anni centum & ſeptem. Ceſtius quoq; florus Albino ſucceſſit qui vxoris malignitate ſacerdotalis dignitatis adeptus inſulas iudeis crudelis fuit & Auarus hiſ enim propter latrones ſolemnitates omittebant fugientes ipſos etiam Flori crudelitas & F malicia bellum contra romanos coegit aſſumere. ¶ Capitulum nonum.

¶ Cathalogus oim pōtificū & eorū epylogus vſq; belli finē

DEceſſarium itaq; credo & hiſtorię pręſenti cōueniens narrare de pontificibus quō inchoauerūt & quibus fungi hoc honore permiſſum eſt: & quāti, fuerūt vſq; ad belli finem. Primū itaq; omniū dicunt Aaron fratrem Moyſeos pōtificatum ſuſcepiſſe diuinū. Quo morien-

Pōtifices ab aarō vſq; ad Finaſum octogunta tres.

te ſucceſſiſſe mox filios. & aliſs eorum denuo liberis honorem vnius diſtributū. Vnde legitimum eſt nullum poſſe pōtificatum percipere niſi de ſanguine fuerit aaron. Ex alio namq; genere neq; ſi in regno conſtitutus ſit pontificatū poteſt adipiſci. ¶ Fuerunt itaq; omnes ſicut diximus, ab aaron primo vſq; ad Finaſum qui belli tempore per diſcordiā pontifex ordinatus eſt numero octoginta & tres. Ex quibus in deſerto temporibus moyſeos conſiſtente tabernaculo qd moyſes deo dicauit vſq; dum ad iudeam populus aduenirent vbi ſalomon rex deo edificauit templū pontificatū habuerunt vbi numero tredecim. Primi namq; donec vitam morte finirēt habebāt inerumpibiliter hunc honorem: poſtea

A vero viuētibus succedebat. Sed hi quidē tredeci Aaron existentes ex gñe per successionē sume
bāt honorē. Fuit aūt hebreorū respublica primo quidē sub populi ptāte post hoc aūt sub vnius prin-
cipatu sita:tertio vero sub regibus. ¶ Tps ergo quo isti tredecim habuerūt principatū a die qua egy-
ptū patres nri/Moyse duce/reliquerūt vsq; ad edificationē tēpli quod Salomō rex hierosolimorū in
vrbe cōstruxit:fuit annorū duodecim & secento. ¶ Post illos itaq; tredecim pōtifices decem & octo
alij hanc renuere ptātem a Salomonis regis tēporibus hierosolymis sibi succedētes vsq; ad aduentū
Nabugodonor Babilonioꝝ regis qui castrametatus aduersus vrbē tēplū quidā cōcremauit gentē ve
ro nostram in Babilonē migrauit.ad pontificē Ioiadach alias Iosedech captiuū duxit. Tēpus em̄ pō
tificatus horū trecētorū sexagintasex fuit annoꝝ/mensiū sex dierū viginti:cū vtiq; iā essent iudei sub
regibus cōstituti. ¶ Post tps aūt annorū septuaginta captiuitatis geste p Babilonios Cyrus rex psarū
dimisit ex Babilonia iudeos ad propriā remeare terrā.atq; cōcessit templū edificari captiuis. His ita-
q; remeātibus Iyson pōtificatū sumpsit & ex eius genere alij qndecim vsq; ad tēpus regis Anthiochi
qui vocabat Eupator hūc habuere prēsulatū. Cōuersabant aūt populari ptāte annis quadringentis
quatuordeci. ¶ Primusq; anthiochus quē p̄diximus & priceps militię eius,Lysias Oniā cui erat Me
nelaus cognomentū pōtificatu deposuerūt perimētes eū in Beroea:& cōstituerūt pōtificē Ioachi ex
gñe quidē aaron nō aūt ex ista domo. Propterea & Onias defuncti fratruelis & nomē referēs p̄s ve
niēs in egyptū Ptolomei Philometoris amicus effectus & cleopatre eius vxoris.suasit eis vt scdm he
lipolitica legē deo cōstruerēt tēplū hierosolimitano sīle & eū pontificē ordinarēt.Sed de tēplo quidē
apd egyptū edificato sepius declarauimus. ¶ Ioachi vero cū tribus annis habuisset pōtificatū:defun
ctus est Cui successit nemo: sed p annos septē ciuitas fuit sine pontifice. ¶ Rursus aūt descendentes
ex genere filiorū assamonei cōmissa sibimet potestate:gētis sumentes aduersus macedones beliū: Io
natham septē annis constituere pōtificem. Quo per insidias moriente dolo triphonis sicut supertus
iam quodā loco narrauimus accepit honorē hunc symon germanus eius. Huic quoq; per dolū gene
ri in cōiuio morienti:filius successit hyrcanus. Qui cū tenuisset pōtificatum annis triginta & vno in
senectute moriens cū & pōtificatū tenuisset & regnum. Quo defuncto Aristobolus eius maior filius
ei successit qui primus sibi dyadema iposuit ac post annū moritur & hęredē fratrem reliquit alexan-
drum. Alexāder aut̄ cum & regnasset & sacerdotiū tenuisset annis vigintiseptē vita priuatus est ale-
xandrę cōiugi p̄cipiēs pōtificem ordinare. Quę pontificatū quidem hyrcano filio suo dedit regnū
B vero ipsa retinens annis nouē defuncta est. Cuius filius hyrcanus pet tempus pōtificatum obtinuit.
Post mortē namq; alexandrę dimicauit aduersus eum aristobolus frater & dum vicisset illum quidē
pontificatu remouit:ipse vero regnum obtinuit & dei pontifex fuit. Huius anno tertio regni mense si
militer tertio veniens pompeius & hierosolimitarū ciuitatem forti dimcatione deuincēs ipsum quidē
romam cū filijs vinctū misit:hyrcanū vero denuo in pōtificatū restituit. Quē gentis quidē p̄sidatū
habere p̄misit diademate vero vti ꝓhibuit. ¶ Habuit aūt hyrcanus hanc potestatē sup nouē priores
alios ānos vigiti tres. Barzafanis aūt & pacorus pthie potētes trāseūtes eufratē & pugnātes aduersus
C hyrcanū ipsū quidē ceperūt aristoboli vero filiū antigonū cōstituere regē. Qui dū tribus ānis & mēsi
bus totidē regnū tenuisset Sosius & hęrodes obsederūt eū antonius vero deductū antiochiā trucida
uit. ¶ Hęrodes vero cōmisso sibimet regno a romanis nequaq̄ cōstituit ex genere assamonei pontifi
cees:sed quibusdā ignobilibus & qui solūmō de sacerdotibus essent p̄ter aristobolū tribuit hūc hono-
rē. ¶ Aristobolū nāq; filiū hircani qui a parthis captus fuerat pōtificē cōstituēs sororē eius mariannē
duxit vxorē. Ob quā fauorē populi sibimet collocauit:propter hyrcani memoriā. Deinde metuēs ne
cūcti ad aristobolū declinarēt eū in hierico suffocari dolo machinatus cū nataret sicut iā declarauī-
mus. ¶ Post hunc aūt nequaq̄ alicui ex genere assamonei pōtificatus tribuit potestatē. Similiq; quoq;
gessit in cōstitutione sacerdotū archelaus hęrodis filius pariter & romani postęa super iudeos obtinē
tes imperiū. Sūt ergo viri qui ab hęrodis tēporibus pōtificatū habuerūt vsq; ad diē qua titus tēplum
& ciuitatē capiēs cōcremauit cūcti simul viginti nouē. Tēpus aūt horū ānī sūt centū & septē. Quorū
quidā cōuersati sūt sub hęrodis regno & filij eius archelai post horū vero mortē ppli potestate cūcta
regebantur prēsulatū trī gentis pōtifices obtinebāt. Hęc aūt de pōtificibus dicta sufficiāt ¶ Cestius
itaq; florus missus a nerone successor albino plurimis malis iudeos attriuit. Erat nāq; genere dazoni-
us habuit aūt vxorē cleopatrā nomie. Quę dū esset amica pōpete neronis vxoris & malignitati mari
ti nō minor p eā vir eius ifulas huius dignitatis adeptus est. Sic aūt florus circa potestatem malignus
fuit & violētus vt pro magnitudine malorū eius albinū quasi beneficij largitorē iudei laudarent. Ille
nāq; malignitatē celabat & ne pœnitus deprehēderet a turba quodāmō ꝓuidebat. Cestius aūt florus
quasi ad docēdā nequitiā missus iniquitates suas in gētē nostrā aperta malignitate ꝓpabat neq; dire
ptioni parcēs neq; modū iniusti supplicij derelinquēs. Erat em̄ inflexibilis ad miserandū & oībus lu-

§.lib.xii capi.x. §.li. xiii capi. iii §.li. xiii capi.ii §.li. xiii c.viii.& ix. §.li. xiii capi.x. §.li. xiii ca. xiii. §.li. xiii ca.xv. §.li. xiv ca.xx §.li.xiii capi.ii §.li.xiii ca.vi. §.lib.xv capi.ii

Reipublicę hebreorū varia gubernatio / prīo sub ppli ptāte scdo sub vnius principatu/tertio sub regibus. A liberatiōe captiuitatis pmittēte Cyro tēplū edificare vsq; ad āthiocū Eupatorē sub.xvi. pōtificibus ānis cccexiiij. Onias i egypto tēplū cōstrui similе hierosolymitano fecit. Ioachī mortuo ciuitas septē ānis fuit sine pōtifice.

Hęrodes suscepto regno ignobilibus sacerdotalē tribuit honorem. Archelaus nullū de genere assamonei sacerdotem fecit sed nec romani pōtifices ab herode vsq; ad destructionē hierusalē p titū.xxix.& anni.cviij. Florus ifulas sacerdotalis dignitatis p vxorē adeptus malignus fuit iudeis & violētus.

cris Auarus: qui etiã in latronũ direptionem cõmunicabat. Sine timore nẽq; multi ad hoc accedebãt cum illius ꝓmissione de sua salute minime cogitarent quod opus non erat mediocriter cõdolendum. D

Iudei ꝓp latrones solẽnitates omittebãt fugientes.

¶ Quapropter infœlices iudei cũ non valerẽt vastationes sustinere latronũ cogebãtur a ꝓprijs solẽnitatibus recedẽtes cuncti diffugere vt melius vbicũq; liceret apud alienigenas habitarent. ¶ Florus igitur fuit qui nos cõtra romanos bellum fecit assumere melius iudicans citius q̃ paulatim & per tẽpora nos perire. Initiũ quippe sumpsit hoc prẽliũ secundo quidẽ anno amministrationis Flori duodecimo aũt Neronis imperij. Sed ea quidẽ quęcũq; aut facere coacti sumus aut pati perfecte scire potuerunt qui legere voluerint libros a me de iudaica dimicatione conscriptos. Hic igitur ponam terminũ antiquitatis historię postq̃ etiam bellum cœpi conscribere.

Malicia Flori coegit iudeos bellũ cõtra Romanos assumere.

¶ Recapitulatio totius operis.

Epylogus cõtẽtorũ in viginti libris de antiqtatibus iudeorꝫ

CONtinet autem hoc opus a prima hominis nativitate traditionẽ vsq; ad decimũ annũ Neronis imperij. Ea siquidẽ quę nobis iudeis prouenerũt in ęgyptum & syriam palestinam & quęcunq; perpessi sumus ab assyrijs & a babilonijs vel circa nos Persæ seu Macedones egerunt & post eos romani: sicut reor sunti cũ integritate compósita. Nisus sum etiam descriptionem pontificũ conseruare: qui per annorũ duo milia sunt constituti. Cõscripsi etiam sine errore successiões regum actus eorum & cõuersationes annũcians & monarcharũ potestates enarrans sicut ex sacris libris ex rebus omnibus descriptio continet. Hoc em̃ in pricipio historię me facere compromisi. Dico siquidẽ cũ fiducia (opere iam ꝓfecto) quia nullus alter (licet volũtatẽ habuerit) neq; iudeus neq; alienigena: potuit hoc negocium grecis ita subtiliter explanare. Habens enim indubitanter a cõgẽtilibus meis maximam eruditionẽ nostrę prouincię: etiam grecas studui litteras adipisci. Artis namq; grãmatice experimentũ sumpsi. Integritatem vero prolationis verborum possidere me paterna cõsuetudo prohibuit. quippe cũ apud nos nõ recipiant eos qui elocutionem mutarũ gentium didicisse noscunt: eo q̃ cõmune putent hoc officiũ non liberis tantũmodo sed etiã volentibus seruis. Sapiẽtiam vero illos testãtur habere tantũmodo qui leges sub integritate cognoscunt & virtutem sanctarũ scripturarũ interpretari possunt. Propterea multis in hoc studio laborãtibus vix duo quidẽ aut tres adepti & laborũ fructum repẽte potiti sunt. Non erit forsan inuidiosum etiam de genere meo & vitę actibus postea breuiter enarrare. In his ergo dicere vlterius de antiquitate cessabo libris quidẽ existentibus viginti: habentibus vero sexaginta milia versuum. Et si diuinitas concesserit per discursum commemorabo rursus & libelli & eorum quę ad presentem diem quę est tertijdecimi quidẽ anni Domiciani Cęsaris principatus michi a nativitate quinquagesimi & sexti. ¶ Proposui vero vobis cõscribere etiam nras idem iudeorũ sectas in quatuor libris de deo eiusq; substãtia & de legibus & cur secũdum eas illud facere permittimur aliud prohibemur.

Nullus hoc negocium potuit grecis conscribere.

Iosephus quinquagita sex habebat ãnos cũ hoc opus pfecit

¶ FINIS.

¶ Expliciunt Iosephi illustrissimi hystorici de iudeorum antiquitate viginti libri. Ante hac quidẽ mendose Impressi ac in infinitis ferme locis corrupti: nuperrime vero per Eximium profundumq; sacrarum litterarum doctorem ac professorem magistrum Robertum Goullet: non sine multa lucubratione ingentiq; labore in pristinum nitorem restituti: expoliri pariter & castigati: ordinatimq; per capita diuisi adiectis singulorum capitum summarijs: necnon annotatiunculis in margine collocatis: lectoribus apprime cõducentibus: vna cum concordantijs non solum eorundem librorum sed etiam Bibliæ. Impressi inq̃ Parrhisijs per Anthoniũ Bõnemere impressorem. Anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

¶ In presentis compendii commendationē Iohannis de Gouy Morinensis Epigramma.

¶ Tempora quisquis amat longi discretus æui
Noscere, vel fluxos rursus habere dies:
Aut veterum quænam fuerit prosapia Regum
Sceptraq; quot soles regia quisq; tulit:
Quas aquilo: quas eurus habet: quas cyrthius vrbes
Quasq; feras tumidis irrigat auster aquis:
Hęc lege succincti (moneo) compendia libri:
Splendidā quę terso pollice gesta notant
Aetatum cernes discrimina multaq; vitę
Signa: dabunt mores dexteritasq; patrum.
Regnorum siquidem casus regumq; propago
Premia longeuę prosperitatis alunt.
Ficta nec hic vani pingunt mendacia fuci,
At solum: quicquid littera vera: docet.
Multa igitur noster tollatur laude Robertus,
Peruigili cuius munere tanta patent.
Nam quęcunq; tenent prolixa volumina longo
Contextu: paucis conferet iste liber.
Talia quid prestat studij constantia sensus
In tenebris pernox assiduusq; labor.
Singula fœlici genuit quę neustria fato
Paladis vt largas multiplicaret opes.

¶ FINIS LAVS DEO.

Habes candide lector preclara Josephi iudei historici opera vberrime: a profundissimo Theologię professore sic vt premissum est elaborata opera & impensis Francisci Regnault & Iohānis Petit Librarijs Impressa: & ab innumeris erroribus quibus antea scatebant tersa atq; castigata: ne sis ergo ingratus preces altissimo fundito pro eo qui prędicta opera ad communem hominum vtilitatem: non sine magnis vigilijs & accurato labore excoluit: ac ipsos bibliopolas qui in hoc opere magnos fecerūt impēsas liberali emptiōe subleuato qđ si feceris michi credo magis tibi ꝓderit hic liber in Biblioteca q̄ nūmus in archa. Vale impressum Parrhisij. Anno Dñi. M. quingentesimo decimonono: penultima Maij.